

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

HERODOTI HA-  
LICARNASSEI HI-  
STORIÆ LIBRI IX: ET  
DE VITA HOME-  
ri libellus.

*Illi ex interpretatione Laurentio Valla adscripta, hic  
ex interpretatione Conradi Heresbachij: utraq ab  
Henr. Stephano recognita.*

*Ex Ctesia excerptæ historiæ.*

*Apologia Henr. Stephani pro Herodoto.*

*Accedit in hac editione Spicilegium Frid. Sylburgij, ad  
Henr. Stephanum virum clariss.*



FRANCO FVRTI  
Apud heredes Andreæ Wecheli,  
M D XCV.

6

Henrici Stephani Elegeion in eos qui Herodotum  
historiam fabulositatis accusant.

Quisquis is est vel quisquis erit quo iudece mendax  
Dicar, vel niminam vel nibil ille sapit.

Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,  
Atq[ue] leuifama pondus inesse putat:

At si quis lectis hoc ausit dicere Musis,

Quum sapit has ultra, plus satis ille sapit.

Eiusdem, in Herodoti interpretationem  
à se recognitam.

Qui verax propria mendax interprete lingua  
Antefui, verum nunc in utraq[ue] loquor.

Eiusdem de hac editione sua distichon.

Herodoti Latium possederat haltemus umbram,

Nunc Latium corpus possidet Herodoti.

Frid. Sylburgij elegeion in suum Spicilegium.


\*Ωρη ἐπαρνήται, ὅτι σύμπλοχται αἴμαται,  
Αἰσαχήρων ὁ πάχεοις λόγανα συχρά μένει.

Τὰς καὶ ἐπ' Ηροδότῳ διαρρέωσα πολυμόχθῳ

Σπύδων ὁ Σπέφανος σφαλμάπι ἄπλαντο.

Επέρων τοὺς ἔμαις καπδίρχητο πωπάγες,  
Ιπέρος πακτωρῶντο σκόδδοντο πιπήρη.

Λατάκην ἵδε πέλει Σπέφαιν χάρεις ὅπλοι ὁ ταῦτα  
Συλλέξας, Σπέφαιν πάτεροι τέξιμα θεοί.



CLARISS. VIRO HENRICO  
STEPHANO, TYPOGRA-  
PHTUM LUMINI S. D.



ON dubito quin mitaturus sis, vir clarsi-  
me, quę cause nos impulerint ut Latinā He-  
rodoti versionē, quam tu diligēti recogni-  
tione & doctis annotationibus officioę tuę  
vindicasti, nos nostrę usurpare ausi sumus.  
Forsan etiā alij nō tantum mirabuntur hoc  
factum, sed etiam pro libito tū apud te, tum apud alios calu-  
minabuntur, & à malevolentia, inuidia, turpive lucri studio  
profectū dicticabuas. Sed nihil istorū siue criminum, siue su-  
spicionum, in factū nostrum competit. Cui⁹ si veras scire cau-  
tas velis, haud equidē dissimulabo. Quadrimestre est & amplius  
cum ē Pannonia superiore, Boemia, & alijs quibuslā locis,  
partim librarij, partim docti viri per literas nos rogarunt, vt  
prater alios auctores Herodotū Latinum, cuius iam dudū nul-  
la exemplaria nec ē tua nec ex aliis officiosis prodierint, nos ē  
nostra in publicū emitterem⁹. Ea peticio & honesta videbatur,  
& iusta: sed ita tamē iusta, vt ei sine iniustitię specie difficulter  
posset satisfieri. Videbam⁹ enim, si talē ederemus qualis ante  
tuū p̄todiit, facturos nos reip. literarię iniuriā, quę doctis tuis  
laborib. per nos frustraretur: si tuum exemplar sequeremur,  
redundaturū ad te aliquid iniurię, qui laborum tuorū fructuā  
nobis priuari videceret. In ista hærlitatione accidit vt prelū mi-  
nimę formę libris destinatum charta destitueret, & vna cum  
charta etiā auctor mutidus esset. Itaq: hinc necessitate, illinc  
bonorum vitiorū precib. vrgentibus, cum nō haberemus aliū  
scriptorem quę cessanti prelo mandaremus, Herodotū tuum  
atropū⁹. Quia in re nō parū nos confirmabat quod plerosq;  
omnes quos facti arbitros fore iperabam⁹, quippe quo pu-  
blica magis quam priuata utilitas quę sita esset: nec te magnopere  
indignaturū credebam⁹, qui alijs occupatus editionē ite-  
rare vel non posses, vel non velles. Tum minorem iniuriā fore  
putabamus, si grandi formati relicta, nos minore nobis su-  
miserem⁹: ita vt tua officina splendidiorib. bibliothecis, nostra  
vero tenuoris fortunę hominibus, & iis qui se in itinere hoc  
scriptore oblectare cupiunt exemplaria sufficeret. Ad hęc sciebā

te coesse tum cādore, tum erga rem p. studio, vt si tua editio  
 praterita, secuti essemus veteres, nō h̄c istud quam oī hoc  
 factū grauius fuisses succensurus; vt qui t̄ uic often, onime-  
 tu pro bonis mercib. malas literatis obtutus sumus. Atq; deo  
 si nos æquam istam honorū virorum petitionē sp̄erat uis-  
 semus, ad alios itū esset, quibus tum uito minus hoc iuris dul-  
 sissemus. Porro quia hic tibi mos est vt iteratas editiones accessio-  
 ne aliqua locupletes, censui & mihi discipulo tuo laudatissimā  
 præceptoris diligentiam hic imitādam. Itaq; collegi priuum  
 quæ Adrianus Turnebus, Ioannes Hartungus, Hieronimus  
 Mercurialis, Franciscus Junius, & Paulus Leopoldus, doctissi-  
 mi viri, vel in Græco textu vel in eiusdem versione emētaue-  
 rant. Deinde his addidi quæ ipse obiter ex Diodoro Sculo,  
 Dionysio Halicarnasseo, Pausania, Suida, Stephano, Iusta-  
 thio, Plinio itē, Mela, Solino, vel aliis in meo libro annexaue-  
 ram. Quas annotationes vt lector à tuis discernere posset, à  
 fronte asterisco, vel in fine initiali mei nominis litera S rotare  
 visum est. Si quas verò tuis adieci, iis inclusionis notas utriq;  
 apposui. Eā opellam sub tuo patrocinio in publicū enuto: &  
 quidquid in ea boni est, tibi adscribi cupio: sicubi autē à scopo  
 aberratū est, id mihi imputari volo. Pleraq; tamē talia esse cō-  
 fido, vt exquisitissimo iudicio tuo non sint displicita: cui si  
 probentur, nullas aliorū censuras quantumvis scueras perti-  
 mesco. Itaq; intelligis quas huius editionis causas habuimus,  
 & quo cā corollario adauxerimus. Tu id factū nostrum non tā  
 nostra quam reip. gratia in bonam partē interpretaberis: ac si  
 forte nostra diligentia tuam non exæquauerit, (quod metuo:  
 nā ipse præesse operi non potui) id quoq; ignoscas. Vnū adhuc  
 abste contendo, illud ipsum scilicet quod tu in tua præfatione  
 olim à Camerario petiisti, vt commercium cū Musis constan-  
 ter habeas, & quam literatis partim tuorū, partim alienorum  
 scriptorum expectationem fecisti, eam tādem aliquando ex-  
 pleas: vt reipla compriamus hāc diuturnam cessationem tu-  
 am peperisse nobis & q̄dorū sīḡar x̄ḡ. w̄. x̄d̄. & q̄d̄. s̄v̄ȳḡa p̄-  
 p̄x̄t̄. r̄x̄d̄. Quod vt præstare cumulatius poilis, prosperam  
 tibi valetudinem, tranquillum otium, & felices rerum iūces-  
 sus à Dcoopt. max. preccor. Vale Francofurti è typographio  
 Wecheliano, v Id. Febr. M D L X X X I I I .

Fridericus Sylburgianus sun  
 Wecheliano nomine.



HENRICVS STE-  
PHANVS IOACHI-  
MO CAMERARIO  
SVO S. D.

**D**icitur Herodotum Thucydides, inquit  
M. Tullius: (in cuius dicti explicatio-  
ne aut ego fallor, aut alij muli fallun-  
tur) at ego tibi cōtra mī Camerari, He-  
rodorum post Thucydidem, iūnum apas-  
cājov munuscum. Hesiodea mensura  
ārmatū pūlōvōs. Quem tu mībi Herodotum narras?  
inquier: illūmne cum suo Zopyro, aut suacum Artayn-  
te, miserandis pariter nefandusq; modis ab interprete  
mūlatum laceratum, fœdātum, prorsus denique de-  
formatum? Imò verò absit ut tam turpetamq; horren-  
dum spectaculum, Massagēsis potius aut Cyclopib⁹  
dignum, in conspectum tuum venire permittam. Tunc  
igitur (dices) Latinum Herodotum ad me mittis incul-  
di per te aut aliam quempiam redditum? Ceteris sto-  
tum inculdi redditum dixero, mentiar: si ex parte, &  
quidem magna ex parte redditum, non mentiar. Ita  
enim res (ne te diu suspensum teneam) se habet. Quum  
eodem tempore quo Thucydidem Gracum Latinumq;  
edidi, de edendo quoq; Herodoto cogitassem utq; adeo  
non parham pecunia vim in picturam cōficiūram⁹.

quarundam ad eum pertinentium iconum insumpsi-  
sem, contigit ut in quem in recognoscenda Thucydidea  
interpretatione ex anti laueram labor, me ab Herodo-  
tea, quam ex eadē officina prodire animaduertebam,  
plane deterreret. Sed tamen periculum aliquando tan-  
dem facere placuit an officina illa sui usque quaque simi-  
lis fuisse, an potius in cuncta Herodoti interpretatione  
me meliorem quam in altera, quicunque est cum anchor,  
operam nauasset. At ego non tam unum uno, quam du-  
as illas fabricas sibi similes esse competi. hoc tamen in-  
teresse animaduerti, quod quae in Thucydidea peccata  
sunt, bilem lettori; at quae in Herodotea, risum potius  
mouere possint. Quis enim adeo sit Democritus ut illi  
ad multos cōcionū Thucydidis locos bile nō intumescat  
iēcūr, quos ille quisquis est interpres, ita in Larimum  
sermonem vertat, ut simul eloquentiam summā in me-  
ram infantiam verterit? Quis vicissim adeo sit Hera-  
clitus ut risum vel cachinnum potius ad illos Herodo-  
teae interpretationis locos compescat, in quibus monos  
monies, nouos populos, nouas gentes ex uno calamui du-  
ctu oras inueniatur? Verū fuit verbum. Semper Libya  
nō nisi aliquid adfert: at hac interpretatio Libya vacce fu-  
erit virus doctis, quibus eam cum textu Graco conseruo  
minime graue videbitur. Illic enim ἴπον (Ionicō morre po-  
sum pro ἴπον) id est sacrum, in montem nomine Hi-  
rum nona quadam metamorphosi mutatum conspi-  
cer: illic ex μωχῷ (id est recessu, vel finu) Inachum sine  
Machum urbem: ex ὄντες (id est Quo) populum no-  
mine Hætines: illic ex ἥσπας (id est inferiores) populum  
Hessones: illic deniq, ex αἰτεῖς (quod declarat Uniuersi,  
vel Simul omnes) populissimam gentem Haleos: rrepeñie  
emergere videbit. Eanti nunc qui magiarum woacum

pooten-

potentia vel circa leuissima opera fidē derogant, quum  
 tanta et tantillas estis quinq<sup>z</sup>, vocibus miracula, Et qui-  
 de nullius Circes ope adiutus, edita cernantur. O quam  
 opportune in Deucalionea tempora incidisset huius-  
 modi interpres: quam strenuus humani generis repa-  
 rator, sine lapidum iactatione, fuisset. His aq<sup>z</sup>, simili-  
 bus iocis immensum quem circa bellatilium interpreta-  
 tionis castigationem exhausit labore, fallere interdum  
 iussit. Quibus fortasse non absimilata ipse quoque, si fo-  
 ret in terris, iocaretur Democritus. Verum ut unde di-  
 gressa est, eō mea renuntatur oratio, quum non tam o-  
 nus uno, quam duas illas interpretationes sibi similes  
 esse compressem, ego tamen nunquam ad subeundum  
 castigationis onus magis imperatus fuisset ( idq<sup>z</sup> cum  
 ob alia, ium propter eos qui sub prelo erāt libros, quos ti-  
 bi puto post recensebo ) quē laborem vires etiam insi-  
 made rectare suadebant, eum a merepentina necessi-  
 tate extorxit. Quum enim in Homeri locum ( cuius im-  
 pressione casus quidam interruperat) sufficiendus alii  
 quis Grecus scriptor esset, commode in illo incommodo  
 accidere videbatur ut Herodotus Ion Ioni Homerivi vi-  
 carium se offerret. Sed quanvis Et omen hoc animum  
 ad spem erigeret, Et necessitas stimulos admoueret, ti-  
 midetamen vel trepide potius manum operi admoue-  
 bam: donec eruditissimus vir Thcodorus Beza Et huius  
 scriptoris amansissimus, operam mihi suam pollicendo,  
 ( quam Et nahnit qualem in præfixa ad lectorem epi-  
 stola docui) itame confirmavit, vi huius auctoris edi-  
 tionem uno coepit am prelo, duobus prosequiturus sim.  
 Sed quorsum tam multa? inquies: cur tam auxie facti  
 sui rationem exponis? Nimirum ut si consilium meum  
 tibi nō usquequaq<sup>z</sup> probem, temeritatis saltem crimen

effugiam, atq; hoc à te impetrem ut hunc meum laborem boni consulere, non autem ap̄yēgoīnīḡs ītālēo velis: quippe cui, quoī menses poscebat, vix tot a me dari potuerint dies. Si enim horarum a me in hoc qualemque est opus insumptarum numerus subducatur, nequaquam duodecim integros dies confecerint.

De auctore autem huius interpretationis ( quisquis ē est ) quid dicam? In doct̄us certe is non fuit sed nec doct̄us fuit. infidelem certè interpretē cūm nō vocarim, sed nec fidēlēm vocare ausim: negligens certe fuisse non videtur, sed nec diligens fuisse comperitur: sed siquid medium inter doct̄um virum & indoct̄um, interfidelem & infidelem interpretē, siquid deniq; medium inter diligentem & negligentem esse potest, aut siquid ex his aliqui contrariis conflatiū imaginari possunt, id in eo fuisse putandum est. Mirari quod dico? ac quod magis mireris addam. Hanc interpretationem, aut non unius viri, aut unius quidem, sed dupli ci ingenio prediti opus esse aio. Quod si quis quomodo fieri possit ut aliquis dupli ci ingenio sit prae dictum, me roget, eum ego vicissim interrogabo qui fieri possit ut unum idemq; ingenium in una eademq; sue interpretationis paginarem eandem hic ap̄is & Latinis, illic in eptis & barbaris verbis reddiderit: in eruendo sensu huius loci aliqui obscuro Lyncei oculos habuisse, in eliciendo sensu illius loci claro & aperto Hypsea cecior fuisse videatur. qui fiat ut alicubi ita verbis Gracis insistat ut ea in resupsticioīs sit potius quam religiosus: alicubi contra, ea non libertate solium sed licentia etiam utatur, ut que sint interpretis partes oblitus videri possit. qui deniq; si al ut illius loci interpretatio acutissimū hominis iudicium testetur, huius interpretatio vel ipso communi sensu ho-

9

sub omnem carnis arguat. Nam si bona non ita malis  
permixta essent ut in una eademq; pagina, immo vero in  
una interdum periodo viraque inuenientur, sed ali-  
quor paginae integras bene, aliquor deinde male inter-  
pretatus esset, ad harum interpretationem ebrium, ad  
illarum sobrium accessisse, vel non eiusdem interpretis  
totum esse opus suspicarer: nunc quum vel unus perio-  
di interdum prius membrum aliqui difficile, felicissi-  
me sit redditum posterius, quod erat facilissimum, infelicissi-  
me: aut vice versa: quomodo in una periodo sobrium &  
ebrium cundem fuisse, aut unam eandemq; periodum  
duos interpretes habuisse verisimile cuiquam fiat? Sed  
nec illud facile cuiquam persuadetur, cundem qui-  
dem interpretem fuisse, sed cum in uno periodi membro  
aliquem se doctorem consuluisse, in altero autem nemini  
nem in consilium adhibuisse. Quid igitur superest ut  
dicamus? quidem quid aliis hac dere dicendum su-  
perfici nescio: aliud certè mihi superest nihil, nisi ut id  
mirar: quidem ac saepe miratum esse, sed ciuscun sam  
& antea ignorasse & nunc quoq; ignorare fatetur. Ce-  
tara que de edicto a me Latino Herodoto dicenda puta-  
ui, ex ea quam prefixi ad lectorum epistola ( si legere  
graue non fuerit) intelliges.

VENIO ad eam quatuor illud munusculū orna-  
stie epistolam. In eam tam amanter aetatio viro con-  
pellari, sive quam gaudeo: sed nimium honorificas illas  
compellationes non agnosco. Nullistamen me nec labo-  
ribus nec sumptibus parcere, dum in promovendare li-  
teraria vestigia patris mei insisto, hi quos dum haec scri-  
berem, sub praetexto babebam scriptores ( quorum tenomi-  
na libenter audiurum scio) icstari poserunt P O E T A -  
R V M veterum syntagma (grandibus pariter & ele-

ganibus literis (Homeri, Hesiodi, Theognitis, Phocylidis, Orphei, Theocrati, Nicandri, Callimachi, Aratt. Sophocles cum omnibus qua in eum exstant scholis Polemonis & Hierii declamationes. Et bac quidem Graco sermone. Latino autem, MEDICOV M SYNTAGMA è Graco sermone in Latinum versorum, Aretae, Rufi, Oribasij, Tralliani, Pauli Äginetae, Actij, Altharij, aliorumq; fore omnium priser Hippocratem & Galenum: additis & ex Latinorum medicorum numero iis quibus prima deferuntur. Inchoatum erat & SYNTAGMA CONCIONUM ex omnibus tum Gracis quam Latinis historiis excerptarum: sed Graco sermone in Latinum translatu. quibus & indicem que eas in certas classes distribuat, adiungere decreui. ANTHOLOGIAM autem Gracorum epigrammatum que ante pannos dies è prelo exiit, ad una cum ipso Herodoto millo.

Quod scribis. eam meæ epistola partem. quate ut commercium cum Muisis constanter habeas cohortes, nec si quid cogitationum animo tuo commouisse, quasi ut ipse suspicari vel ad suspicandum aliis ansam dare videar, alius dare suscipi ait, agi quam ut bonas literas colas: non de nibilo certe (ut uerum facias) hec animo incessit cognitio. Illa enim reuera mentem meam subierat suspicio, ex conuincione quod sampridem nulla scripta produisse a te intellexissim. Tunc enim ne rude (propter mereris) donari velles, magno literarum omnino generis dissipendo, vereri vel possum per uincere cœpi. Sed quedam sua munera quæ paulo post in manus meas peruenierunt, illo meum me liberauerunt.

Quod in extrema epistola, Adriani Turnebi mortem (mei post Petrum Danesium & Iacobum Tuscanum

num preceptoris) non sicutis lamentis prosequoris, facis  
 inquitdem quod non te solum, sed omnes literatos facere  
 decet: quod vero *Cuius sapientiam doctrinam, virum.*  
*tem, humanitatem pleno ore predicas, in eo animi tui*  
*candorem (rē hoc seculorarissimam) Eg agnosco Eg ma-*  
*gnopere laudo.* Nimirum verum hodie experimur  
 illud *Aescras poeta, Kā negamū us.* Sed quid hoc sibi  
 vult quod a te subiungitur? quum aīs, quo maiorem ia-  
 turam bacnostra studia fecerint, eo plus cura laborisq;  
 in me meiq; similes recumbere? Imo vero quod de me  
 non nisi toco, de te serio dici potest, illius morte in te, *Ego in*  
*tui similes, (quos paucos orbis habet) in tenui, inquam,*  
*totam literariam rem publicam inclinatam recumbo.*  
*re. Ceterum quum te laudum eius tam studiosum esse*  
*animaduertissim, non dubitavi quin grata tibi lectio*  
*futura esset eorum quibus tumulum eius ornari*  
*epigrammatum: quare adscribēda censui,*  
*sua vicissim ( si qua scripseras)*  
*expectans.*

Eis A'dpiaròr Túpm̄or.

Túpm̄or p̄ sp̄ia u' p̄ia e'm̄an u' eḡerūm̄as.

Nu' d' a'f̄. | u'ḡi u'ḡi u' ḡat̄as.

Kai' x̄' òn̄x̄dōriç̄ soφ̄im̄ d̄oðen̄m̄añ̄p̄a,  
Hλ̄d̄iñ̄ k̄gi u'ḡiñ̄ ñ̄p̄a d̄oðen̄m̄añ̄.

In Adriani Turnebi tumulum.

In manes ingrata tuos hac ora ferentur,

Quod taceant te, a re que didicere loqui.

Sed res huius agim alo, carissime, landes

Ingenij culpa quam tenuare tuas.

Ergo alij laudent: ego tantum epigrammate testor,

Landibus haud ullum par epigrammatis.

In eundem.

Cur placuit cunctis Turnebus? cur tot amici

Illi, vix hostes unus & alter erant?

Cur placuit cunctis? tot linguis lingua diserta

Totine illi potuit conciliare viros?

Cur placuit cunctis? an quod certare videbant

Indicij dotes dotibus ingenij?

Cur placuit cunctis? cunctas placuisse quod artes

Excoluit Graias, excoluit Latias?

Cur placuit cunctis? an quod totusq; lepores

Spiraret, totus quod lepidosq; sales?

Causa equidem sunt ha: sed & bac est maxima causa,

Hic placuit cunctis quod sibi non placuit,

HEN-

H E N R . S T E P H A N V S  
Lectori S. D.



V v m incepitā à patre meo Rob. Stephano Græcorum historicorum editionem persequens, & cuin in illa persequenda ordinē tenens, non quē ratio temporū quibus quisque vixerat, sed quem offerentes se occasiones suadebant, Diodorū Si-  
culum, mox Xenophontem, tandem & Thucydidē utrumque Græcum pariter & Latinum edidisse, à me Herodotū utro-  
que itidem lingua loquenter expectari sciebam. Sed ex quo cuin illa Thucydidea interpretatione luctatus fueram, quod naufragis vſauenire solet, vt tranquillas etiam aquas horreāt,  
idem & mihi vſaueniebat: ac tantum abest vt iterum aduersus Laurentianam Scyliam & Charybdin dimicare vellem, vt vix nomen audire sustinerem. Sed illa potentissima domina Nec-  
cessitas me quantumuis repugnantem in hāc arenam iterum descendere, & iugo quod excusseram, rursus collum subdere,  
quantumuis recalcitrantem, coegit. Hūc igitur labore quum illa mihi expresserit, occasionem quam in mea ad Ioachimum Camerarium epistola comimemoraui, nacta diligentia quæ multis in locis desiderari potest, veniam mihi dari postulo.

Eatamē legē veniā impetrare volo, vt quod hic defuerit id in annotationibus quæ Græcæ editioni adiungentur, cumulatissime expleam. Ad quam differendam tribus potissimum rationibus sum induct⁹. Prima est, quod illam interpretationem cum Græco contextu conferendo, & quas interpres sequutus erat diuersas lectiones examinando, maius veterum codicum auxilium desiderarim. Quanuis enim multas ex illis lectionibus, in quibus à vulgatis editionibus Græcis interpretatione illa dissentit, ex nostris vetustis exemplaribus annotatis repererim, (quarum etiam nonnullas margini hu-  
ius Latinæ editionis adscripti, easque præsertim quib. lacunæ expletur) non tamen omnes tum quas ille rectè sequutus es-  
se videtur, tum quas præterea in locis aliqui obscuris sequē-  
das iudico, aut reperi, aut repertum me, nisi consultis mul-  
tis alijs veteribus exemplaribus, sperau. Secunda quæ me ad differendam Græcam editionem impulit, causa fuit, Theodo-  
ri Bezae pollicitatio. is enim in describendis pictori iconibus

quæ huic volumini subiunctæ sunt operæ suam nauasse & quæ fundam suarum in tres priores libros animaduersionum, ac potissimum in primum, copiam mihi fecisse non contentus, quin se præterea nōnullas in hunc scriptorem obseruationes editutum polliceretur, illas ego grāde motæ premium (omnium iudicio qui hominis doctrinā norunt) futuras existimavi. Tertia est, quod meum imperfectum emendationis laborem eo quo paulo antè dixi modo explere, atque adeo, ut aliena recognoui, ita & mea ipsem (quum præterim nimis nimiumque periculosa festinationis mihi sim conscius) recognoscere statuerim. Nā & loci quidam, dum iam sub prelo essent, mihi clari redditis sunt, qui obscuri paulo antè fuerāt. ex quib. ille est insignis lib. 2, *αν μεγατορθης εργης της λιθιας πυραιδων.* cuius, quum iam prelo commissus esset, hunc esse sensum animaduerti. Ne me præ lapideis pyramidibus, Iudibno habeas.

Sed quid ego me tianxiè excuso? Si Conrado Heresbachio tibi imponēti, & quum ne millesimam quidem errorum huius interpretationis partem emendasset, totā se accuratissimè emendasse iactati, eum te præbuisti, cur mihi, bona fide tecum agenti, iniquum te præbebis? Sed quid de Cōradi Heresbachij impostura loquit? Cū interprete & cū Conrado ipsos etiā qui antea excuderunt hunc librum typographos de imponendo tibi & de te Iudificādo coniurasse dicas. Nulla enim tam horrenda singi erratorū typographicorum monstra posse sunt, quæ superiores editiones Gallicæ, Italicæ, Germanicæ nō fuerint: quæ vix dici potest quanto & quam molesto cum labore à me profligata fuerint: & eorum quædam in calce huius libri, in perpetuā rei memoriam, spectanda tibi visum est proponere. At bonus ille vir Cōradus Heresbachius, quasi ab illis monstris sibi metueret, nullum eorum oppugnauit, imò verò ne attigit quidem. Qui tamen, quotamcunq; eorum partem profligasset, multo melius & de Herodoto & Herodori lectore meritus esset, quād dum decē interpretationis Latīnæ eratores pro decem nullibus errorum, magna cum ostentatione emendat, & eos quidem ciui modi qui in omnium oculos qui Græcas literas vel à limine salutarint, incurtere queant: vel dū pro verbis Herodeti quæ non intelligit, alia quæ solus intelligit, & quæ nec l Herodoti nec cuiusquam Græci scriptoris sunt, reponit: ut quum pro ἐρέμοι nos εἰπήσου; legere iubet.

Verum

Verum his omissis, pauca de opera quam in huius interpretationis emendatione posui, & de ratione quam pro temporis angustiis in iij ut maiore cū fructu legi Latinus Herodotus posset, dicenda nunc arbitror. Literis quas vulgus Italicas vocat, ea scribenda censui quæ in contextu Greco non habentur: & ex illis ea potissimum quæ interpretem non ex aliquo veteri codice a vulgatis editionibus diverso, (quod cum locis aliquot fecisse ostendi) sed ex ingenio, interpretationis iuuanda gratia, addidisse existimau. Ex vocabulis & loquendi genetibus quæ barbara videbantur, partem aliquam muraui. Antiquissima verò mihi fuit (quum minus vigebar) falsas interpretationes emendandi cura: quarum tamen multas me inemendas reliqui se, ut mihi sum conscius, ita ingenuè fateor. Hoc quoq; non dissimilabo, multos esse locos, quorum sententia, si generatim consideretur, bene redditas sit: si signifikat, male. id est, in quib; interpretatione, quod ad nudam facti expositionem attinet, vera sit: quod ad circumstantias autem, non satis. Cæterum ne quæ interpretationes aperte falsæ offendereant, statueram quidem initio unamquamque earum expungere, & in eius locum veram reponere: (ac plurimis iam certè locis id feceram, ut ex collatione cum ceteris editionib. cognoscatur) sed quum animaduertissem, lexica Greca quæ hodie lingue Graecæ studiosis tenebda proponuntur, huiusmodi falsis, ineptis ridiculisq; interpretationibus, (ut similes habeat labra lactucas) tanquam gemmis quibusdam ab eorum interpolatoriis insignita esse: ne iij quos illa ad has interpretationes remittunt, in mea editione eas querentes, oleum atq; operam perderent, retinendas esse, nostris erogatione adscriptis, iudicau. Neq; verò de his illisve lexicis loquor, sed de omnib. quæ duodecimi abhinc annis prodierunt: quoru nonnulla Thesauri etiā titulo ornata fuerunt: sed de quibus, quum introspectiuntur, verè dici possit quod habet verus prouerbiū, thesaurus carbones. Sed nimis quidam qui patrem meum audierant sacerdientē, se Thesauri Graeci editionē moliri, si non aliud, at ipsum certè titulum præcipere illi volebant: perinde facientes ac si quis irū, ob acceptā Crassi vestem, regem euasisse persuadere veller. Sed de his tunc aptior fuerit dicendi locus quum verum & ἀπόγειον Thesaurum dabo: cuius quo diutius riorem expectationem esse video, eo magis ut illi respondeat, efficere manib; pedibusq; conabor.

Quòd si quis obliuiciat me bonas horas in emendanda huiusmodi interpretatione, tanquam in repurgando Augiæ bubili, male collocasse, potiusque nouam cuderidam fuisse, primum ego ei, aurum ex Ennij intercoribus collectum fuisse respondebo; deinde eundem hoc considerare iubebo, ita esse vitiōsam hanc interpretationem ut permixtas vitiis virtutes & quidem maximis maximas & plurimis plurimas habeat: magnumq; ad p̄cepta optimæ rationis interpretandi, magnum ad formandum iudicium eius qui interpretē agere discit, adiumentum afferre queat. Sunt enim quædam (aut ego valde fallor) tam Latinè, tam dilucidè, tam numerose, tam deniq; omnib; modis cōcinnè venusteq; expressa, vt nihil Latinus, dilucidi, numerosius, nihil concinnius venustiusq; fieri singūle posse videatur. Quid quòd s̄ p̄fissimè in uno eodemq; loco bona malis permixta esse cōtingit? quid quòd interdum in uno periodi mēbro doctum, fidem & diligentē interpretem & omnia Laurentio Valla digna agnoscim⁹, in altero doctrinam (imò vel vulgarē lingue Græcę cognitionem) fidem, diligentiam desideramus? Hoc tibi mirū visum iri scio: mihi certè & mirum visum est iam pridē, & in dies magis miror: nec quamcunque in partem animum versem, vlla conjectura rationem huius inconstantiae assequi possum. Sed hanc interpretationē (quicunque sit eius author, & vnde cunque profecta sit que ea cernitur inconstantia) minime reiiciendam, sed potius quas habet inter virtutia virtutes, & roſas inter aculeos carpendas esse censeo. Vale, &  
noſtris laboribus  
faue.

HENRICI STEPHANI  
APOLOGIA PRO HERODO  
TO, SIVE HERODOTI HI-  
*storia fabulositatis ac-  
cusata.*



Tantiquitatem nonnulli nimium religiosè  
atq; adeo supersticiosè colunt, ita nō desunt  
qui candem merito honore meritaq; obser-  
uantia fraudare videantur. Horum autem  
vitiorum vtrunq; non peculiare seculo no-  
stro, sed illi cum superioribus esse commu-  
ne, multa nobis argumento esse possunt. Po-

sterioris quidem certè fidem nobis vetipa Græci sermonis  
consuetudo facit, in quo Ἀρχαῖος & Ἀρχαιοὶ de homine nimia  
simplicitate prædicto, interdum vero & de planè stolido bar-  
doq; dicuntur: & Ἀρχαιοτέρη, itidem. Atq; hinc, id est ex hoc  
præcorum morum & institutorum (utpote quibus nimium  
rudis simplicitas inellet) contemptu, manarunt & illa, οὐρανοί,  
ἀρκεσίος, ἀρκεσίαν, βικκισίλων. Hinc & illi versus,

*Præca inuenit alios: ego nunc me deniq; natum*

*Grata lor, hec etas moribus apta meis.*

At illi priori vitio eorum qui supersticiosè antiquitatem co-  
lunt, quid ansam præbuerit, allequi conicula nequaquam  
facile est. Non iam de illa altè repetita antiquitate, nec de iis  
loquor qui mores sui seculi exoli, vota contraria votis Naso-  
nis fecerunt: ut quum dicit Tibullus,

*Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossim*

*Arma, nec audissim corde micante imbam.*

Quæ verba eruperunt huic Poetæ postquam aurei seculi felici-  
tatem commemoravit. Atq; hunc dum eò respiceret, per-  
texum vitæ suæ fuisse, mirum videri non debet: quum ipse He-  
rodus multis antè ætatibus hæc protulerit,

*Μηκετ' ἔπειτ' ὥφειλον ἐγώ πεμποισι μετεῖναι*

*'Αρδησίν, αὖτις οὐ περέθεντεν, οὐ τιμέα γνωτῶν.*

Sed & ille ipse Naso, qui in verbis quos modò citauit antiquita-  
tē ludibrio habet, illā laudari solitam, alibi facetur, quū dicit,

*Laudamus veteres, sed nostri utimur annis.*

Et qui (obsecro) prisci seculi laus dissimulari posset, cui<sup>9</sup> vt rudi-  
dis simplicitas iis quæ dixi verbis apud Græcos notata, ita vicis-  
sim probitas & fides consuetudine Latini sermonis celebrata  
fuit ille demum antiquis est adolescens moribus, inquit Plau-  
tus. Homo antiqua virtute ac fide, inquit Terentius. Homines  
antiqui, qui ex sua natura cæteros fingeret, inquit Cicero. His  
autem loquendi generibus materiam non alios quam poetas  
præbuisse verissimum est: sed hi quam angustis spatiis tempus  
illud circum scribant, vel ex his luctuosis versibus patet,

*Ansiq[ue]m et veteris est alienum Posthume leclum*

*Concurre, atq[ue] facti genium contempneri fulci.*

*Omne aliud crimen mox ferre protulit atq[ue]*

*Vidrani primos argentea fascula machos.*

Sed & ipsum Hesiodum longo interuallo argentei seculi mo-  
xes ab aurei seculi morib. separantem audiimus. Dubium ve-  
rò nemini esse debet quia aureo seculo argenteum, vt æreo  
ferreum poetæ subiunxerint, id ipsum exprimere volentes  
quod Horatius his versibus cecinit,

*Aetas parentum peior avis, iulit*

*Nos nequiores, mox datus*

*Progeniem vistiosorem.*

Quam sententiam ex hoc Arati loco mutuatus videri potest,

*Oīw χρύσοι πατέρες ψηλώ έλιπον*

*Χειροπέδων. ὑμῖς δὲ κακόπερ πέπεισθε.*

Huius autem rei (meo iudicio) non obscura ratio est. quum e-  
num posteri ultra nequitiam suorum maiorum, cuius heredes  
relinquuntur, sibi nouā in dies comparent, nequiores evadere  
necessitatem est. Verū (si serio loquendum est) ne primū quidem  
seculum, vel poti<sup>9</sup> ne priūnos quidem illos primi seculi homi-  
nes nequitia caruisse, & ea vel maxima, factæ licet nos Caini  
exemplo docent. Quò minus Romuli multis seculis posterius  
factum in perpetranda itidem fratris lucide, mirum videri  
debuit. Atque (vt huic sermoni finem imponamus) priscorū  
hominum maiorem simplicitatem atq[ue] adeo rusticitatem fu-  
isse, quam probitatem, & aut nullo virtu aut lola auaritia minus  
quam nos laborasse, credibile est. At nostrum seculum si au-  
racame vocari ratione non potest ob quam nomen id primo  
seculo

## APOLOG. PRO HEROD.

19

Seculo impositum fuit, illa certè eadem ratio hanc appellatio-  
nem civitatis dicit, propter quam Naſo in his versibus (nam co-  
rum authoreñi illum esse potius quam Propertium iudico) se  
am suæ ætati tribuit,

*Aurea junctu verè aunc secula: plurimū auro*

*Venit bonos, auro conciliatur amor.*

Quibus adiicienda sunt quæ apud Propertium sequuntur,

*Auro pulsæ fides, auro vernali iura*

*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*

Adiiciendus ad hic versus, qui distichon illud *Aerea sunt, &c.*  
præcedit,

*Aurum omnes victa iam pietate colunt.*

Verum enim uero non de illis (vt i dixi) altè repetitæ antiquita-  
tis admiratoribus loquor, qui, quacunq; poetæ de ea somni-  
arunt, vera esse in animum induxerunt. De quibusigitur? de  
iis qui suæ ætatis artifices, (præsertimque pictores & sculpto-  
res (neccnon poetas, præ illis quos superiores ætates rulabant,  
floccifaciebant. Nam quis vel ex Cicerone non didicit qua-  
to studio olim antiqui operis tabulæ, signa, torcumenta con-  
quiri quanto pretio comparati solita fuerint?

*In aerei veteres statuas Damasippus emendo*

inquit Horatius: ad quām multos præterea eadem insanias &  
circa statuas & circa res huiusmodi laborasse putam⁹, perinde  
ac si cum Apelle & Zeuxide ars pingēdi, cum Scopa, Myrone,  
Praxitele, ars sculpēdi itue fingendi sepulta esset: Nec verò ali-  
unde quām hinc ortum apud Latinos habuisse crediderim illa  
loquēdi genera, Nihil antiquius mihi fuit, Nihil antiquius ha-  
bui, Antiquissimum mihi fuit, aliaq; huiusmodi. Nam qui hec  
ab ea quæ senili ætati debetur reuerentia petita esse existimat,  
aut falluntur, aut ego fallor. Quæ tamen origo voci Græcae  
*πειθοῦντος* meritò fortasse tribuatur: sed vocabulū Antiqui-  
us, vt illi significacione respondet, ita origine respondere, ne-  
quaquidixerim. Et de artificib⁹ quidem haec tenus. Quod au-  
tem de poetis dixi, vel solus Horatij querimonia nobis satis  
superq; testatum reddet: in qua inter cætera hec dicit,

*Si meliora dies, ut vina permateret, reddit,*

*Scire velim treuum cheriu quoctus arroget annos*

*Scripтор ab hinc annos centum qui decidit, inter*

*Perfectus veteresq; refari debet, an inter*

*Viles atque monos*

Similis autem cum alibi, tum lib. secundo Antologiae Graecorum epigramm. extat querimonia. Veruntamē ut hodie cantilenæ sive cantica, quo recentiora, eo sunt gratiora, ita iam Homeri seculo nouitatem illa non vetustatem commēdasse, ex his illius versibus discimus,

*Tl̄w̄ γδ̄ αινδ̄λ̄ μāλ̄ον̄ δ̄θ̄ικλ̄ην̄σ̄ ᾱιθ̄ρωπ̄*

*“Ην̄ς αινούρ̄π̄αι ηθ̄τάπ̄ ᾱμφ̄ιπ̄ληται.*

Cui subscribens Thebanus Poeta dixit, *Αίρε παλαιόν μήποτερ,  
αρδεα δὲ ὕμινα τετέραν*. Vbi animaduerteodum est negari à Pindaro quod Horatius ex vulgi sententia affimat.

Sed quorsum hæc omnia? dicat aliquis. Nimirum vi propositis duobus hisce hominum generibus, quorum unum nimis religiosos, alterū nimis irreligiosos oculos & aures ad antiquitatem afferit, iis qui veterum historiarum lectores futuri sunt, ut medium quandam viam teneant, author sum: sicutamē ut veteres historicos (sicut & poetas) dū legunt, illos ab eorum posteris, tanquā magistros à discipulis, distinguēdos esse meminerint. Nam ad historias quidem quod attinet, si verè illud dictum fuit, discipulum prioris esse posteriorem diē, quin facta plurima quæ in posterioribus historiis celebrātur, priores historias (id est facta quæ in illis commemorantur) tanquam exemplar sibi proposuerint, nemo (vt opinor) inficiari volet. Nam quis L. Tarquinium (vt unum aliquod in historia Græca celebre factum cum celebri in Romana facto comparem) in decutiēdis summis papaverum capitib; Thrasybulum imitari voluisse neget? Imò verò vt hūc ille imitatus est, ita historicos Latinos in describēdo eius facto Græcos imitari voluisse dicas. Ego verò ex Græcis Herodotū, ex Latinis T. Liuiū, diligens utriusquid locum (nequid fingere videar) proferā. Herodot' igitur (si bene interpretor) hæc scribit, Præconē ad Thrasybulum Periander misit qui ex eo sciscitaretur quis maximè curus ipsi rerum status & ad exercendum in urbe suam imperium accommodatissimus futurus esset. Thrasibus hunc à Periandro missum secum ex urbe educens, segetem ingressus est, eamq; perambulans, dū illum repetitis subinde super eius ē Chorintho aduentu interrogacionibus compellarerit, ut quāque

que spicam supra reliquas eminere cernebat, retundebat: & postquam retuderat, proliiciebat. donec quotquot in tota se-  
gete pulcherrimæ altissimæq; erant, hoc modo lebesceruit.  
Quum autem vniuersum prædium obiisset, præconem nullo  
dato consilio remisit. Reuerso deinde præcone, quum Perian-  
der Thrasybuli consilium audire summopere cuperet, is nul-  
lum ubi ab eo datū respondet: & se mirari addit qui illi in mē-  
tem venerit, vt ad talē virū eūmitteret, qui ita mente ca-  
ptus esset vt etiam suas iplius res profligaret. Quæ dicens, si-  
mul quæ faciente Thrasybulum viderat, narrare cœpit. At Pe-  
riander quā huius facti mentem percepisset, & Thrasybulum  
ipſi de interficiendis ciuibus consilium dare animaduertisset,  
mala omnia ciuibus suis inferre cœpit. Haec tenus Herodotus,  
Liuiū nunc audiamus de sexto Tarquinio ita loquētem, Itaq;  
postquam satis virū collectū ad omnes conatus videbatur,  
tum c suis vnum sciscitatū Romam ad patrē mittit quidnam  
se facere vellet quandoquidē vt omnia vn' ipſe Gabiis posset,  
ei dij dedissent. Huic nūtio (quia credo dubiè fidei videbatur)  
nihil voce responsū est: rex, velut deliberabundus, in hortū  
ædium transit sequente nuntio filij. ibi inambulans tacitus  
summa papauerum capita dicitur baculo decussisse. Interro-  
gando expectandoq; respōsum nuntius fessus, vt re imperfe-  
cta, redit, Gabios: quæ dixerit ipſe, quæq; viderit refert: seu ira,  
seu odio, seu superbia infita ingenio, nullam cum vocē emisſi-  
se. Sexto, vbi quid vellet parens, quodvē præcipere tacitis am-  
bagib', patuit, primores ciuitatis, criminando alios apud po-  
pulū, alios sua ipsos inuidia opportunos, interemit. Haec tenus  
& Liuius. Quis autem hoc ea quæ dixi id est παγαλλίας περέης  
& παγαλλίας διηγήσενon agnoscit? Iam verò si fluuiorū quos  
vidimus, fontes quoque videre iuuat, cui non lectio veterum  
historiarum ( à quibus aliqui in posteriores siue riui siue ri-  
uuli profluxerint) gratissima esse debet? Nam vt Homeri poc-  
sin fontem appellat Naso, (quum canit,

— à quo, cœs fonte perenni,

Vatum Pieris ora rigantur aqua) itaego  
Herodoti & Thucydidis scripta fontibus comparare, duab. de  
causis non dubitē. Vna est, quod ex illorum lectione præstan-  
tissimos quosque & bellica virtute clarissimos viros prudēti-  
am h auſſe, & de variis rebus gerendis vel non gerendis cōſi-

lium, tanquam ex oraculo certissimo petuisse, (felices, quos facerent aliena pericula cautos) atque adeo illorum facta non in similibus tantum rebus imitatos esse, sed interdu ad usus aliqui dissimiles accommodasse, virissimum est, Altera, quod ex horum veroq; (ac praesertim ex Thucydide) omnes propemodum qui sequuti sunt historicos, cum alia cum variis scribendis historiæ regulas deriuasse, & horum scripta tanquam ideas illis scribentibus obuersatas fuisse, multa nobis argumento esse possint. Verum quid ista sint eiusmodi quæ multo facilius mente comprehendendi quam verbis explicari possint, quæ addi hoc pertinentia possent, cogitanda relinquo. Hoc autem nequam silentio prætereundum censco, veteres historicos (sicut & poetas) si non ob aliud, ob eam certè reverentiam qua fictitiū numē suum suaq; adulterina sacra prosequuntur dignissimos esse quos reveremur. Haec autem illorum reverentiam fatetur cogentur quicunq; multa loquendi genera, quib. sacra literæ nobis Dei prouidentiæ, & (ut theologica voce utar) omnipotentiam testantur, itidem ab illis usurpata inuenient: quæ contrà eorum posteri neglexerunt. Duob. exemplis contentus ero: quis non, quum hæc verba audit, Deus in cor meū immisit, Deus in manus meas illū tradidit, Dauidem, vel Esaïam, vel Ieremiam, aliūmve quempiam è sancto sanctorū Prophetarum numero, potius quam Homerum vel Hesiодū aut aliū poetam loquentem audire sibi videtur? At ego, & hec & alia loquendi genera Herodoto veteri historico cum veterib. illis poetis dico esse communia: ut omittam quæ præterea ostendit Christiano itidē dignissima sibi habet ille peculiaria, Quæ quoniam ut omnino impietatis, ita mendacij suspitione aliqua cum ex parte liberate posse videntur, non omissenda, sed alij loco seruanda iudico: atq; haecenus in gratiam & laudatorum & viruperatorum antiquitatis, ex multis pauca praefatus, ad ipsum disputationis caput venio.

**Q**uod in legendis historiis duo consideranda sunt, quæ narrantur & à quo narrantur. prius de eo qui hæc memoriarum prodidit, nobis dicendum est. Herodoti fabulositateq; ita omnibus omnium sermonibus fuisse iam olim iactata. ut in proverbii proptermodum abicerit, quis est qui nesciat? Sed quod hodie in multis experimur, idem plurimis superiorum seculorum hominibus usurcum esse credibile est, ut aliqua fide illum mendacij argu-

guescent et quippe qui ne librorum quidem eius titulum vñquam nisi per transenam aspexissent, sed aliotu à quibus lectos esse credebat, iudicio standum sibi esse existimarent. Verum ut huiusmodi hominū voces olim exhibilari potius quam refelli solitas verisimile est, quippe qui temerariam suam credulitatem impudentiamque prudentes, nō Herodoti sed suam ipsorum famam luxerent: sic & hodie similem impudentiam similiiter exhibilandam explodendamque potius quam argumentis vñlis confutandam censeo. Quare hos misos facies, illos compellabo, qui Hierodotum non semel, sed sepius, non eius partē sed opus integrum, nō oscitanter, sed summa cum attentione voluerunt. Ac primam ex illis scire velim utrum Herodotus prudens sciensque, an imprudens mentiatur. Illum prudenter ac scientem mentiri si respondebunt, mendacij ipsius et ei sexcentis locis conuincetur. Si enim mentiri propositum illi esset, cur quoties aliquid commemorat quod peripectum exploratumque non habet, hac de re nos admonet? cur tot locis tam solicite se excusat? Aut quid haec, Ut audiui, Ut narrant, Ut aiunt, addere passim attinebat? Aut quid horum quidem se testem esse oculatum, at illorum testem auritū duntaxat, fateri necesse erat? ut in Euterpe, μέχει μήδος τῆς Ἐλιφαντίης πόλις οὐρανίλες ιλαῖσσα, τὸ στόλον ταῦτα ἀργῆ οὐδὲ ιστίου. Sed & sepe de rebus sibi dubiis scribens, nescire se quām veræ sint illæ, sed quæ ab aliis referantur, narrare, & penes eos fidem esse velle dicit. Atque adeo in Polymnia, hoc suum esse in vniuerso operere consilium pronuntiat, ut sibi commemoranda quæ ab aliis acceperit, non item omnino sibi credenda esse censem. Εἶτα δέ, inquit, ὁ φέλλω λέγει τὰ λεγέματα, πενθερὸς γερεών πατού ἀραιλω. χαί μοι τὰῦτα τὰ ιπτάμενα ιχθύας ιστάσεται τὰ λόγια. Ac ne his quidem contentus sepe etiam suspicionem lectoris præuenit, & hoc vel illud narrari quidem, sed verisimile sibi non fieri profitetur. ut quum in Clione scribit, Φεστι δὲ οἱ αἰτίοι, οἱ μοι μήδοι επιστάλεισθε. τὰ γέροντες οὐτί, φειτάν. &c. Sic in Terpichore dicit, οἱ μοι μήδοι επιστάλεισθε, άλλα δὲ πο.. At multis locis hanc admonitionem non attexit, in quibus videatur esse necessaria. Nimirum tibi necessaria videtur. at illi contraria persuacaneam (quippe cui sui dicti ratio constaret) visam fuisse, persuasum habeo. Atq; hanc meam opinionem confir-

mat(ni fallor)iste Clionis locus, in quo Babylonici solifertilitatem exponens, scribit, In quam autem altitudinem nūnum & sesamum arborescant, et si probè norim, tamen id non referam: quum certò scia, us qui nunquam Babylonicam regionē adierunt, quæ de fructibus dicta sunt, planè incredibila videbri. Meam, inquam, opinione in cōfirmat(vt opinor) hic locus. vt enim de his tacere voluit quòd fidem impetratura non crederet quidni de illis quoq; tacuisse, si fide maiora fore putasset: aut aliquo saltē verbo, vt aliis in locis suspecta sibi cōfestata esset? Quid quòd comperta sibi aliorum mendacia dissimilare non potest, vt cum in Euterpe, tum alibi aperte ostendit? Atqui mendacia exagitare, nequaquam eius qui mendaciis gaudeat, esse videtur. Ac primum quidem hoc sit φλεληθεας Herodoti argumentū. Secundum esse possit, quòd non, vt alij pleriq; historici, quæ vel à dicendo vero cum deterrerent, vel ad mentiendum impellerent, habuerit. Cui enim illum assentari voluisse, aut quod assentationis p̄ximum sibi proposuisse dicemus? Adde quòd assentari & παρηπατειν amare, velut ex diametro inter se pugnant: quam tamen illum amasse, cum ex aliis locis, tum ex hoc in Polymnia deprehendimus, Hic ego, quòd sentio & verum mihi videtur, nō dissimilabo: licet eiusmodi esse sciam quod mihi inuidiā apud multos conflare posset. Atenim quotundam encomia suæ historiæ inseruit. Id quidem fateor: sed & rara & nullā assentationis speciem p̄x se ferentia esse dico. nec quicquā assentatorium vel in Poly cratis laude in Thalia, vel Bogis aut Cadmi in Polymnia, agnosco. Remoto autē assentationis studio, quidei lucri fuisset(vt ille apud comicū loquitur) nos fallere? Esto tamen, aliquos historiæ eius locos criminis illius suspectos nobis esse: at qui: s eam saltem partem quæ non res gestas, sed varios hominum variorum mores ac ritus describit, (quæ potissimum calumnias obnoxia est) suspicione huiusmodi non liberet? Tertiū argumentum(nisi quis conieeturam vocare malit) ex magna hominibus circa suū numen suaq; sacra obseruantia peti posse dixerim, quā & paulò antè attigi. Multæ enim sententiae sive γραμμæ tū quas aliis locis adhibuit, tum quas narrationib. vel p̄fixit, vel tanquam corollaria adiunxit, tanta illum pietate p̄aditū fuisse testantur, quanta in hominē Christianæ religionis ignarum cadere potest: imò verò ea de diuina potentia prouidenciaque

tiaque sensisse quæ Christianum sentire & deceat & oporteat. Huiusmodi sunt hæc in Thalia, sed profectò prouidētia Dei, pro sua sapientia, quæcunque animalia meticulosa & esculenta sunt, valde fecunda reddidit, ne assiduo eſu abſumpta deficerent: at quæcunque improba & pernitiosa, parum fecunda. Atque hinc fit ut lepus &c. Consideremus & hæc ex Polymnia, *VIDEN' vt Deus animalia prægrandia fulmine feriat, eorum fastum non tolerans: at pusilla ne videlicet quidem? Viden' vt in editissima quæque ædificia & in celsissimas quasque arbores tela hæc ingruant?* Gaudet enim Deus quæcunque eminent, deprimere. Vnde etiam contingit ut ingens exercitus ab exiguo profligetur: Deo videlicet illis quorum insolentiam exofam habet, terrorē aut fulmen immittente: ita ut superiores eorum successus exitus exitiales habeant. Magnificè enim de se sentire nemine commune secunū esse sinit Deus. *Quid, obsecro, de diuina potentia diuinius istis dici potuit?* Hec iudeam illam γνῶμεν laudibus omnes efferrunt,

'Πία μὲν βελάει, πία δὲ βελάοντα χαλέπην,  
'Πέπει δὲ ἀριζηλον μηνόν, οὐδὲν λον αἰτέει,  
'Πέπει δὲ τὸ ισύνεισκολόν, οὐδὲν λογεῖ καὶ φέρει  
Ζεὺς υψηρεμέτης, οὐδὲν λογεῖ καὶ φέρει ναι.'

Quem imitatus Horatius dixit.

vales ima summi Mutare, & insignem attenuat  
Deum,

Obscurra promens.

Et merito quidem certè illam veteris poetæ sententiam laudibus extollunt: sed quanto tamen viterius progreditur hic noster historicus? Iam verò gnomen illam quæ Deo vindicem oculum tribuit, quot nobis exemplis confirmat? vel potius, quot locis eam tanquam in speculo intuendam proponit? Primum quæ de Pheretima narrat, & verba quibus narrationem suam claudit, audiamus: ac quoniam est valde memorabilis, eam à capite ipso arcessamus, dispersa eius membra in viam corp' colligentes. Erat hæc Pheretima Batti claudi Cyrenes regis vxor. hic Arcesilai filius erat: quem Cyrenes regnum tenente, dum morbo laboraret, frater Aliarchus strangulauerat: isq; viciū ab illius uxore cui nomen Eryxo, ex insidiis interfecitus fuerat. Batto hoc mortuo, Arcesilaus quæ is è Phe-

retima sustuletat, regni hæres relinquitur: sed quid ortantur  
 bunc & populm seditione, factio populi superior cuasset,  
 Arcesilaus Samū, Pheretima eius mater Salaminiē profugit, &  
 ab E Velthonc, imperium eius obtinēte, exercitum à qui vna  
 cum filio Cyrenen reducatur, petat. At E Velthon quidvis potius  
 illi quam exercitū dabat. Illa, quicquid dabatur accipient pul-  
 chrum quidem & id esse dicebat, sed pulchrius futurum: sse si  
 ipsi quem petebat exercitum daret. Atque hoc responso longū  
 vobis quodq: prosequebatur. Tandem vero E Velthoni fu-  
 sum aureum, & colū cui circum possum stāmē erat, domo mi-  
 sit. Quum autem iisdem quibus prius verbis iactet accipendū  
 hoc munus vfa esset, tunc E Velton se talia fœminis non exer-  
 citum donare dixit. Arcesilaus autem interea Sami agens exer-  
 citum coegit, à quo quum Cyrena reductus, & in antiquum  
 statum restitutus esset, magnam in suos sœvitiam exercit: ob  
 quam fibi metuens quum ad Alacerem Barcæorum regē so-  
 cerum suum se contulisset, à Barcæis quibusdam, quibus se non  
 nulli Cyrenæi exules adiunxerant, in foro interfactus fuit: e-  
 iusq: cædem mox Alazeris soceri cædes sequuta est. Ad Phere-  
 tima, tantisper quidem dum Arcesilaus filius Barcæ ageret, ei  
 gradum apud suos cum aliis in rebus, cum in præfidero se-  
 natui tenebat: sed ubi filium Barcæ interemptum audiuit,  
 fugi se in Ægyptum proripuit: atque ibi Aryandem ( quem  
 Cambyses Ægypto præficerat ) supplex rogauit ut vicem suā  
 vlcisceretur, hoc prætextu vtens, quod filiū suū, quia Medo-  
 rum partibus fauebat, interfictum diceret. Quum Barcē per-  
 uenissent quos exortatus Aryandes ex Ægypto miserat, eamq:  
 urbem vi capere frustra cōati, fraudcepissent, Pheretima ex  
 Barcæis eos qui perpetrandæ cardis principes fuerant, cruci-  
 bus per ambitum murorum suffixit: eorum autem uxoribus  
 manimas amputavit, quibus eosdein muros tanquam notis  
 quibusdam interponxit. Cæteros Barcæos Pertis diripiendos  
 reliquit, præter eos qui Battiadæ & affines cædis nō erant: his  
 autem vrbis gubernacula tradidit. Hac tenus de Pheretimæ  
 facto. nunc animaduertere opera pretium fuerit, quod huic  
 narrationi (interiectis tamen nonnullis) corollarium librum  
 claudēs, attexat. At Pheretima (inquit) ne ipsa quidē mitem vi-  
 tæ exitū habuit, quum primum enīm è Libya, Barcæos vita in  
 Ægyptum rediit, miserabilem mortem obiit. viua enim ver-  
 mibus

mibus scatere cœpit, à quibus corrosa fuit. Nempe homines tam attocibus vindictis inuidiam sibi apud deos constauit. Haec tenus de Pheretima. Ad Hermotinum eunuchum veniamus. Scriptam enim de illo histotiam religio mihi esset silentio præterite. Hermotimo, inquit, amplior illatæ sibi iuræ, quam ullivnquam mortali (quod sciam) contigit ultio. Is ab hostibus captus & venalis à Panionio quodam Chio empatus fuerat, qui ex scelestissimo facinore quæstū faciebat quoque cunque enim nancisci poterat formosos pueros, castrabat, moxque Sardis aut Ephesum abductos magna pecunia vendebat. Barbaris enim eunuchi in pretio sunt, quod iis maiorem quam aliis fidem in rebus omnibus habendam putant. Exorum autem numero quos caltrauerat Panionius, erat Hermotimus: cui felici sorte contigere ut cum aliis donis Sardibus ad Xerxem mitteretur: temporis autem progressu primum inter eunuchos locum apud illum obtineret. Num autem rex Persicas copias in expeditionem aduersus Athenas educens, Sardis peruenisset, tum Hermotimus negotij eiusdem gratia quin in Myliam regionem descendisset, quæ à Chiis incolitur, Atarneus dicta, hic Panionium offendit. Quæ agnatum quum blandè compellasset, & primum quidem ei exposuisset quanta bona cius opera consequutus esset, dein de verò magnam se illius meriti gratiam relaturum promissee, si cum suis liberis illuc commigraret, ei ut id faceret persuaserit. Postquam verò eum in potestate habuit, quippe qui cum libe-ris & uxore illuc commigrasset, his eum affatus est verbis, **O** qui prox omnibus mortalibus è scelestissimo facinore quæstum fecisti, quid de te ego aut meorum maiorum quispiam, de te inquam vel aliquo tuorum conmeruius, propter quod me ex viro nihil esse feceris? Népe deos tuas illas actes ignoratus sperabis: at te rē adeo iniustam ausum, iusto iusti contra iudicio in manus meas compulerunt, vt tantæ, quæantis dignus es potuas mihi dares. Quæ dum Panionio exprobantur, adductis in conspectum quatuor filiis, cornuian pukate genitalia coactus fuit: quod quiri illis fecisset, ad idem civicissim faciendum adacti ipsi fuerāt. Ita Hermotimo aduersus Panioniū diuinæ ultionis vices adjutrices fuerunt. Quid quarto hic legimus quod ore Christiano sonari nō mereatur, si sancta

pluralem deorum numerum in singularem vertamus? Sed & in Euterpe quam pulchre ab eo dicitur magnorum scelum magnas immitti a diis vltiones? τῷ διηγεῖται παρεπομένοις ἔκεις πανταλεθεράν ἀπόλομψι, κράφων τῷτο τοῖσι αὐλοπτυσσοτέροις) οἱ τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ σημαντικαὶ τῶν θεῶν. Illis autem verbis quibus suum de Hermoimi vlaione sermonem finit, consona sunt (si ipsum etiam loquiēdi genus spectemus) hæc quæ in Thalia habentur. χειρὶ δὲ τολλαῖοῦς περικόρης 'Οροῖς Πολυκράτῃ πίσις μετάλθω. dixent enim illuc, Πανιάνοι μή τινες γένεται πεπάντες καὶ Ερατόποτες. Sed & πίσις δίκλινην interdum dicit, ut in Eratone, εἰ μὴ ἀδιλιούτας κατηγέρει τὸ Σπέρτη, αἴδεντοι τούτων πανδημέτρους ξεποτεῖσαι. In Calliope autem δίκλινη φον τῷ Ασωτίῳ εἰς Μαρδονίῳ dicit. Huc etiam pertinet vocabulum μέλις, ut quum scribit in Polymnia τοῖσι δὲ οἱ Λακιδιμοίσι μέλις κατέσκηψι Ταλαζούν τῷ Αγαμέμνονῷ κήρυκες. & paulo post, εἰ μὴ γένεται κατέσκηψις αἴγαλος ή Ταλαζούν μέλις, &c. in quo etiam loco obseruatione dignissimum est quod tradit de Icelere quod in filiis authorū eius Deus vindicauerit. Fruquēs est illi usus & vocis χειρῶν, siue iδη (pro iδη, quod & ipsum apud cum extat) de eo quod ut à Deo decretū fuerit, ita fieri oportuerit & necesse fuerit: ut nō procul à Cliūs initio, χειρῶν, γένεται λαζαρίδαι κακῶς. Et circa finē Calliopes, κακῶν γένεται τοισι τοισι Νακίους λαζαρίδαι. Et in Terpsichore, εἰ γένεται τοισι τοισι Νακίους λαζαρίδαι. In eadem iδη δὲ εἰ τῷ Ηετίῳ γένεται Κοείδη κακῶν αἴσθησι. Item in Eratone, δὲ γένεται Μιλτάδετα πλευτῆς. Nec verò mihi dubium est quin Liuius imitari Herodoteum istud loquendi genus volēs, (ut antea dixi à veterib, historicis posteros multa mutuatos esse) non procul à primi libri initio ita loquutus sit, Sed debebatur, ut opinor, fatis tantę origo vrbis, maximiq; secundū deorum opes imperij principiū. Quòd sibi huius χειρῶν vel iδη explicationem querimus, cā nobis eiudē Herodoti Calliope suppeditabit, Ήδσπες, inquit, quod à Deo contingere oportet, homo nulla ratione auertere à se potest, quoniam ne verisimilia quidē dicentib. quisquam auſcultare vult. Sed narrationē à qua dictum illud pēdet, audiamus. Dum autē, inquit, hac in re occupati sunt barbari, Attaginus

gious Phrynonis filius. vir Theban⁹, cōuiuio magnificentissime instrūto, Mardonium ipsum, & quinquaginta eorum qui cum illo erant honoratissimos, excepit. Secundum cōenā Persa quidam Thersandrū Orchomenium cuias esset interrogauit: quem vbi Orchomeniū esse accepit, Quoniam, inquit, te mihi mensē & libaminum consortē esse contigit, tibi sententia mea mēmōsyna relinquere libet, ut & ipse eorū quæ impendent præscius, tuis rebus consulere possis. Vide Persas qui hice pulantur, & exercitum quem ad flumen castra habentem reliquimus? Ex hoc vniuerso numero non multo pōst persaucos videbis superstites. Atque his verbis multas lacrymas ille miscebat. Quæ quum admiratus Thersander dixisset, Nōnne Mardonio hæc significanda sunt, & Persis qui secundum ab eo locum obtinētū subiecit, Hospes, quod à Deo cōtingere oportet, homo à se arte nulla depellere potest. siquidē ne verisimilia quidem dicentib. fidem quisquam adhibere vult. Atq; adeo ex Persis multi quamvis hoc sciamus, sequimur necessitate constricti. Ex his, (sicut & ex aliis quæ antè attuli) quæ fuerit nostri historici pietas, patere satis arbitror. quamvis enim hæc postrema verba non in sua sed in Persæ cuiusdē persona proferat, (cui cū illa nequaquā affingere dixerim) illi tamen aliqua ex parte adscribi possunt: quod sic ea cōmemoret ut illis se astēiri planū faciat. Reliquum est ut scrupulū, quem animis aliquorum iniicere potuit vocabulum τύχη, eximam. Nam quomodo (dicent nonnulli) huic quem prædictas pietati consentanea sit illa τύχη appellatio, quæ quā apud vetustissimos scriptores raro, apud Homerum autem nūquam reperiat, hic contrā illi cūtus rerum iūputat: Qui fortunā constituit, nōnne is prouidentiam tollit? Hocego sanè fateor: sed τύχη illis in locis vulgarē fortunæ significationē habere nego. Alioqui enim quomodo adderet δίς cum τύχη? ut in Melpomene, τάς δὶς οἱ ἀπόκτηνες δέπο τῷ ἀργεντινοῖς μηροῖς εἰς τὸ τέλος τῷ χαρέσ αὐθαιρίων θεῖη τύχη. Et in Terpsichore, τὸ λαβόντα τὸν αὐδρὸν θεῖη τύχη καροτζίλαστ τὸ παγένεσ. Hic enim θεῖη τύχη nūihil aliud sonat quam θεῖη μηρία. & quod vernaculo sermone dicimus, Ainsi que Dieu voulut. Quod illa etiam verba Calliopes indicant, ἀπεκληδὲ, Θεῖη τύχη λαβει πυρίας, αἴπερ καὶ καταστροφήλα, θεῖη ποιωθεῖσ. Ille portò Gallicæ voces aliud loquendi genus in memoriam mihi reuocant, quod quum ineptum

alioqui iudicetur, magnam tamen cum isto Herodote habet affinitatem, atque adeo tantam ut eius videri posset. Ita enim loquitur saepe apud nos vulgus, O è fortuna: Dixit verbi. Quam multas autem alias habeat h[ic] scriptor: dicendi formulas sibi magna ex parte inter Græcos scriptores peculiares, ac quæ sermoni nostro cum eo sint communes, alius erit aliquid dicendi locus. Ad ñēlō n̄ȳlō recuertor, & hoc addo, interdum etiam θεος πενηντος vocare Herodotum τὸ δεῖν τὸ χρηστόν εἰπειν. ut quum in Eratone dicit, ἐγένετο μεγάλη μαρτυρίων οὐδεμία, οὐδὲ τοιούτη ηὔπειρος οὐδὲ πενηντος. Etiam Polymnia, θεῶν οὐδεὶς ὅπλοις ιψος. Εἰ τὸ πενηντος εἰ τῆς πλην. Dixerat autem paulo ante, τὰ πενηντος τὰ στρατιώτους φαινεταί γηράτε. Sed & in Calliope legimus, Ηλαδί πενηντος πανεγείοις τὰ γρία τῶν πενηντος προσείσθαι. In quo etiam loco nobis obseruandum est quo & alibi dicit, nimirum diuinitus signa maiorum futurorum hominibus solere dari. ut in Eratone, Φιλέ; οὐκον μαρτυρίων τοῦτο πεπληρωμένον μεγάλα ηὔπλοια ηὔπλοια. Russus in codem libro, καὶ τὰ πενηντος πεπληρωμένα τὰ πεπληρωμένα γράπει οὐρανούς. Verum enim in uno quas haec tenus recensui Herodoti pias sententias dum in eum reputo (ut tandem huic sermoni finem imponam) hic animum meū percellet metus, ne cum profana illa muliere regina Saba profanus Herodotus, & cū Herodoto cæteri profani scriptores quibuscunq; adeo sacra dicta eruperunt, nos in illo extremo iudicij die eos peragant. qui quū Christo unico veræ religionis duci, nomine dederimus, & cognomen ab eo acceperimus, profanus plerundq; & sentimus & loquimur & scribimus. Sed quoniā nō hoc in præsencia quæcūcūr, quam pius, sed quam verax fuerit. Herodotus, quod initio huius sermonis dixi, iterum dico, tertiu φιλαλεγματικόν Herodoti argumentum ex hac eius pietate (meo iudicio) posse duci. Quis enim rationi consentaneum esse dicat, ut qui tam pius, idem tam improbus etiam fuerit, ut sciens prudensq;, nulla spe aut lucri aut alijs cōmodi propo-sita, lectoribus imponere planeq; eos ludificari voluerit? Nisi fortè eum aliquis, quantum esset inter historici & poetæ officium discriminis, & veritatis lucem esse historiam, ne sciuisse arbitratur: unde incōperta pro compertis, facta pro factis, falsa pro viris cōmemorate, adeo religione nō habuerit, ut suum crām nonien (ne posteritas illorum mendaciorū auctorem igno-

ignorare) operi suo præfixerit. Imò verò vel hinc, id est è præfixo operi nomine, quartum φίλαράθια eius argumentum peti posse crediderim: quod tamen nō tanquam necessariū, sed potius tanquam ex abundantí ceteris additum existimari volo. Ceterum cogitati aliquando mihi quid fidem Heredoti & ceterorum præfici seculi scriptorū tantopere suspecta multis redat, ratio illa occurrit, quod ut bonam eoru partem qui res à se longinquis in regionibus vias aut auditus narrant, mentiri suspicamur quasi locoru longinquitas ad hoc audaciores redat: ita etiā non paucis dubia sit illoru historiorū fides, quasi temporu longinquitate (que rerum memoriam propè oblitterari) freti, fabulas pro historiis obtrudere nobis non dubitent. At qui eos quorum animis insidet hæc suspicio, quantum inter hæc duo sit differenca, animaduertere decebat. Iocorum enim longinquitas eadem semper manet, at temporum non item. atque adeo multæ res gestæ quam longè à noctis temporibus absunt, tam propè ab eorum temporibus qui eas memoriarū prodiderunt, abfuere. Et hactenus quidem iis qui Herodotum consulto mentiri persuasum habent, responditum sit.

At qui Herodoto propositum quidem non fuisse mentiri, sed mentitum tamen esse arbitrantur, dum incompta pro compertis (ut modò dixi) commemorat, & suam interdum fidem de iis quæ audierit, non fecus ac de iis quæ viderit, obstringit, respondunt velim ad hoc, Herodotum illa comperta non habuisse, id verò unde ipsi compertum habeant. Si enim se hinc conjecturam facere dixerint quod aliis quibusdam repugnantia tradat, ecqua tandem ipsi certiore antiquitatis cognitione freti, Herodotum mendacem, ceteros veraces esse pronuntiare audebunt? & quam tandem ad normas quæ de rebus præfici extat scriptiones dirigendas cœrebunt? Quod si fortè Herotodum fabulositatis reum agi posse existiment hoc uno nomine quod eorum fidem superene quæ narrat: at non protinus quæ fidem apud illos excedunt, apud omnes fidem excessura putanda sunt. Demus tamen ea esse euismodi quæ fidem apud nullum mortalium impetrant, an quia eam non impetrant, eam non mereri dicentes? Quæ noua est ista dialectica, per quam nobis ita colligere liceat, ut quod verisimile non sit, ne verum quidem esse possit? Quæ porro est ista in historicos tyrannis, ut si res ab illis

scriptas credere nolimus, eos nostræ incredulitatis (licet hoc uti verbo) præstare culpam velimus? Quæ tamen ego dūscribo, nō sum nescius Iosephum in hac altera opinione fuist, nimurum ut diceret Herodotū in mendacio quidē fibi nos placuisse, sed suam illi credulitatem, mētiendi, occasionēm cedisse. Sed ego quam modò ab aliis exegi normam, ad quan priſcæ historiæ dirigantur, ab eo quoq; exigere non dubitum.

N E T A M E N dum alios nīmis incredulos esse queror, nīmūm ipse credulus habear, quibus nītes aut arguments aut exemplis, non temerè derogandam esse antiquis historiis fidē contendam, exponere decreui. Quæcunq; leguntur apud historicos miracula, ea vel ipsius natura rerum, vel humanaarum actionem esse, nemo (ut opinor) negauerit. Nā siquid hēc vel illa regio aut proſsus inauditū, aut inauditæ certè magnitudinis vel cōtrā paruitatis producit, id naturæ: siquid ab hominibus mirabile proficiscitur, id humanæ actionis miraculū vo-co. Primum igitur (ut terre fruges omittam) quot animalium genere summa admiratione digna describunt historici, quæ aut nō habem⁹ omnino aut certè forma & magnitudine plurimū ab illis differentia? Ne longè abeamus, ad homines, omnium animalium præstantissimum nobilissimumq; genus, veniendum est. Quales nobis paſſim gigantes, quales vicissim Pygmæi describuntur? Quid? an quòd neutros viderimus, neutros esse aut fuisse dicemus? Atqui ad gigates quidem quod attinet, qui fabulosos esse illos dixerit, (ut omittam multa eorum extare paſſim ossa) non profanos tantum, sed & sacros libros fabulositatis insimulauerit. Pygmæos autē si esse aut fuisse negabimus, non solūm magnæ exterorum scriptorum turbæ, sed & nostris ipsorum oculis fidem derogabitnus: quid enim aliud sunt qui paſſim spectantur nani quam Pygmæi, aut certè ex Pygmæis oriundi? Cur autem si naturam (id est naturæ officem) omnipotentem eise credimus, homines à nobis & forma & magnitudine variè differentes creare olim potuisse & hodie quoq; posse non credemus? Iam vero & hoc circa hominem (antequam ab eo digreditur oratio) diuersum naturæ opus consideremus. Ea nūc fœtum vetero mulieris per nouem duntaxat menses includit: an igitur Herodoto, ex cuius historia quadam, fœtus vetero muliebri plerunq; decem mensiū spatio includi solitos colligimus, fidem derogabimus? Atqui ut tacem

team, ne verisimile quidem esse, lōgam eum historiam ad inscendū illi tale mendacium confinxisse, quicunq; vel Herodoto vel abij cuilibet hoc narranti fidem derogat. & fieri posse negit, nōn hec eadem opera fidē diuinat potentia derogare putandus est? Verū ut ad diuinam vñq; potentiam non progrediamur, qui hic mendacij Herodotū accusant, quam multos in crimen trahant, ostendemus: si prius illam historiā paucis perfrinxerimus. hęc igitur sunt eius verba, de tertia uxore Aristonis regis Lacedæmoniorum loquentis, Nondū autem clapsō decem mēsū spatio mulier ista hunc Demaratum Aristoni parit. At is in solo suo cum ephoris sedēs, nuncium datum sibi filio simulatq; accepit, temporis quo uxori duxerat, incensor, subducto in digitos mensūm numero, hunc, filium suum non esse, iurejurando affirmauit. Quod quā audiss. &c. Aliquanto pōst narrat istum huius mulieris ad filium suū sermonem, Quod autem præcipue obiciunt tibi inimici, ipsum Aristonem, quum ei te natum cūlē nuntiatū est, multis audiētibus esse te suum negauisse; quippe quōd exacti nondū decem menes forent, nimirum vt talium rerū imperito hęc verba exciderunt. Mulieres siquidem non o eriātī atq; adeo septimo mense pariunt: nec omnes deceni mensūm spatiū implent. Ego vero te, fili, septimo mēsē peperi. Hactenus Herodotus ex cuius narratione elici quod dixi, apertius est, quam vt vllatn dubitationem felinquit. Superest igitur vt illos proferant quos in crimen trahi necesse sit ab iis qui Herodotum mendacij hic imitabunt. A Plauto sumam initium, in cuius Sticholeguntur hic lepidissimi versiū.

Famem suisſe ſuſpicor matrem mihi:  
Nam poſtquam natus ſum, ſaturnunquam ſui.  
Sed quam ego matrimea t. ferro itauitiſum,  
Eam hi nunquam reculit matrē gratiam.  
Nam me illa in alio mēſes gestauit decem;  
At ego illam in alio gēſto plus annos decem.  
Atque illa puerum me gestauit paruulum;  
Quo minus labori illam cepiſſe existimō:  
At ego non pauxilluam in utero gēſto ſumem;  
Verū hēc ī multo maximam ēgiatissimam.  
Vtē dolores mali oboruntur quotidie.  
Sed matrem patere nequeo, nescio quomodo:

*Audini sape hoc volgo à multis dicier,  
Solere elephantum grani dam pergitus decens  
Esse annos: cum ex jenine haec crux est famos.  
Nam iam complures annos utero heret meo.*

**Idem poeta in Cistellaria,**

*— illa quae compresserat,  
Decimo post mense exacto hic peperit filiam.  
Extant & Cæcilijs super hac re versus, in Plotio,  
In joletne mulier decimo mense parere?  
Pon nona, etiam septimo atque octavo.*

**Quæ scripsisse fetur, hæc Menandri verba in ciudem nominis fabula sequutas, yeari xvii dñi g̃ulṽos. Audiamus & Pomponium in Hirne,**

*Pappi decimus mensis est quem factum est: ita sit, ita semper solet:*

*Decimo mense demum turgens verminatur, parturit.*

**Ac ne ex uno poctarum genere testimonia proferamus, quis non illius Virgiliani verius recordatur?**

*Matri longa decem inlerint fastidia menses,  
quis non illorum Propertij?*

*Non non humani sunt partus talia dona:*

*Ista decima menses non peperere bona,*

**Sed quoniam dubia sunt itidem fidei poetæ, (qui tamen in iis quæ ad rerum naturā pertinent, veraces esse studuerunt) ne videat τὸ ζετάμενον σωρπάζειν, ad Hippocratē, Aristotelem, Plutarchum, lectorem remittam, qui nō solum decimo mēse, sed vndeclimo etiam partus ediscripscrunt. Sed horū partuum exempla etiam ex Plinio, vito in huicmodi rerū in dagatione diligētissimo, proferre liber. Vestilia C. Herdicij (inquit) ac postea Pomponij atq; Orfici clarissimorū ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa, Setapronium leptimo mēse genuit, Suilliū Ruffū vndeclino, Corbulonē septimo, vtrunq; Cōlū Iem: postea Cæsioniam Caij principis coniugem, octauo Hactenus Plinius. His autē exemplis quin & alia ex hoc nostro seculo perita possint addi nō dubito. Ad me certè quod attinet honestissimā matronā Parisis audiui, in frequēti cōcitu, pueri quin ostendebat, vndeclim mēses a se in utero gestatum affiniantē. ex certissimis enim signis (qua: mulieribus tāpius enīs cognita sunt) cōceptus tempus compertū se habuisse. Qu**

*qui*

quam ita sunt, undelem quorundam iurisconsultorum incredulitatē (hoc uti verbo cogor) mirari subit, qui pueros post certū & à se præscriptū diem ex utero materno prodeūtes legitima hæreditate fraudaverint. Scribit enim Vlpian⁹, Post decē menses mortis ~~REX~~ non admittetur ad legitimam hæreditatē De eo autē qui octagesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, & diuus Pius pontificibus rescripsit, iustotēa pore videri natum. nec videri in seruitutē conceptum, quū in ater ipsius aetate centesimum octogesimū secundum diem, et let manumissa. Hæc Vlpianus. Iam verò & Iustinianus mulierem quandam, quę vndeclimo post matiti morte mense pepererat, stupri damnat, quod fœtum tanto tempore utero includi, incredibile esse credat: & quia ipse foīsan eius liberis sua incredulitate iniuriā facit, partui matris imputat eiōtus, inquit, οι παν δε ει τοῦ θηραμού τῆς μητρὸς τοκετῷ σένευθε γεννήσαι τὴν γένεσιν αὐτῆς πάτερος οὐδὲν μέντοι δημοσίᾳ. Inīo verò tu fortassis Iustinianos ~~σένευθε~~, vel potius, ~~τοῖς~~ οὐτις αἴτια, propter quam in dicta causa illotū matrem damnas. Longè ceterè tuo iudicio dissimile L. Papyrij Prætoris iudicium fuit, qui secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eū detinat, quem in partum se xiiii mentibus dicetet tulisse: quodiam nullum certuni temp⁹ pariendi statuti videretur. Enimvero postulare videretur hic locus ut mira quam tempus attulit circa rem hanc mutationē considerem⁹. Hunc enim Lacedæmoniorū regem Aristonem videmus, ob non clapsos decem menses, partum uxoris nolle agnoscere: quū hodie contraria clapsi illi iustam maritis occasionem non agnoscendi uxori partum, atq; adeo suspectam habendū illarū pudicitiam, præbete videantur Atq; vt generalem in huic sermoni causa imponamus quicunque quid sit ratiocinari, nouerit, ex hac Herodoti narratione colligi fatebitur, quod hodie est ordinariū uterum vestimenti spatiū, ob in fuisse extraordinariū: contra, quod extraordinariū nunc sit, id olim fuisse ordinariū. Quantūvis enim Herodoti accusatores in sua pertinacia libi hic placeat, Herodotū ceterè hic absoluere quam cū eo tot grauitimos scriptores datumpare inallent. Ego vero huic ratiocinationi alia quam hinc ~~dictio~~, adiungā. ita cum colligo, quemadmodū si nusquam alibi metio facta experiretur part⁹ decimo mīle edici, historiā hęc, quū vera sit, nulla iudicaretur: ita n. alias aliæ que q̄

**exemplo careant, falsæ iudicentur, quum tamen verissimæ sint, & exemplo fortasse nō itidem apud reliquos omnes mortales ut apud nos careant.**

Hoc autem cum aliás, tum vel maximè vbi quarundam regionum fertilitatem describit, animo infixum habere debemus. Nam quum ea legimus quæ de Babylonici soli fertilitate scribit, si quidem ad nostros respiciamus agros, & cōiecturam ex illis facere velimus, statim mendacij Herodotum accusabimus. At si hanc regulam teneamus, nō esse nobis ex iis quæ videmus & audierimus ferendum de iis quæ nec vīla nobis nec audita sīnt, iudicium, & mentem ad omnī potentein Dei manūm potius quam oculos ad arua nostra conuerterimus, nulla tanta describetur nobis fertilitas, ut eam incredibilem iudicemus, sed ut antea potuisse, ita nunc quoq; posse alicubi esse credemus. Atenim ( dicit aliquis ) veteres historiæ locis quibusdam summam fertilitatem tribuunt quos hodie penitē tantum fertiles esse videmus. Hoc ego ut concedam, non tamen mentiri earum histotiarū authores in ea fertilitate narranda, protinus concedam. Nisi fortè & ipsa facta biblia suspecta mendacij nobis esse debent, quòd ab illis celebratæ quotundam locorum fertilitatis nullum hodie vestigium in illis appareat. Quod ablit ut nobis in mentem veniat: sed potius illud Davidis animo nostro semper obuersetur,

*Te magnam pandente manum, saturantur abunde  
Omnia: te rursus vultum condente satiunt.*

Quid? si Babylonis magnitudinem è nostrarum urbium magnitudine metiamur, an credibile fuerit, expugnata iīna urbis parte, rumorem expugnationis ad alteram longo post tempore peruenisse? Aut, si expeditionem Xerxis è nostrorum regum aut etiam ipsius Turcarum imperatoris expeditionibus aestimemus, nōnue quo flumina à Xerxis militibus epotalegimus; ot iīn pudētissima mēdacia nos audire credemus? Sed nimis um qui Xerxis & cæterorum Persicæ regum potentiam ex ea qua prædicti sunt nostri teges, & illius regionis ac temporis *strenuitas*, ex ea qua hodie cernitur, aestimare volet, hunc eadē opera & aquilæ vel struthiocameli magnitudinem ex regaliolo, & Oceanū magnitudinem ex paruo Rubicone aestimare oportebit. Verūnī ut ei qui Nilum vel Danubium videant, multo credibilior Occani vastitas fuerit quīcī qui paruum

qum Rubiconem duntaxat spectauerit: ita qui in regum nostrū factis nō insisteret, sed paulo altius res bellicas repetens, ad Tamberlanem aut eiusmodi quæciam ascenderet, nō tam incredibilia eius ad aures accident quæ de Xerxis exercitu narrantur. Tamberlanes ex bubulco miles factus, eò tandem potentiaē euectus est ut quadringentis equitū, sexcentis peditum millibus Paizazetem Turcarum regem adortus superauerit: & cæsis eius militum ducētis millibus, ipsum aureis catenis vincitum & caueæ inclusum in omnibus quas postea suscepit expeditionibus, secum duxerit. Hic ille est Tamberlanes qui quæcunq; locum oppugnatam venerat, prima die tentatio candido, secunda rubro, tertia nigro vtebarur: cādore, pacem pollente, rubore, omnium puberum cādem, nigredine, loci illius excidium, omniumq; incolarū internecionem minante. Sed hæc narratio huius loci non est. hoc vnum cōsideremus, vt logo inter uallo Tāberlanis copiæ a Xerxianis ablunt, ita quantum vicitissim nostræ artatis reges à Tamberlanis exercitu (qui centum duntaxat & sexaginta octo annis illos præcessit) lupereretur. Quum autem de regibus nostri temporis loquor, Turcarum regem siue imperatorem excipio, qui (ne lōgius abeamus) tantam vnu manum militum quantam omnes fere omnibus collatis viribus Christiani principes, cogere potest: vt non immerito magni domini appellationem obtinuerit. Tācam verò esse eius potentiaē & mirabitur & vix credibile fortasse arbitrabitur qui Turcici imperij statum cognitū non habuerit, & ex nostrorū principum imperiis æstimare voluerit: at qui illū cognouerit, mirari desinet. Eiusmodi enim is status est vt duos duorum Persiarum regum titulos (de potentia non loquor) vnu Turcarum rex sibi vendicare, & dominū, vt Cambyses: institorem, vt Darius, appellare sè merito possit. & quod in nos quidam iocatus est, quum regem Gallorum, regem asinorum esse diceret, (quod onera nulla sibi ab illo imposita detrectarent) de vniuersis qui sub ditione eius viuūt, nō ioco, sed seriō dici queat. Verè enim illi, tanquam ἦροι πεντάλαβοι ἀχέρων τελέσθησαν (vt Tyrtaeus de Messeniis cecinit) non bonatantūm omnia precaria possidēt, sed ipsam etiā animam precaria trahunt. Atque vt in regum nostrorum aulis inter multos de nobilitatis, sic apud illos inter omnes de lexitutis gradib certantur. Nec tamen hoc tantum nomine, sed & aliis multis, regno-

Persico maior est cum Turcico quam cum aliis affinis. Atque ut taceam huius splendorem multis in rebus Persico in nobis patet, certe etiam in Turcicis, ut magnitudinem eunuchorum Turcarum, magnam pallacarum, magnam satrapatum turbam omittamus etiam mutos etiam situs, multas conuentudines velut hereditarias manisse illius regno constat. Quinetiam quod Turcae portant pri Turcas aula nominare audimus, id a Persarum regibus manante Herodotus, Thucydides, Xenopho, Plutarchus, Athenaeus nos docent. Sed & hoc ipsum quod Turcam pro rege Turcam vulgo dicimus, (quum tam nec Gallum pro Gallorum rege, nec Hispanum pro Hispanorum rege, nec Anglum pro Anglorum rege, nec Polonum pro Poloniae rege dicere locamus) ab iisdem regibus originem habere, ex illis scriptoribus discere possumus. Nec verò dubium est quin idem Turca mores illum rato in publicum ac non nisi cum magno & speciem exercitus praebente satellitio prodeundi, (ut ita suis formidabilorem se venerabilemque reddat) à Persarum itidem regibus mutuatus fuerit. Nostri autem reges (ut hoc obiter dicam) quidam Persarum regibus peculiariter mutuati sint nescio, regine certe nostræ à Persarum reginis zonas suas sumptuose videri possunt. Persarum enim reges Autyllæ urbis redditus suis uxoriis, in zones donare solitos, memoria proditum est. Ceterum ut unde digressa est eorum reveratur oratio, quam absurdum potest alius nostrorum regum cum Xerxis potentia comparatio, vel unum eius quo Themistoclem donavit, munus abunde nos docebit. Ex multis enim historicis didicimus Xerxes Themistocli Lampracum in vinum, Magnesiam in panem. Myntem in opsonium donauisse. At sicut nostrorum regum quispiam non tres pagos, sed unicum donauerit, magna haec liberalitas & rege digna censemur.

Sed iam ad alterum partem veniamus, & miracula quæ circa humanas actiones siue humana facta versantur. examinemus. (quam ad partem si quis eo referte malit quæ modo de regib. dicta sunt, non magnopere repugnabo.) Quæ sunt illa igitur apud Herodotum quæ tantopere a fidem abhottere iudicanda fiat, ut illorum ergo præ quovis alio mendax iudicari debeat? An quæ de variis variarum gentium ritibus moribusque scribit? Hanc nimis partem reprehensionib' patere, hanc potissimum calumniis obnoxiam, hec sanctis multorum expositam esse

esse video. Quare? quod non tam aqua igni quam ritus moresque  
huiusmodi nostris repugnant, atque adeo illorum rituum nonnulli hu-  
c fieri ac ne fingi quid posse videatur. At qui nonne ipsi  
met in eo ridiculi competiuntur, quod eum quem in vicinis po-  
pulis non inueniunt morum cœlosum, in iis querendum pu-  
tent quos maria tot montesque a nobis separant, & quibus lon-  
gè diuersum cœlum longè diuersas animorum inclinationes  
tribuit? atque adeo quæ in vicinorum moribus excusat, ob ea-  
dē hyperboreos nescio quos accusados censent? Age enim  
cur quod Herodotus de Persis commemorat, eos nimis non-  
nisi inter pocula de rebus grauiorib. agitare consilia, incredibi-  
le cuiquam videbitur, quum apud quosdam ex vicinis populis  
hunc morē magna cura, velut inuiolabilem, seruari videam,  
vt qui sunt de te quapiam magni momenti consultaturi, aut  
cum aliquo contracturi, ex caupona *βυλανθεσο* faciant, atque  
ibi non prius ullum de suo negotio verbum facere incipient,  
quam pes & caput officium facere desinat? Apud hos *ραγηλε-*  
*αστιν* si mulierē quampliam de marito interroges, illum  
edormiscere crapulam, nihil mutato vultu, nec dato ullo pudo-  
ris signo, respondebit. Nos hæc in illis populis quibuscum no-  
bis quotidie commercium est, & qui nobiscum religione cō-  
iuncti sunt, non miramur: quæ de ebrietate illorum narrantur  
quibus nullus unquam Christianæ religionis affulsi radius, non  
mirabilia solum, sed planè incredibilia iudicabimus? Sed quid  
ego exemplum ex alia natione peto? Quæ non dicam natio, sed  
urbs, sed domus, non habet aliquos sacris Bacchicis initiatos?  
nonne ex duobus communi tecto utentibus sepe contingit  
vt alter edere & bibere vt viuat; alter contra, non alia de causa  
quam vt edat bibatque, viuere velle videatur? Vtum eos qui  
cibo & potu abutuntur, miseros faciamus: discrimen inter eos  
qui moderatè illis utitur, consideremus. Nonne quod huic pa-  
lati sapit, illi insipidum est? quæ hoc palatum appetit, ea illud  
fastidit? nonne cibos nonnullos à quibus ipsi abhorremus, a-  
lliis quibusdam in deliciis esse videmus? nonne multos feli-  
bus, nonnullos & mutibus vesci videmus? Iterim tamen fi-  
gentis alicuius victus nobis à quopiam historico describatur  
à nostro discrepans, is statim nugatur, statim mendax, statim  
fabulosus audiet. Veruntamen suscipit de que ferri profanorum

scriptorum sagillatio possit: quid quod ne libris quidē sacris  
incredulitas querundam parcit? Ioannem Baptistam locustas  
edisse non verisimile est (aiebant nonnulli) qualis enim fuis-  
set iste cibus? Ad hoc Euangelista scribit. Non Euangelista  
(respondebant) sed librario fidem detogamus, ειπεν γαρ οι ξε-  
ριδες προσχεδας vel alia quāpiam voce scripsisse sicimus. Quid  
tandem? non prius de illa deduci sententia potuerunt, quam  
varijs ex variis authoribus externis prolati sunt de locustarum  
esu mentionem facientes loci. Labantem scilicet sacrorum li-  
brorum hac in parte fidem, testimonio profanorum fulciū  
opotebat. At qui nobis ex ea quā experimur passim circa ci-  
borum delectum discrepantia, quod de locustarum esu tradi-  
tur, vel à quolibet profano scriptore (nendum ab Euangelista)  
scriptum, credibile videri poterat. Vtrū enim mirabilius? lo-  
custarum aut huiusmodi animalium esu delectari, an ab esu  
panis abhorre? Nōnne hoc quām illud maiori admiratione  
dignum quilibet fatebitur? At ego, qui locustis resceretur, ne-  
minē: qui à panis esu prossus abhorret, his oculis sēpē vidi.  
Rursum verò quām mirabile nobis est videre quāpiam qui  
panis esu non delectetur, tam mirabile Aethiopibus macro-  
biis erat (Herodoto teste) Persas pane vesci audire. Vt autem à  
pane ad vinum veniamus, si nūquam abstemios ullos vidisse-  
mus, nōnne eos qui à vini potu abhorrentes aliquos se vidisse  
dicerent, fabulari crederemus? Et tamē illa ipsa regio quæ ho-  
mines alioqui vino deditissimos gignit, quosdam etiā hostes  
vini acerrimos habet. De hominibus φιλονεμήσις quum lo-  
quor, primum locum Flandris, secundum Germanis tribuo.  
nam qui Germanis potandi principatum deferunt, Flandris  
(meo quidein iudicio) magnam iniuriam faciunt, qua de-  
re ego non ex iis quæ audiui, sed ex iis quæ vidi, sententiam  
pronuncio. Nam multa quidem Germanicis potoribus  
cum Flandricis fateor esse communia, atque illud in primis  
ut quot calices super mensam, tot matulas sub mensa ha-  
beant, aut omnia illis vicem matularum præstent: (de iis  
tantum loquor qui apud utrosque principem inter Bacchi sa-  
tellites locum obtinent) sed illos ab his superari hanc in re dico  
quod horum bona pars non prius legitimum Bacchum ado-  
ciatur, quām à spurio Baccho, id est zythos sive ceruisia, dormitā  
aut certè semidomitam se senserit. Quod quām se more insti-  
tuto-

quatoque maiorum facere dicant, eius tamen facti rationē as-  
sequi coniectura non potui. nisi fortè vt clauum clavo, ceru-  
siā vino se repulsos, aut, vt vulgari prouerbio fertur, inter  
duos litigātes tertium gaudere, ita sc̄e, interea dū in stomacho  
vinum cum ceruīa pugnabit, pace fruiūros, & à neutro illo-  
rum oppugnatū iri sperant. Et hactenus in illorum laudes  
digressus, ad sermonem de abstemias redeo. si superiorū tem-  
porum historias excutiamus, nō solū natura abstemios ab-  
temias q̄, sed & lege, in illis inueniemus. Multis enim in locis  
vini potū mulieribus ignominiosum fuisse scimus: Romę au-  
tem nō solū mulieri ingenux, sed & seruo vini vſus interdi-  
ctus erat. atq; adeo (si quibusdam credimus) ne ingenuo qui-  
dem, antequam tricesimum annum attigisset, eius vſus cōce-  
debatur. Romanas quidem certè mulieres à iudice nō minus  
si vinum bibiscent, quam si adulterium admisissent, multari so-  
litas, M. Cato refert. Nūc autem apud nos nulli mulieri, cuiusq;  
conditionis sit, probro & vni vſus: & tamen morem il-  
lumi osculandi obuios sibi propinquos nobiles fēminas apud  
nos retinuerunt, (& auxerunt etiam) ob quē Romanis mulie-  
ribus vinum interdicebatur, ne videlicet cum osculo vinosum  
halitum olfaciendum præberent. Vel potius (si quibusdā cre-  
dimus) nō ob osculandi cōsuetudinē vini vſus lege vetabatur,  
sed ad deprehendendum an legem illam violassent, osculi vſus  
institutus erat. Quid quod Zaleuc⁹ legislator Epizephiriis Lo-  
cris merum bibere (præterquam ægrotis, ex medici consilio)  
capitale crimen esse voluerat? Sed & aliud circa vini potum  
consideremus. Aliis in vino nihil magis placere quam vinum,  
id est vini saporem: ex Anglis concta multos aut saccharū aut  
herbam quampiam ad eius saporem infusandum miscere vi-  
demus. (& nos quoque, si Plauto credimus, vīnum, dum dilui-  
mus, infuscamus.) Verū id quidē quod de Anglis dixi, credi-  
bile vīsum iri, mihi persuadeo: at quod de Flandris addam, vt  
fidē impearate possit vereor: & tamē utriusq; per̄ que oculi-  
tus sunt testis. Quid illud est? Vinū butyro (nauseo referēs) di-  
luere, & ita dilutum (si tamen hoc diluere est) potare. Quod mihi  
narranti fidem non facilē adhiberi haud mirabor: ipse certè  
meis hac de re oculis credo, vix alienis crediturus. Nā in Flan-  
drocum mensis butyrum inter omnia fercula atq; adeo inter  
pellaria locum obtinere, mihi, antequam corum regionem

adūssim credibile videbatur: at verò ullū usquam morale factum esse qui vinum è butyro siue butyrum è vino potaret, cum deūnum quum vidi, credere potui. quod si inter vicinos populos tanta est in viētu diſcrepancia, cur ea quae narrantur de viētu hominum qui longinquitate & temporis & loci p̄ficiunt nobis absunt, fabulosā habebuntur? Aliud exemplum ab hoc de cibis sermone non alienum proponam. Scribit Hermippus<sup>9</sup>, Illyrii sedentes edunt atque bibunt: & ad coniuia suas uxores ducunt: quae nihil indecens facere existimantur, si ex iis qui in cœtu illo sunt, cuicunque fors tulerit, propinauerint. Hic scribit Hermippus, primum quidem illud ceu poūum referens, sedentes Illyrios edere ac bibere: at nos contrā mirantur eos qui aliter quam sedentes ederint. Quod autem sequitur de iisdem qui ad coniuia uxores ducerent, & eas cuilibet sine discrimine propinare permetterent, quin, ut ipse multabatur, tam iustum aliis futurum putauerit, nemini dubium esse potest. Sed & Æmilius Probus (aut is potius cui Æmilius Probi nōmē tribuit) postquam de iis loquutus est qui nibil rectum nisi quod ipsorum moribus conueniat, putant, inter alia hoc diſcrepanciam morum Romanorum à Græcis exemplum affert, Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in conuiuum? aut cuius materfamilias non primum locum tenet aedium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Græcia. nam neque in conuiuum adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet nisi in interiorē parte aedium, quæ *συνεταῖς* appellatur. quod nemo accedit nisi propinquacognitione coiunctus. Hac tenet ille: cuius quum verba de maritis uxores ad coniuia ducentibus cum verbis Hermippi confero, ita ego mecum, Qui si igitur maritos illos in Anglia tam lertos & patientes non multos abhinc annos vidissent, ut ignotis etiam viris suas ipsi uxores ad compotationes abducendas traderent, iisdem que eas reducentibus Bacchi sacris (& iis quae illa comitantur) operatas, gratias immortales agerent? Quod factum summa alioqui admiratione dignum, si tamen cum Candaulis aut Caij Caligulae facto comparetur, minus admirabile iudicabitur: contra verò, si cum Cotys regis zelotypia, de qua postea dicetur, aut cum Macedonum facto conferatur, hos, viros, illos autem, ne homines quidem esse dixeris. Cuius quidem facti historiam multi Galli si legissent, aut letam memoriā infixam

Infixam habuissent, ipsis Neapolis & Mediolanum sepulchra misere interfectis non fuissent: immo nec dominum fortasse vrbes illarum mutassent: sed nimicum, ut illis, dum se in Macedonia non in Persia esse, obliuiscuntur, Macedonicarum mulierum, ita his, dum se in Italia non in Gallia esse non cogitant, Italarum mulierum accretiones & osculationes, atque adeo salutationes ( quum ne salutari quidem suas uxores Itali velint ) eo pretio quo nullum maius esse potest, emerunt. Sed quoniam iucunda non est hatum rerum memoria, illum de mulieribus sermonem persequens, ut multa de illis ab Herodoto referri dico quibus nostri seculi exempla fidem afferant, ita vicissim nonnulla illum narrare quorum exempla desint, fateor. Hoc enim seculum Pheretimorum, Amestriderum, Atossa, necnon ( ut Cresce historiam cum Herodotea connectam ) Amytidum & Parystatum ferox, contra Artemisiarum & Argiarum sterile esse dico. Quocunque enim quis oculos conuerat, mulieres multas nobili genere ortas, implacabilis ira & nulla vltione satiabiles, cum Pheretima, Amestride & Parystide, non pauciores libidinosas cum Amytide, multas etiam noui semper luxus avidas cum Atossa: nullas autem vel paucissimas strenuas cum Artemisia aut Argia, reperiet. Sed muliebris quidem in vindicta crudelitatis exempla vetera pariter & noua praetaliis regionibus Anglia suggestere potest: de mulierum autem inexhausta libidine luxuque insatiabili regiones omnesque conqueri posse existimo. Nec vero si seculi illius mulieres consideremus quod inter eas quas modo nominaui & nostras intercessit, pauciora nobis exempla sufficiunt. Nam si ad libidinem Romanarum mulierum recipere velimus, Claudio audi quae tulerit. Audi inquam ex Iuuenale, adeo monstrosa libidinosam Mellalinam Claudi Cœlariis uxorem fuise, ut a latere viri quocum iacebat, furtim se subducens, ad lupanar se conferret, & inde lassata viri nondum satiata rediret. Ad luxum autem quod attinet non mirum tantum, sed incredibile etiam video possit quod de Atossa narrat Herodotus, illam ad bellum Graeciae inferendum Darium maritum sollicitasse, Lacunarum, Argiuarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam. Sed ut ad reginas vique non ascenda-

mus nonne Romanas matronas pro suo luxu tanquam pro a-  
nis & focis apud T. Luium certare videmus? Nonne & Naso-  
nem querentem audimus

*Quis fuit censu corpore ferre suos?*  
*& Proprietum,*

*Matrona incedit censu induita nepotum.*

Nec tamē singularum etatum luxum peculiare aliquid habu-  
isse negauerim. Exempli gratia: eunuchos olim a regibus, præ-  
cipue barbaris, studiosè vndeque cōquisitos fuisti: scimus, quod  
illos, ut scribit Herodotus, magis fidos in rebus omnib. quam  
alios, esse putaret. (quid autem eos tales reddere videatur, do-  
cet Pædix lib. septimo Xenophon) quinetiam ut eunuchos, ita  
& eunuchas Lydos reges habuisse, memorię preeditum est. Ve-  
rum, ut veteres Romani eunuchorū minus studio erat, eosq;  
pauci barbaris inuidebāt, ita nos hodie Turcae affisiq; barbaris  
principibus eos non inuidemus. Porro quin Romanorum vi-  
eissim luxus peculiare aliquid habuerit, minimè dubium est,  
ut quum Tibullus de domina sua dicit,

*Mihi sunt comites fusci, quos India torret,*

*Solus ex admetu inficit ignis equus.*

quod & Italas qualdam imitari videmus. Itidem verò & nostri  
huius seculi luxum proptia sibi habere multa, controversum  
non est. Sed Gallicus (utinam verum hoc non dicetem) eo ca-  
rēris omnibus qui unquam fuerūt est damnosior, quod in dies  
atq; adeo in horas innouatur. Nam ut taceam, in regū nostro-  
rum aulis id vestis genus quod manē gestari cœperit, vesperi  
pro obsoleto haberī, id demū circa cultū corporis magnificū  
& splendidū ducitur quod diu magnificum splendidūque  
esse non potest: ne videlicet nouę semper sumptuū occasiones  
desint. Hinc factum est ut armillæ & torques aureæ, quæ  
magno olim in pretio illis fuerūt (ut hodieq; sunt Germanis)  
sordere incipient. Quē tamē ornatum iam inde à priscis tem-  
poribus originem habere vatix nos historiæ docēt. Ex tribus  
etiam rebus quas nunc in deliciis regum nostrorum aulę ha-  
bent, duas cum superioribus seculis communes esse illis con-  
stat, tertiam suo quodam iure, tanquam proprium inuentum,  
vendicare sibi videtur. Nam os enim & catellos Melitēos Syba-  
ridis quidē primum, postea verò & aliis in deliciis fuisse (sicut  
& similiolas) legimus. Refert enim Plutarchus Iuliū Césarem,

quum

quū peregrinos quosdā diuites vidisset qui catellos & simio-  
las in sinu circū ferrent, interrogasse an apud eos fēminæ ia-  
fantes non parerent. Itidem verò & Masanissa Maurusiorum  
sex iam antea quoldam mercatores, qui simiarum coemēda-  
rum gratia illuc venerāt, eadem de re interrogauerat, si Ptole-  
mīo apud Athenę cū credimus. Fuisse autē & Romanas mulie-  
res catellorum huiusmodi studiosas, testatur apud Lucianum  
catella nomine Myrrhina quæ philosophicā Thessnopolidis  
barbam (si bene meniini) permixxit. Hanc enim catellæ ei he-  
ra sua mulier Romanā nobilis (udos miserum philosophū fa-  
ciens) custodiendam dederat. Ad illud tertium venio quod re-  
gum nostrorū aulis peculiare esse, vel hinc coniicio, quod vo-  
cem nec Græcam nec Latinam qua illud exprimam inuenio:  
accertè vel nunquam vel ratiō inuentam existimo. sed interim  
motione in fāminam petita à grammaticis venia nominare  
nō dubitabo. Quam igitur nūc ex motionibus fāminis vo-  
luptate in reginæ aliæque prīncipes capiunt, huic seculo pecu-  
liarem esse fūlpi: cor: certè si non peculiarem, at longè vītatio-  
rem illi cīs, affirmare audeo. Sed nec moriones viros tam cre-  
bros in veterum prīcipū aulis fuisse, de scurtis, id est γυλατο-  
ποιοις, non loquor) atque adeo posterioribus denūni seculis  
illos haberi in pretio cōpissé, mihi persuadeo. Nunc enim  
(quod fateri pudet) nō naturales tantū, sed & artificiales Gal-  
lia moriones habet, qui nimirū ex ιμικάροι facti sūt μεροί, aut  
certè in eum statum redacti qui inter Φενίξ & μερό medius  
est: siquid tamen inter hæc duo mediū esse potest. Hoc autem,  
vti dixi, fateri pudet, quia qui barbarorum factū damnamus  
in amputandis virilibus, tanto grauius illis peccamus, quāto  
illi corporis parti mēs antecellit, quæ alioqui & vniuerso cor-  
pore longè præstatiōr semper iudicata est. Atenim ex iis dun-  
taxat sūt moriones quib. parū mētis inest, adeo vt iā aliquam  
naturæ inclinationē ad μερού habere videantur. Tanto certè  
magis misericordi conditionē, nō deteriorē efficere, conari  
oportebat. Sed quoniā vereor ne in hac de motionib. quæstio-  
ne immorari, μερολογίū esse iudicetur, aliis eam relinquam:  
& comparationem hæc claudens, hoc addant, prīncipes nostri  
seculi fēminas (ac prēsertim Gallas, si nō alia virtute à prīscis,  
Φιλοσόφiis saltē luperari). Quotacūq: enim princeps fēmi-  
na hodie infanti ex vtero suo prodeunti sua vbera lugēda præ-

bet? Arq; huius rei ideo mentionem faciendam putauit, ne quod reginas ipsas apud nostrum Herodotum aliasque historicos nutricum officio fungi leget, fidē illis derogandam paret. Sed quid ego φιλοτρόφης huius ( à qua illæ degenerant ) exempla a priscis usque seculis recepto? Carolum Mariliacum ( clatissimum virum, & qui multis pro rege legationibus functus, honorificentissimam sui memoriam reliquit ) historiam hanc ex Hispanicis chronicis aliquoties referentem audiui : reginam quandam Galliarum quæ ex Hispania oriunda erat, tanta cum zelotypia infantem suum lactasse, ut quum alquando absente ipsa lactatū ab alia resciuisset ( qui iam per aliquid menses solius matris lac suxerat ) nūquam conquisceri potuerit donec infantem lac illud externum euomere coegeret. Hęc ille. Ceterum vt Herodoto derogādam non esse fidem ad monui ubi reginam aliquam nutricis officio fungentem nobis describit, ita nec quod in Calliope de Amestri regina texēte marito suo amiculum, nec quod in Uranie de alia quadam regina pisturam suę familię exercente scribit, suspectum esse debere, sed vt in quibusdam historiis luxum illius seculi, sic in quibusdam vicissim simplicitatem contemplandam nobis esse dico. Sed vt a reginis ad reges trasferatur oratio, nō minus certè quæ de regibus scribit Herodotus impetrare fidem debent : quanuis si ad regum nostrorum mores inititaq; exigatur, in dubiū merito vocari possit. Si enim quod de Pseudosinerdi mago narrat, eum pro vero Sinerdi rege per septem mentes habitū rūisse, ad aulicos huius tempestatis ritus exigatur, qui fraus illa rādu latere potuerit, & qui à nullo suorum cām longo tempore agitatus fuerit, valde mirandum videbitur: at si aditū ad reges illos non itidem vt nobis ad nostros patuisse, sed multo pauciorib. & rarius sc̄e conspiciebant exhibere solitos fuisse cōsideremus, minoriam huius facti animos nostros subibit admiratio. Primus Deioces ( inquit in Chone noster Herodotus ) hoc instituit, nec iū ad regē aditus pateret, sed omnia per intermissiones transigerentur; & ne quis regem cōspiceret quinetiam in honestum cuius coram rege ridere vel spuere, censeri voluit. Haec ille, cautam etiam subiungens. Ut autem eandem consuetudinem à rege Turcarum seruari dixi, ita similem imposituram locum apud eos superioribus annis, inueniſſicimus. quodī Pseudosinerda pro Multapha vero ad regnum galante.

**Q**uez tamen quum dico, alibi quoq; vbi consuetudo hęc receperat, Pseudatarathi, Pseudatiocho, i seudoneroni, Pseu dalexandro viam arte diuersa ad similem dolum patuisse non ignoro. **Q**uin etiam Valerius Maximus, Iustinus, Appianus, Iosephus, aliorum præterea meminerunt qui hac similitudinis formę occasione vñi, in principum itidem imperia aut in aliorum opes fortunasque gratitati sunt. Atque adeo (vt omnes nō temere veteribus historis fidem derogari debere, & nostrum seculum multis in tebus nō minus superiorib<sup>9</sup> miraculorum ferax esse intelligant) facta duo eiusdem cum præcedentibus artificijs, id est similes illis duas imposturas, (diuersum tamē finem propositum habentes) recentē vnam, aut recenti proximam, alteram, recensissimam, cōmemorabo. Anno post natum Redemptorem nostrum M. c. x x v, cuius Gallo cui nomen Bertrando Rementi, inopi & vilibus ministeriis operam locare solet, quod Balduinū qui ex Flandorū comite imperator Constantinopolitanus evaserat, facie planè referre a proditionibus quibusdā, vt nomen pariter & imperium Flandricum illius Balduini sibi vendicet suadetur. Hoc quum illis noui suatisent solum, sed etiam persuasissent, (vt facile ad amplectendos obuiis vniis huiusmodi honores eriguntur hominum animi) cum in eterno quadam cōmemorari tantisper voluerunt, dum fama percrebuisse Balduinum Imperatore in capiuitate reducem, et in eum quandam ad agendam peccatorum pœnituentiam, incolere. **Q**uæ mox per Flandriam quum dissipata esset fama, vndeque illuc concurritur, magnaq; cum pompa illinchic Pseudobaldinus per vniuersas regionis urbēs deducitur, quæ uno omnes ore illum dominum suū gratulabundē agnoscunt & salutant. Hoc fabrepitiū imperium quum permēles aliquot exercuisset, Ioana veri Balduini filia, & paterni in Flandria imperij heres (quæ paulo ante, nihil nisi repentina fuga sibi contulisset illius Pseudobaldui si manu ventura fuerat) regem Galliæ Ludovicū octauum, sibi cōanguineū, de bac quæ sibi fiat iniuria certiore facit. Rex Pseudobaldinū fide data ad se vocat. Ille vt adfuit, variis interrogacionib. a rege aliisq; qui regia cōsilii erat, vrgit. cōcepit Apicē ad singula & ut ipsius impositure cōlentaneum erat, respōdet; quippe qui non sit ore præcomposito illic veniet. Sed enim quæ multos dicit, les alio quæ multas expedit, oī collimus,

quem quidā Bellouacensis episcopus ei proposuerat, expedire nō poruit. Interrogatus enim quo in loco uxore sit duxisset, ad hanc quæstionem obmutuit: quo silentio certum imposturæ fuxæ testimonium dedit. Eum tamen rex ob datam à se fidem impunè à se abire permissit. Ille quū se inde in patriam proripuislet, aliquanto post ibi deprehensus, captus, & ad loānam missus fuit: quæ eum sibi non donatum sed magno pretio vēditum, cruci affixit. Hæc fere sunt quæ Flātrix in tales de hoc Pseudobaldino referunt: alius quibusdam historicis nōnihil circa facti ipsius circumstantias dissentientibus. Ad alteram illam quam recētissimam esse dixi imposturata venio, huic & superioribus similem, & eadem quidem via, sed alio tamē tendentem. Alij enim sua fallacia in principum imperia aut in aliorum bona inuolarūt, aut certè inuolare coarūt: at hic in alienæ vxoris possessionē inuolauit, & fabulosum Plauti Iouem non fabulosè imitatus est; vt testatur sententia quam aduersus eum curia Tolosona tulit, līte p̄tinū in apud eam intēdicēpta A N. M. D. L I X. vnde excerpta est quæ sequitur brevis facti illius narratio, quæ tibi prima fronte Amphitruonē Alcmenam, Iouem representare videbitur.) Quidam nomine Martinus Guerre relicta iuene vxore in militiā proficiſcitur. Elapso deūnū octauo post eius discessum anno, quidā Arnaldus Tillius (sed sibi illius Martini Guerre nomen aſſerens quod ei omnibus oris lincamētis assimilis eſſet) ad illam quū veniſſet, ab ea pro marito recipitur. quippe quē eſſe Martinū Guerre, nō ipſa ſolum, ſed quatuor ipſius Martini ſorores, aliique non nulli propinqui, & cum his amici vicinique omnes peruaſiſſimum haberent. Nā præter illam oris ſimilitudinem qua potiſſum ūt fretus hoc facinus aggrediebatut, indicia omnia quæ a vero marito afferri poterat, afferebat: & vatis ſuperioris temporis facta dictaque illi in memoriam reuocans, ad arcanos vique sermones ab illa & marito habitos dum prima in nuptiali thalamo vestigia ponent, & ad alia quorum nox cōlcia ſola eſt, progrediebatut. (Ea autem partim ex vero marito reſciuile, cum quo illi ex commilitio ſumma familiariſtas interceſſerat, partim magicae artis auxilio diuinatē creditus fuit) Sed quū per tres annos cū illa conueniuerat, duobus iam ſuceptis ex ea liberis, quarto tandem in eunte anno quū eius imposturæ ſuspicio mulieri oborta eſſet, actionem que

que in eum intendisset, in carcerem cōiicitur. A iudice secundatio damnatus quum ad curiam Tolosanam prouocasset, sic ad infinitas propemodū eius interrogations respondit, totq; probabilibus argumentis innocentia suā tueri visus est, præterquā quòd tot eum testes, aut circiter, suo testimonio subleuabant, quot erant ij qui suo eundem testimonio premebant) ut vocatis ad calculum omnibus coniecturis, nec damnare illum nec absoluere curia Tolosana auderet. Hæfitantibus in re tam perplexa iudicibus, verus maritus Mattius Guerre aduebit: moxq; quam sibi factam videt iniuriam, iudicib. exponit, corumq; opē implorat. Verū ille alter suppositiū maritus postquam cum hoc vero commissus fuit, tot eum obiectionibus oppugnare cœpit, vt aliquādiu suspensos sicut & antea iudices tenuerit: donec tandem ille paulo post redditum, ab uxore veniam poscente agnitus, necnon sororum aliorumq; multorum palinodiam canentium testimoniis comprobatus verus maritus, iux uxori suaq; domui redditur: alteri autem sua imposture præmium, domicilium in patibulo datur. Hic mihi huius generis exemplis sine imponere volenti in mentem venit alia præceteris omnibus mirabilis Ioannis octaui Pōtificis impostura: qui non tantum Pseudopapa, verum etiam ψευδο-θεος fuit, id est sub muliere virum metitus est: donec vir illa (non ille) suo se tāquam forex indicio prodidit, & media in via repente emixa, fœminini non masculini generis se gestisse patatum fateri coacta est. At ne in posterum aliis quam masculi nus gereretur, solerti patrum petasatorum cura prouilium est, qui neminem ad eum admittendum censuerunt nisi vir magnis testibus comprobatus esset. Quam tamē consuetudinet alij potionis sua xatae cessisse, docet Patquilius: qui vbi illā & illius cautela verlib. octo descriptis, ita suū epigramma claudit;

*Cum igitur uestris mos hic iam tempore cessat?*

*Ante probet quod se quilibet esse marem.*

*Cæterū*

Huius facti longiore alioqui narratione digni refricanda duntaxat memoria (quid eius fama peruagata sit) existimauit. Est tamen hæc eo diuersa à præcedentibus impostura, quod nō alienū, sed alterius sexus nomen mentita fuerit. At similis superioribus virorum imposturis multib; is fallacie exemplū Vaserius, si perua magnis licet adiungere nobis in quadā quæ se pro Rubria bonis nubil ad se pertinentib. inferebat, proponit:



Sed ad reges otationem referens, iterum dico, multa aī nostrotum regum mores & instituta non debere exigi, corum quae ab illis dicta facta & commemorantur, alioquin enim cui persuadebit Herodotus Xerxis satellites legatos Lacedemoniorū in caput protrusile, ut ad procumbendum pedib. Xerxis eumque adorandum adigerent? Sed & alia circa eos qui ultra citroque mittebantur legatos obseruari possint quae non satis cum nunc recepta consuetudine conueniunt. Illud certè omnibus seculis commune fuisse videtur, ut legati sepe sub legationis specie speculatorum exploratorumq; officio fungentur. Nam ut in Thalia audimus *Aethiopum regem legatos Cambysis sic alloquientem*, Neque Perlarētu rex vos ad me cum donis ideo misit quod me sibi hospitijs necessitudine idgi, magui cestimet, neque vos verā loquimini. venitis enim exploratores mea ditionis futuri. Ut, inquam, hūc regem his legatos verbis compellantem audimus, (erat autem is non hereditario iure regnum adeptus, sed ex *Aethiopū* instituto, quod ex ceteris ciuibus cotporis proceritate & robore præstaret, rex creatus) sic apud Salustiū in bello Iugurthino legimus, Ibi cū Boccho Numida quidā nomine Aspar multū & familiariter agebat, præmissus ab Iugurtha: qui postquam Syllam accitū audierat, orator & subdole speculatū Bocchi consilia iterat. Hac etenus Salustius. Nostri quoq; seculi principes non ignorare hunc legatorū usum, quis ignorat? Verum enī uero ille Salustij locus Libyāsmihi in memoriam reuocans, vna etiā quandam Libyāregum consuetudinem ex Herodoti Melponene in memoriam reuocauit, quam p̄c quavis alia exemplo care, & tamen fabulolam nequaquam esse credo. Siquidem eorum Libyū regi qui Adymachidae vocantur, solenne suis se scribit ut adductis in conspectum virginibus quarum propinqua nuptiae essent, ei q̄aq; p̄c ceteris placuisset, virginitatem raperet. Sed quū & alia multa idem historicus regum facta cōmemoreret, in quib. vellibido, celebrietas, vel crudelitas, vel fatuitas fide in aīor apparet, ex collatione cum aliorū regum factis qui longe post tempore extiterunt fidem p̄fiscis illis visum est cœciliare. Primum igitur illum de virginatorem regem, vel Rhampitū, tam suam prostitueret, n. cum Hieronymo Syracusānum rege comparemus. Hūc quandam ex iis qui iupanari præceperant, itko diclari, uxorem ducesse, & regi-

reginam constituisse, memorię proditum est. Quid Ptolemeus? Thaidem nobis illud fortunatissimum omen tibi iuxit, & ex ea filios duos Leontilem & Lagum, filia vnam Irenen sulse-  
pit. Darius autem is qui in Alexander imperio spoliavit in eo  
ipso bello in quo de fortunis omnibus aduersus illum dimicau-  
bat, trecentis quinquaginta pallacis stipatus erat. Sardanapa-  
lum, Ninum, aliosq. huiusmodi, necon eorum amulem He-  
liogabalum (quod monstra iustius quam homines appellari  
possunt) omittit & a Venere ad Bacchum, id est ab illius latelli-  
bus ad huius satellites venio. Narrat Herodotus ebrietatem  
Cleomenis eō infante illum perduxisse, ut arrepto gladio libi  
tibias primum, mox femora & coxas, tandem ventrem conici-  
deret. Cū obsecro id narrant: Herodotus minus siue adhibe-  
bitur quam siis qui ab Alexandro magno Clitum intimum eius  
amicum inter pocula interfectum commemorant, & hac cœ-  
deret. Ieūlib. eius merito vicitis imputant. Hunc; si illis credim⁹  
ut ebrietas ad eadē illius stimulauerat, ita & ipse ebrietatis  
pernas, quā ex ea mortuum contraxisset, morte tiderūt luit.  
Hinc semper ad edormitēdā etiā putam nō breutorū quam  
dñorū dierū tōndēmque noctiū spatio fuisse opus auit.  
Quid hūus pater Philippus? Quid rex Antiochus, & qui cum  
sequuti sunt eiūdem nominis reges? Quid posterior Dionyti-  
us Siciliæ tyrannus, qui per totos nonaginta dies ebrius inter-  
diu erat? Quid prioris Dionysij filius Hippocrates nomine hū  
illum crapula ingulat⁹ fertur? Hactenus & de ebrietate. Nīc  
de crudelitate, quā ebrietatis plerunque solet esse comes. Ex-  
empla crudelitatis apud Herodotum: horribilis legi fateor, &  
quidem horrendum præ ceteris Astyagis facinus Atreum æ-  
mulantis exibit artificio: sed Neronem unum non ea lolum  
qui ab Herodote scribuntur, sed omnia omnium mortaliū  
crudelitatem facinora crudelitatem sua partim superasse, patim cre-  
dibilia reddidisse dico. De qua tamen quod & satis pernigata  
& omnibus excolat⁹ dicere supercedo. Hac autem nullam  
ficiens, ut de regum multorum facinore dicimus, ordo postu-  
lat. Ad quam generatim probandā licet veteris illius prouer-  
bijs authoritate nisi possum. Aut regem auratum nati oper-  
tet, aliis tamen singulos factis, tanquam locupletissimis &  
certi ilmis rebus, comū normali. Sed nec in hi hærenti, &  
vnde recipiam cogitanti, illud Nationis belue,

*Vt stat, & incertum qua sit sibi nescit quadrum  
Quas uideat ex omni parte via uiriter.*

Verè enim mihi ipsa exemplorum copia nocet. Sed commo-  
dū illi regis facta in mētem veniunt, qui suo ipsius cognō-  
mīc veteri illi prouerbio astipulat' est. Qui enim ab adulato-  
ribus Antiochus Epiphanes, is ab ingenuè verum profuentib.  
Epiphanes dictus eit. Is subinde regali ueste deposita, vilem to-  
gam induebat, eaq; indutus ad forum sc̄se conferebat, in quo  
obuium quenq; prehēbat, vt cōdilis aut tribunus plebis crea-  
retur: & quem magistratū adeptus erat, eo tanquam plebeius  
fungebatur. Idem subinde à suis se subducēs, aurifabrorū aut  
aliorum artificū officinas adibat, vt cum illis confabularetur:  
aut certè qui primus ē plebe atq; adeo ē fæce plebis ei occurre-  
ret, illum cōgerronem habebat. Obuis & nunquā anteā sibi  
visis munera s̄pē numero dabat. Interdum per compita nu-  
mos proiiciēs, Cai dat fortuna, capiat, inquietat: moxq; se in-  
de proripiebat. Interdum & sc̄ttis caput redimitus per utbem  
incedebat, lapides occulte circumferens, quibus aulicos qui i-  
psum sequebantur, petebat. Idem balneis publicis & ad quas  
plebs confluēbat, ut ebatur. Vbi quum aliquando plebeius ali-  
quis ei pretiosis vnguentis se perficati dixisset, Beati estis vos  
reges quibus harum rerum v̄lus suppetit, ex quibus tam bene  
oleris: At ego te istis (respondit) ad satietatem v̄sq;, & ultra et-  
iam, explebo. Cuius promissi memor postridie ad locū in quo  
is lauabat accedit, & magnum vas vnguento pretiosissimo ita-  
cte appellato plenum in eius caput effundit. Quum autē mul-  
ti ē plebecula (qui non procul & ipsi lauabant) accurrentes, in  
vnguento illo in terram effuso se volutarent, moxq; in loco il-  
lo, quia lubricus redditus erat, multi labētes r̄sum spectanti-  
bus mouerent, tandem & rex ipse ex illis suo lapsu r̄sum exci-  
tantibus v̄nus esse voluit. Idem rex fontem quēdam apud An-  
tiochiam (Midæ factum imitatus) vino perfudit. Alia egregia  
eiūdem regis eiūdemq; generis facta ex historiis promenda  
lectori relinquo. Carterūn hic quidem rex in vnam, alij po-  
tius in altera iūtitia peccarunt partem. quanto enīm hic in-  
fratregiam dignitatem se demittebat, tanto alij multi supra il-  
lam se extollebant, & aliquā de seip̄is diuinitatis opinionem  
concipiebant. Qua de re extant aurei Rhiani versus: qui post-  
quam ostendit quam misera egenis conditio sua videatur, cō-  
trà

trà de diuitibus & qui in magno imperio constituti sunt, ita  
canit,

Oὐδὲ καὶ εὑρίσκοι, Στό: διὸ θεῖον ἀλέγεινά τοι  
Καὶ πολυπλεγμένον, θεῖον θεῖον τραχεῖα γοῖς.

Πατέρα θεῖον, τοῦτο σι εἰ μοι παχύς·

Ἄλλον φοβούμενον οὐδέποτε νομούσιον

Ίσα Διὸς βούλεις· καὶ φαίνεται τοῦτο αὐτὸν εἶχε,

Καὶ πρέσβειον οὐλίζεται τοῦτο εἴπερ γενέσθαι λαθεῖν,

Ἡπέντε αἰγαλοῖς περικλαδιέσται τὸ λαυρύπον δέ,

Οὐκωτερά διαφέρειν δειπνούς εἰλαπινάτην.

Hic autem quorsum Poeta, non contentus dixisse, reges ita fa-  
stu turgere ut oblii videantur se terrā pedibus calcare, & mor-  
tali bus ortos parentibus esse, addat inter alia, eos Mineruę nu-  
ptias ambire, quum à non paucis doctissimis viris quæ situm  
sciām, à nemine autem repertum audierim, si explicauero  
(quum præsertim explicationem proposito nostro cōgruen-  
tem habeat) maximam me a multis initurum gratiam spero.  
Poetam igitur non hyperbole poetica hic vti voluisse, nec Mi-  
neruam pro quavis alia dea nominasse, sed ad historiā respe-  
xisse dico à Theopompo sic relati. Cotys qui luxum cæterorum  
Thracie regum supergreitus est nuptiale epulum ali-  
quando apparuit, tanquam Mineruam in uxorem dueturus  
esset: adornatoq; thalamo, quum ebrius ipsius aduentum ali-  
quandiu expectasset, tandem furore percitus, unum ex fatelli-  
tibus, num dea in thalamum venisset, visere iussit. Quem reuer-  
sum, & neminem in thalamo esse respondentem, sagitta trans-  
fixit: moxq; secundum à se missum, ob idem icelolum itidem  
interfecit. Tandem missus tertius, re animaduerla, illum à dea  
iam pridein in thalamo expectari retulit. Hacten⁹ quæ ad ger-  
manam (vt ego quidem iudico) verborum Rhian⁹ exposicio-  
nem faciunt. Qualis vero hic bellus Mineruæ proc⁹ erga uxori-  
rem suam fuit? Ex zelotypia in tantâ iram repellente aduersus il-  
lam exarsit, vt propriis manib. eam, à vulva oris, dissecuerit.  
Sed de Coty satis. Quid Alexander? nonne Ammonis siue  
Iouis filius haberi gaudebat? nonne modò Mercurij ritu tala-  
ria petasumq; & caduceum, modò Herculis more leoninam  
pellent clavamq; gestabat? Commodus autem nonne cum

Herculis insignibus nomen etiam eius sibi vendicabat. Vnde  
hic roget aliquis. Nimirum ex prava prebendi adulatoriis  
aures consuetudine. Quid enim aliud sunt adulatorum voces  
apud principes, (quibus ingenita iam cum opibus est superbia)  
quam additum incendio oleum? Quum igitur illi de Alexan-  
dro & Commodo legimus quae modo commemorata sunt,  
quum eundem Alexandrum statuæ dei alicuius cultum & or-  
natum sibi exhibitum admississe, quem alterum quem debella-  
ret orbem quæsiuisse audimus, unde cum hac adeo kulta eorum  
arrogantia simul & assentatorum diram blandile questionem, à  
qua illa profecta sit, audire nobis videamur. Et tamē principi-  
bus multis amici, nullis adulatores defuerūt. Habuit & Philip-  
pus huius pater suum Clisophum, Antigonus cui cognomen  
fuit Epitropo, suum Apollphanem, Ptolemæus tertius suum  
Callicratem, Ptolemæus septimus suum Hieracé, Philopator  
suum Philonem, Attalus suum Simachum siue Theodorum,  
Mithridates suum Solipatrum, Scutches Thracus ex Heracli-  
dem Maronitem, cuius a Xenophonte etiam sic metio: habu-  
erunt ambo Dionysij Syracusarum tyranii Satyrum, Chiri-  
sophum, Democlem: habuit earundē Syracusarum tyranus  
Hieronymus Thrasonem & Olin. Nec verò his assentatorib.  
illos contentos fuisse, sed horum duntaxat & aliorum quorū-  
dam nomina, quod certe antecelluerint, literis mādata esse  
credibile est. Ego certè ne ipsum quidē Alexandru Hegetia,  
Agnone, Demettio, Medio, Bagoa, Gergithio, Dioxippo, Ana-  
xandro, aliisque quorum per historias sparsa extant nomina,  
contentum fuisse existimo. Quid quod ipsos quoque philosophos  
assentationis artifices esse non puduit? Anaxandru enim  
(quem hic postremū nominauit, & cuius verba putide adulati-  
onis plena paulo pōl referam) philosophum fuisse constat.  
Sed & eum quem Attalo assentari solitu dixi, Simachum siue  
Theodorum, cius etiam præceptorem fuisse legimus: qui li-  
brum *τῆς Αττάλου παδίας* scribere (Xenophontis *Κύρου*  
*παρθενίου*, ut opinor, æmulatus) & hoc suæ adulatioñis moni-  
mentum polteritati commendare non erubuit. Quinetiam  
huiusmodi homines à nonnullis principibus tāquam prouer-  
biale nomen traxisse, & ab Alexandro *αλεξανδρικόλαργος*, a Di-  
onysio *διονυσολαργος* appellatos fuisse accepimus. Sunt por-  
tu assentatorum duo genera: unū est corum qui aperto (vix ita  
dicam)

dicam) marte alterum, eorum qui ex insidiis adulantur. Hos illis ut periculofiores, ita formidabiores esse debere nemo ignorat: & tanto quidem quanto fixa sub aqua latentia scopulis conspicuis sunt formidabiles. Rursum vero inter eos qui aperito marte gesti sunt, periculofieres sunt iij qui ad id quod præstant infame oblique quum verbo non tantum ad demerendam principium gratia. sed ad instigandos etiam eorum animos accorciendam adiungunt. Ut triplique generis exempla proferā, sed minus periculofis priorem locum dabo Clitophus Dionysij puoris adulator, ridenter ilij cum quibusdam familiariis certens, ridere & ipse caput incendiogante Dionysio quæ illi cœnula filius esset, quum ea quæ dicerentur non audiret, Fidem, inquit, vobis adhibeo, quicquid illud sit quod dixeritis esse: illi dignum. Eius autem filius Dionysius eos circa se habuit qui ~~τηνοσιαλάκες~~ appellati fuerunt, qui spuente Dionysio faciem sua spumentero conspicuendam præbebant, atque adeo sputum eius, interdum etiam (honor sit auribus) quæ euomuerat, lambentes, melle dulcius esse aiebant. Idem, quum Dionysius ex ebrietate cœctus aut certe cœco proximus evasisset, patinas & calices inter cœnandum deiciebant, tanquam & ipsi ita cœcutirent ut ne quaqua illa vala ac ne iplos quidē cibos cernerent: expectabantque dum Dionysius præhensam eorum manum patinę admoueret. Quod officium Hiero quoq; quibusdam suis adulatoriis idem oculorum vitium simulantib. præstissime scribitur. Idem illi Dionysij assentatores, ut sibi in illa sua simulatione constarent, inter eundem alteri in alterum sœpe impingebant, adeo ut eos ipse Dionysius manu perinde accertos deliceret. Cum hoc autē eorum facto optimè quadrat quod Clitophus Philippi assentator facere solit<sup>9</sup> narratur. Quoniam enim excultus Philippo fuisset oculus, eū comitabantur eundem & ipse oculum fatius inuolutum habens. Rursus quum ex vulnerie debilitatum crus Philippo esset, vna cū Philippo claudicans incedebat. Sed hic tamen, sicut & illi ~~τηνοσιαλάκες~~, si uita artem sine ullo suo damno exercebat: at Mithridates (en quō progredivatur assentationis furor) assentatores natus est qui graues lib. metip̄sis assentationis suę pœnas dabat. Quoniam igit̄ rei medicæ studiosus esset, vt ostenderet quantum de illi<sup>9</sup> peritia opinione concepissent, tecados illi utrēdos que (quā alioqui nihil opus hoc remedio haberent) se p̄tæbe-

bant. Ad alterum illud adulatorum genus, quid periculosus esse dixi, venio. Nicesias Alexandri assessor, quem cum ex epoto pharmaco torsionibus vexari cerneret, O rex, inquit, quid facie adum nobis est, quem vos dij talia pitiamini. Diocippus autem Acheniensis pancratiastes, fluente evulnere quod Alexander acceperat, sanguine, Homericum illum verum protulisse fertur,

*'Ιχώρος οὖσας τε πίει μηρύπτων θεοῖσιν.*

Quid nebulo ille philosophus, (cuius & antea taciturnus) eandem & ipse artem factans? Quis aliquando Alexander itineris comes esset, orto tam vehementi tonitu ut omnes trepidarent, At tu fortasse (inquit) Alexander fili Iouis, huius tonitus es author. Eiusdem fatinx est illud Democles factum, qui posterioris Dionysij assessor erat. Is quem moris in Sicilia esset singulos domi Nymphis sacrificare, & circu carum simulachra tripudiare, Democles reliquis Nymphis, ad Dionysium, circa eum tripudiaturus accessit: negas oportere ad inanima numina studium conuertere. Quis vero non multo etiam magis Atheniensiū planè simile adulacionē miretur? Traditum enim illos Demetriū cognomento Poliorceten, quem Athenas venisset, cum aliis diuinis honoribus prosequutos esse, tū cantucis cum & domi & in publico celebrasse, quib. inter cetera solum illum verum esse deum dicebant. Ceteri dīj (inquietabant) aut procul à nobis absunt, aut dormiunt, aut auribus caret, aut precess nostras negligunt: fortasse etiam ne omnino quidē nulli sunt: at te præsentem cernimus, non ligneum, non lapideum, sed verum. Qui vero sunt hi quos in tam horrendam adulacionē prolapsos audimus? Illi ipsi, illorū certè posteri) qui Eugoram, quod regē Persarum adorasset, morte multataūt. En quam propensa sint ad assentationem hominum ingenia. An vero minus propensos esse putamus ad eam recipienda principum animos? Quis eorum tam bene se modulo suo metiri nouit, ut ei assidux illæ & quidem immodece laudationes recordationem mensuræ suæ non extorqueant? Si princeps aliquis vel minimā rei militaris scientiā habet, Themistoclem, Epaminondā, Scipiadas ambos superat: si qua corporis similitate prædit⁹ est, statim audit Hercules: si non omnino indifertus est, alter Demosthenes vel Cicero alter appellatur: si vel vnū versiculū scribere nouit, Homerus aut Virgilius est. Attalum quidem

quidem certè eodem & præceptore & assétagore sum esse, historiæ perhibet, Simacho fuc Theodorio, cuius & antea facta fuit à nobis mentio: idem verò aliis multis principib. & olim contigile & hodie cōtingere verisimile est. Quamobrem verè à Carteade dictum est, diuitum & regum filios solam equtandi artem rectè discere: quod & in ludo literario præceptor, laudando, & qui colluctatur, sponte succumbendo, illis adiungitur: at equus quum nec sciat nec curet priuatissimam magistratus, diues an pauper sit is quēvehit, certuicem cuiusbet equitanū imperito frangit. Nec verò hac tātū in parte exitiales sunt suis dominis adulatores quod illis falsū de scipis persuasione induant: verum etiam quod calūnas apud illos grauent quos cunq; suarum partium cīlē nō vident, id est quolēnq; liberè & ingenuè loqui, & vt habet vetus proverbiū: *τὸν τελέφωνον φέρειν* appellare, quos deniq; ea quę veros amicos decet, & loqui & facere animaduertunt. Vnde enim (obsecro) Alexandrū ad Callisthenis, Parmenonis, Philota cadem, nisi ab illo suo adulatorum agmine impulsū fuisse arbitramur? Sed vt tandem aliquando ad prisca illos Herodoti reges reuertantur, quorum miram & propè incredibilem amentiam cōmemorat, qui illi quoq; suos adulatores habuerint, minimè cuiquam dubium esse debet. Verū ceteris omillis, deo qui principē inter eos arrogantiæ pariter & dementiæ tenere locum videatur, dicam. Qui Hellespontum compedibus vincit, qui Hellesponto minatur & contumeliam dicit, qui deniq; Hellespontum flagellat, nōne Mardonio adulatori pernicioſillimo potius quam Artabano amico fidelissimo auscultat, sicut & Dionysius, Philippus, Ptolemaeus, suis singuli adulatotibus, qui in Dion, Samio, Cleomeni, amicis & probatax fidei viris, auscultare maluerunt? Iam verò & illis multo etiam antiquiorib. regibus (qui quicquid delirant, plectuntur Achii) sunt qui suos apud Homerum adulatores assignent. Ut autem reges aliosq; principes assentatorib. comitatos, ita & reginas quasdam assentatrixibus comitatas fuisse, memoriæ traditū est: inter quas ex qua *κληψίδη* appellatae sunt, claruerunt: id nomē ab obsequio quod reginis præstabant, adeptar. harū enim dorsa sciarum vicem illis currum concendere volentibus præbebāt. Quæ quum ita sint (vt hunc tandem de regum fatuitate locum claudam) sicut credibilem nobis ceterorum regum itul-

titiam reddit corrupta illoruni ab assentatorib. natura, itidem  
 Herodoto prisorum quorundam regum amentum describen-  
 ti credamus, si quidein assentatores his itidem fuisse credim⁹.  
 Simul vero & principum huius tempestatis cōditionem con-  
 sideremus, qui quoniam a maioribus suis potentia circa res mul-  
 tas supererentur, sola multitudine adulatorum illis potentiores  
 manent, li modo qui suorum dominorum domos, urbes, po-  
 pulos, regna, ut pessimum dederunt olim, ita & hodie pessimum,  
 principum potentiam augere putandi sunt. Cuius mali exem-  
 pla ab hoc nostro seculo petita odiosa esseant, & iatis multa ve-  
 teres historiæ suppeditant. nam si principum mores ab adula-  
 toribus corrumptuntur, que illam morū corruptelam sequun-  
 tur clades, nō dubium est quin adulationi accepte ferri debe-  
 ant. Adde quod adulatorum est imminentia suis dominis pe-  
 ricula dissimulare, securos illos esse iubere, ad quiduis tibi de  
 sua potentia pollicendum incitare. Quod quoniam fieri, nōne il-  
 los in pericula trudunt: nōne hostiū telis inermes exponunt?  
 nōne in illorum denique manus eos tradunt? Et hoc quidem  
 modo exitij causa principibus iuste dicantur esse adulatores,  
 sed non propinquia. At propinquam etiam exitij causam suis  
 dominis eos sāpēnumero fuisse testantur cum alijs multi, tum  
 is Philippus quem Romani imperio euerterunt. ejus enim iam  
 ante regnū ab assentatore Proclide Tarentino labefactatum  
 fuisse Polybius author est. Crassi autem adulator Androma-  
 chus Parthis operam suam ad illū fortunis pariter & vita spo-  
 liandum locauit. Porro ut adulatores superiorum seculorū ab  
 adulatoribus nostris ætatis, numero, sic etiā peritia tanquam  
 discipulos à magistris superari sciendum est. quo diligentius  
 ab illorum insidiis cauere sibi principes debent. sed ipsi vide-  
 rint. Ad me quidem quod attinet, si quid vota hic valere pos-  
 sent, ut Thessali olim urbem que Adulatio vocabatur, fundit⁹  
 euerterunt, ita præ quibusvis alijs maleficiis radicitus extirpa-  
 tos adulatores aulicos optarim.

Nunc & luxus prisorum regum ab Herodoto & aliis de-  
 scripti collationem cum posteriorum quorundam partum re-  
 gum partim aliorum luxu aggredior. Inter cetera igitur que  
 de luxu regum Persarum monumentis literarum tradita sunt,  
 vix credibile nonnulli putarunt quod Herodotus narrat, quo-  
 cunq; illi irent (nā quod de Cyro dixit, de eius successorib. et  
iam

iam intelligi voluit) Choaspis fluuij aquā circumuechi solitam  
fuisse, & nullam illos aliam potare consueuisse Ego verò quē-  
quam qui hoc mirabile, nedū incredibile, iudicet, esse deini-  
tor. Vtrum enim, quælo, maiori admiratione dignum? aquæ  
plaustris regē Periarum comitatum ditionem suam peragra-  
re, an Cardinalem è media Gallia Romā usq; aliquot lagena-  
rum millibus comitatum peruenire? Quod tamen ego tacuis-  
sem, nisi carum fama iā percrebuisse, atq; adeo eatum igno-  
minia in Gallos omnes ( quippe quos inde *bottigiani* Itali vo-  
cant, quasi lagenarios, Gr̄cè *λαγωνιῶν* dicas) redundare cœ-  
pisset. Et illis quidem qui curiosas illas potus aquæ certæ deli-  
cias obiiciunt, hęc pauca respondisse, fuerit, meo quidem iudi-  
cio satis Illis autem qui cetera obiiciunt, multa habeo quę re-  
pondeam. Ad luxum quidem certè quod attinet qui circa ci-  
borum apparatus versatur, nec plura nec luculentiora ex ullo  
quām è nostro seculo posse pronū exempla existimo, quo iam  
per uulgatum circa ferinam carnem esse cœpit, ( de Gallia lo-  
quor) ut auulsi ex vetero viuarum matrum fœtus mensis appo-  
nantur. Quem tamen luxum inēsa Galli cuiusdam primarij in  
regis aula viri, vilem iam reddiderat: & verba propediē expri-  
mendis aliis eius circa cibos & ciborū apparatus deliciis de-  
futura erāt, si ciuilis Galliæ nostra: Mars illi parcere, & coquo-  
rum celebrium vota ( quibus insigne sui desiderium reliquit)  
exaudire voluisset. Verūm ut ad magnates usq; nō veniantus,  
virum quendam fide dignissimum de quadā Auenionēli mu-  
liere: quę aulæ pontificiæ ibi tum sedem Apostolicam habē-  
tis Lais fuerat) audiui narrantem, cam tutdis & perdicibus a-  
lijsq; autib⁹ vesci solitam, quę freniculi, anethi, coriannive aut  
similium semine saccharo condito pastæ essent. Sed illud au-  
diui: at lactucas aqua saccharata, quam vocant, à matrone cu-  
iusdam ancillis, & quidem illius, ut aiebant, iussu) irrigati viā.  
Quę quū ita sint, quid aliunde quāc nostro seculo, huiusmo-  
di deliciarū arcessere exēpla necesse est: At verò alterius luxus  
multa genera luxui nostre c̄tatis (de quo & anteā dictū est) pos-  
se accedere fateor. Alterū luxū voco qui nō circa cibos sed cir-  
ca reliqua versatur. De hoc igitur quęcunq; ab Herodoto me-  
morātur, à Siciliæ tyrānis superata esse dico. Quib⁹ quū primū  
in hac locū tribuo, ipsū etiā Herodotū sequor, qui de Poly-  
crate loquens, ita scriptum reliquit, Nullus enī regū Gr̄cię,

exceptis Syracusanis, dignus est qui cū Polycrate, quod ad magnificatiam attinet, comparetur. Nec tamen solos Syracusanum reges sive tyrannos, sed & Alexandru aliosq; illa prætergressos esse dico. Argumento autem vel vna Alcithenis Sybaritæ vestis esse potest, quæ centum viginti taleres vendita fuisse fertur. Quod si ad vitam & platanum auream vel platanos aureas veniendū est, earum cum aulæ Alexandri plēdore & magnificencia comparationē ex Phylarcho audianus. Auræ platanī, inquit, & aurea vitis, sub qua sedentes sive Persarū reges tuta suis populis dabant, quotidianum regiam Alexandri sumptum cōquare non videntur: quanvis alioqui vicem illam commendarent etiam vua: quæ imaragdos & lindcos carbūculos aliasq; pretiosissimas geminas racemos immitantes haberet. His autem descriptionem opulentiarū & magnificenciarū illius adiungit: quæ si vera est, verē etiā platanos aureas Persicorum regum vitemq; aurei cedere illi dixit. Porro ut comparationem hanc persequentes, ab ipsis dominis ad eorū famulos auctruos veniamus, (nam quicunq; sub dictione regū Persarum etant, serui eius vocabantur) narrat Ctesias quenda Annatum qui satrapa Babyloniæ à rege constitutus fuit, centum quinquaginta psallentes & canentes mulieres circa mentem tuam habere solitū. Audiamus viciſſim quæ de quibusdā Alexandri sive sodalibus sive afflentatorib. tradita sunt. Phylarchus & Agatharchites memorix prodiderunt, eorum aliū clavos aureos crepidis suppactos gestasse, aliū, quoties de publicis negotiis cum aliquo tractaret, super pavimento purpura strato deambulare solitum fuisse: alios aulæis per quinq; stadia locū in quo venarentur, cingere consueisse: alios puluerem ad palæstræ usum sibi à iumentis multis, quocunq; irent, portandum curauisse. His ego comparationib. (quāvis alioqui in exemplum luxus cōmemoratione luxuriare oratio mea possit, praferum si ad Romanos vñq; progredi voluerit) vi pote mea sententia aptissimis contentus esse statui. At nostri seculi principium luxus illo quidem artificiosior & (vt ita loquar) ingeniosius merito dici possit: at opulentia tantum illi cedit quanto nimiores sunt horum quam illorum principum opes.

Vt autem ad varios variarum gentium mores atq; ritus ab Herodoto descriptos aliquando tandem reuertamur, quis nō ex Græcis multos in eo quod de Ægyptiō tum scribendi more à dextra

à dextra in sinistram tendendo, cōmemorat, suspectum mendacij habuisse credat? At nos quibus familiares sunt Hebraicæ literæ, tantum abest ut hoc admiratione dignum censeamus, ut potius quemquam hoc mirari mereamur. Multo certè minus fidem ( & meritò quidem ) apud lectores impetrasset Herodotus si aliquos inter Ægyptios reperiri scriptūset qui sūnū in scribendo, non dextra vicerentur: quum tamen mihi duos qui id facerent, videre contigerit, Flandrum vnu, Sabaudum alterum. Quid si verò esse tradidisset qui oculis casu aliquo orbati, nihilo tamen minus scriberent? rem aliis quidem fortasse incredibilem, at mihi certè credibile narraret. Quare? quod scribere absque oculorum usu (id est vel in tenebris, vel oculis alio cōuersis) necessiter omnium magistra me docuerit. Atque hęc de isto miraculorum genere hactenus, ad alia veniamus. Quidni viros Ægyptios lanificium exercuisse credemus, quum apud Segusianos nobis vicinos usitatū viris multis nendi morem cernamus? At quām ineptum est viro, quām ridiculū, colum gestare, & muliebri more līla deducere? Ineptum est (fateor) & ter quaterq; ridiculum: sed quid agas? an quia ridiculum, ideo verum non erit? Ridiculum est nobis eiusdē Herodoti illud, Ægyptios viros (honor sit autib.) subsidentes meiere. At Turcæ ridiculum id nequaquam fuerit quibus hic meiendi rationem tanquam honestam in usu esse, nostram cōtrā velut turpissimam auersari aiunt. Accertè (si in re huiusmodi philosophati nefas non est) nō de nihilo est quod Hesiodus, ne st̄tes meieremus vetuit, quum 'αὐτὸς ὁ θεός οὐργάνωσεν'. Sed esto (excipiet aliquis) veracē in hoc fuisse Herodotū: quid quod addit, mulieres cōtrā stantes meiere? De hoc certè (ut ingenuè fatear) aliud quod respondeam non habeo quam hoc: quemadmodum si quod de viris Ægyptiis tradit, Turcæ nobis exemplo suo non cōsūmarent, incredibile videretur, quum tamen verum esset: ita quod de mulieribus addit etiā si nullo exemplo quod quidē ad aures nostras peruenierit) comprobetur, verum n. hilominus esse posse. Hunc autem locum, Sophoclis poete & Nymphodori historici autoritate claudēdum censco, qui eandē quam Herodotus morum Ægyptiacorum ab aliis discepantiam testantur. Antequam tamen à ridiculis discedamus. addam & quod de uxorib. Libyam Adyrmachidarū narrat in Melpomene, eas videlicet pediculos suos

(honor nūc quoq; sit auribus) non antē abiicere quā meos vi-  
tissimi momorderint. (est enim *ανδάκιον* vicillim mordere,  
non p̄ximordere, ut interpres verterat) Iloc quoque his annu-  
miseri debere quæ non ridicula sint solum, sed & fœditatem  
spurcitudinē incredibilem habeant, confiteor: sed cur alii  
historicis quosdam φέρονται nobis commemorantibus si-  
dem adhibebim⁹, Herodoto narrati has mulieres φερόνται,  
(quod multo minus est) fidē detegabim⁹: Imo ne φέρονται  
quidem suisse ullos credo, respondebit fortasse aliquis. Cur,  
objecto, minus credibile est *πίθηκος* quam *πίθηκος*, *πίθη-*  
*κος*? licet hoc magis crudelē, illud magis fœdū sit: Anthro-  
pophagiæ autem exemplum, ut feritatis extra omnē contro-  
uersiam politx, profero: quum eius hac etiam tēpestati multi  
oculatos fē testes esse iacent. Quam feritatem ne quis in bar-  
baris hominibus miretur (simil autem & alia multa crudeli-  
ter ab illis perpetrata, quæ ab Herodoto describuntur) aut  
ne fidem maiorem indicet, audiat non barbarum, sed Graecum  
hominem: non literarum rūdem, sed philosophū, & quidem  
inter philosophos celeberrimum, verba hæc veli plis Cyclopi-  
bus & Læstragonibus anthropophagiæ authoribus indigna  
profarentem: *καὶ ἀρτῶν μελῶν διπλῶν πυρὸς οὐδὲ τὸ δέλ-*  
*χεῖνος, μητρῶν διπλῶν πυρὸς οὐδὲ τὸ δέλ-*  
*χεῖνος, μητρῶν διπλῶν πυρὸς οὐδὲ τὸ δέλ-*  
*χεῖνος, μητρῶν διπλῶν πυρὸς οὐδὲ τὸ δέλ-*  
χεῖνος. Hanc Chrysippum in  
libro De iustitia, scripta reliquie, de mortuis hominibus lo-  
quentem, testatur Sextus philologus. sicut & ista in libro De  
officio, *διοκετῆς καναλήσσων τῶν κρεπῶν, τέσσαρας πυρ-*  
*τοῖς, καὶ τύπου τοῦ ιδίου πυρῶν, σιγῇ πυρὸς διπλῶν πυρῶν - ιδίους*  
*πυρῶν, αὐτῷ κατετόντο πυρεστάτεροι.* In quorum autem cadaue-  
re ita nos officio fungi tubet? Parentum. Inunc, & ab Hiero-  
doto vel aliis historicis descriptam *αἰθηποφαγίαν* aut *αἴθη-*  
*ποφαγίαν* fabuloram esse clama.

Verum vt ad illam morū Ægyptiacorum à Graecanicis dif-  
crepantium redeam, ad inuenienda mira & propè incredibilis  
morū diſsimilitudinis exempla, ab hoc nostro seculo non di-  
cedamus. Quid simile Germanorū Flandrorumq; mores cum  
Gallorū aut Italorū morib⁹ habent, siue viciis ratione,  
siue cultum corporis, siue studi⁹ & amori⁹ inclinationes spe-  
ctes? Si Gall⁹ aut Itali⁹ ad inçlam ducatur ea legent per sex le-  
ptem vel horævili⁹ accumbat, in carcere trudi, non ad mensam  
ducatur

Suci sibi videbitur: si verò accumbēti tale cœnophorum quale illis e bibendum proponatur, ad suppliciū malle ferapi clama-bit. nam vt horū utriq; vino se ingurgitare, acerbissima mors est, na illis (de vulgo loquit) suauissima vita censemur. adeo ve-nō immunito quis eos progenie illus esse suspicetur qui apud coimicū Alexiu, dicebat, Ο με βατού, καὶ χόν. Εἰ τοις γάρ μοι τοις αὐ-dησιν οὐχί τοις, Αλλ' ἐπι Διγέπας γένος τοις αὐτοῖς γέλας. Ad vestitum autē quod attinet, siue huic siue illicaligas Lancknechthicas indueris, non homini caligas, sed hominē caligis alligaueris, & ex quantumvis agili immobile illa pani faburra reddideris. Eisdē verò Gallo dico & Italo, aciis quidē potissimum qui in aliquo sunt dignitatis gradu locati ) nihil magis vt in patria sua cū vitidi pallio qui vt nudi in publicū prodeat pertuleris. non enim satis sanç mentis haberētur. At Germanis nulla hu-iusmodi de eo quem ita vidēt amictū, oboritur iuspicio. Sic & versicolorē veltem aut certe versicoloribus fimbriis prætextā gestare fœminis permittunt: nos nequaquam. Permittūt iisdē (ac præfertim virginib. ) passo & per colla sparsō capillo incedere: apud nos autē virgo propter hūc habitū maxadib. annumerā retur. Et hæc quidē pauca sunt huius dissumilitudinis exēpla ē multis que hæc collationē pectequi volētib. suppetet. Vicitim verò aliquod exemplū rituū in quib. nos ab Italīs discrepam̄, proferre libet. Vxores nostrę ad illud exemplū institutæ sunt,

*Illa regat canes, illi sint omnia curæ,*

*Ei nibil in tota mea iuuet esse domo:*

*at illorum*

*Vxoribus dicas hos versūs ita inuersos esse,*

*Illa regat nulos, sint nulla negotia curæ,*

*Illi amq; in tota nilia uet esse domo.* Illi vxoribus suis fucare faciē permittunt, (quū tamē hoc faciū incarū senectutē redū-daturū sciat: nos suspectas fucatę faciē, suspectas adulterij ea-dē opera habere). aulas principū excipio, que miscellaneos mores ritutq; usurpat. ) Ut verò à personatis mulierib. abhor-reant, ita nec grallatrices animamus: sed eadētū & in lecto & in mēla (i.e. vno bīq; vel proceras vel paruas, habere volum). In-aures prisco more gestare multi corū suis vxorib. permittunt: nos id in vxorib. noctis incertitudinā iudicemus. Nos obuias Gallas, siue matronas siue virgines que nobis familiares sunt, fuitam̄: si patriciae sunt, etiā oculanitir: ita las vix quinqua vo-ce, ne diu oculū salutare auſit. Offendūtūr iahū oculatiōnibus

huiusmodi quas vxorib. nostris concedimus: offendimur vi-  
ciliim papillarum nudationib<sup>9</sup>, quas suis illi (ac præsertim Ve-  
neti) permittunt. Cur enim quas pudicas esse volunt, cultu su-  
spicionem in pudicitia præbere volunt? Nisi forte obuiis qui-  
balq; nudare papillas, reiecta veste & hac ratione (vt est in pro-  
verbio) *δέξεται χωρίς οὐτα*, pudicitia per occultam quandam  
antiperistastin argumētum esse existimant. Ad me certè quod  
atunet, cōiectura nulla possum assequi quodnā eorum à qui-  
bus hoc institutum profectum est, cōsilia fuit: sicut nec  
quod fuit apud eosdem Venetos illius qui vt veiare faciem  
comune meretricibus cum ingenuis virginib<sup>9</sup> esset, statuit.  
Et quoniam a meretricibus ad lupanaria facilis trāitus est, de  
his quoq; aliquid dicendum est. Nonne qua sit inter ipsas etiā  
Christianas nationes de his controvēria videamus? nonne de  
his varias in veranq; partem (excluso interim, proh pudor, Dei  
mandato) disputationes quotidie audimus? dum hi iuuenium  
corruptionem esse obiciunt, illi matronarum pudicitia præli-  
dium esse respondent? At vulgus Italorum magis miretur ur-  
bem que receptaculi huiusmodi quam que temp̄is carcat, &  
sibi ~~etiam~~ illic esse potius quam hic sacerdi non dubitet. Sed  
quid de illo Patre sacro dicemus, quem adeo graue authorem  
~~ποσειονογάχοι~~ sequuntur? Ego certè quod de illo alias (&  
quidem in media urbe Roma) dixi, nunc quoque liberè dico,  
pudendum quidem eius factum mihi in eo videri quod iep̄e  
matris Romuli studio suis reverētiusque quam Petri Apostoli  
memoriam colat: quippe qui viuis luparū imaginibus Romā  
circumvallarit, at Petrum Apostolū cum via (que quidem  
in pretio sit) imagine, in angulū urbis detruserit: alioqui certè  
prudentis medici officio sanctum mihi videri, quod, vt illi, ubi  
argotis huius vel illius cibi vsu interdixerunt, aliquem aliunt  
quo vescatur, illis proponunt: ita ipse quibus licitum esse ma-  
trimonium noluit, licitam saltem esse scortationem voluerit.  
Sed quid libi *κανόνες τούτων* cum lupabus illis esse instituit, huic  
verò eius instituto qua ratione patrocinari quis possit, non  
video. nam si verè dixit ille,

Turpetori redditus census angere paternos,  
quanto turpius tam profani redditus partem in sacraria inferri,  
& illo Petrum Apostolum ditari? Verum quum de his latius  
philosophari, nec loci huius nec temporis sit, hunc sermonem  
simul-

## APOLOG. PRO HEROD.

49

Similque eam quę in illum deduxit disputationem finiendam censeo; si tamen prius hanc esse huius summa monuero, ut ex ea quam nostris oculis credere cogitur in vicinis etiam regionibus morum discrepantia ( cuius specimen tantum pauculis illis exemplis dare libuit) multa quantum ab his quę aut viderimus aut audierimus abhorrentia, a fide tamen abhorre non puto inus. Sed quid de vicinis populis loquor? nos a nobis metiatis, id est a maioribus nostris, longe moribus dissentire dico. Quis enim vel Gallus vel Italus vel Hispanus vel Germanus maiores suos valde diuerso victu cultu corporis usus fuisse, & diuersa etiam studia habuisse necit? ut diuersos ritus ceremoniasq; leges, instituta, iura omittam. Nam ut de nobis loquar quum formosas nostrorum Gallarum regum nostrarumque reginarum imagines aspicimus, nonne quid illis in memorem venerit ut eo vestitu vicerentur, mirari solemus? Quod si priuatorum etiam hominum qui coacti illis fuerunt, imagines haberemus, non tantum admiraremur fortasse, sed etiam vestitu illum cum hodierno conferentes, obstupeceremus. Ad victu ventiamus. Quam multos cibos in deliciis olim fuisse putamus, qui nobis viles sint: quam multos contrà palato maiori difficultus, qui nostro gratissimi sint? Dignum taliter hodie regia mensa fuerit ferculū anser: at Cyrus regis Artoxeiris frater *χλωασικην* annis è mensa sua mitiebat, ut participes essent voluptatis quam ex eorum cibis ceperat. Quidni etiam credibile sit diuersum a nostris, saporem maioremq; teneritatem illas habuisse, ut gallinas Indicas duabus his aliisq; rebus differre a nostris videamus? Quinetiam anteritum iecur in dehinc olim fuisse, & has delicias hodie que Iudeos qui Venetii agunt, magno Christianis vendere nouimus, quæ tamen vix alibi usquam celebratur. Sed & qui in Martialem primā gloriam inter aues turdis dantein audimus, nonne aut diuersos à nostris turdos aut plane diuersum a nostro palatu habuisse, aut perdicem nūquam gustasse putandus est? Quid quid Itali ab his qui regis Gallarum apud Senatum Venetum legati erant; lepulculos leporibus, perdicis perdidicere didicerunt? Sed ne latum a quo de dismissione in ciborum delectu, maius etiam de ea quae est in ciboru apparatu, ingrediar, cursum hic sistens, hoc tantum addo, homines moribus non solum a majoribus suis, non solum a finitimiis populis, non solum a ciuibus

à vicinis, à domesticis denique suis, sed ipsos a scipiosis s<sup>e</sup>pissime dissentire. Quām enim exiguus est eorum numerus qui iidem eadem poslunt horam durare probantes? Quæ si nobiscum reputabimus, minus quæ de diueris moribus apud Herodotum aliosque historicos leguntur, & mirabimur, & suspecta mendacij habebimus.

Ad ritus ceremoniasque cum aliarum gentium tum Ægyptiorum venio. In his quoque multa ridicula, multa non stultitiae solum, sed & furoris plena narrari non nego: sed e nomine mendacij suspecta esse debere penitus. Num fortasse tibi & fictum etiam videtur quod de Ægyptis ab Herodoto narratur, illos solenni quodam ritu scipios verberare: at ego nec mirum nec fictum puto, quippe qui & Venetis & Romæ solennes huiusmodi verberationes viderim. Sed quod potissimum hominum genus apud Ægyptios hunc ritu coleret, nescio, quos Romæ & Venetiis scipios verberantes videbam, eos, ex multis qui norant, verberones esse audiebam. Verum quid ex Italia exemplum mutuamur quod nostra suppeditare Provincia potest? Cōmodum tamen facta Romæ mentio in memoriam mihi Mariæ Lauretanæ templum ipsi vicinum reuocauit, ubi eorum spectator fui quæ multatum ab Herodoto, tum ab aliis de variarum gentium superstitione relata, non credibilia solum reddere, sed & excusat possunt. Verum ea refertur horret animus: ac nec eos quidem ipsos Athenienses quorum superstitionis ritibus tantopere cōmotus fuit Paulus Apostolus, ea sine horrore spectaturos suisse existimo. Recepitam & alibi superstitionum fastiginem omitto.

Hunc igitur sermonem missum facientes, potius ut antea priscum Bacchum & priscam Venere cum noltio Baccho & nostra Venere contulimus, Martē itidem hunc cum illo conferamus. Evidem nostrum illi aut furore aut crudelitate aut perfidia cedere, an merito dici antea potuerit, nescio: ne certè unquam post hac duci possit, ciuilia Galliaæ nostre bella, utinā vel nunc bene sedata prohibuisse scio. Quis adeo est ferus ut siccis oculis illud quorundam barbarorum facinus legat, qui pueros elementa prima difflentes media in schola trucidarūt? Priscum est facinus illud: quod sicut incredibile antea vitum est, similis crudelitatis exemplo tēpora nostra credibile reddent. (Ita tamen similis, quæ illam multis paribus superat, dicenda

cenda est) Ecquis enim adeo humanitatem omnem exuerit ut id factum quod primum incendiis illorum ciuilium bellorum suscitabulum fuit, sine suspiris ac gemitibus audiat? Viri, feminæ, pueri, iuvenes, tenes, dum ab ore sacri hypophetæ pendunt, non a Turcarum altorum in ve bai barorū caterua, sed eorum qui & ipsi Christo nomen dederant, multis vulneribus inermes ab armatis repente contodiuntur. Verum ut a peculiari crudelitate ad communem transeam, in vtris, quo lo, veteribus an nostri leculi beliis, Vulcanus Marti frequentius consociat⁹ fuit? Puente bellū hodie existimatur *τέλεσθαι*, estq; in vsu potius *πάντα πάτερ*: incendius paſſim res geritur. Quid quòd vnaſquiſq; iun miles, ex quo globi igniuom⁹ reperiſunt, ferro paritet & igni armatus est? Quid quòd non multis abhinc mensibus, ad augendam ignis illius crudelitatem, quali non satis ignis in igne effet artes nouæ excogitatæ fuerūt? Quid si & nostras expugnations urbium speciemus, frigebit illa deſcriptio Homerica & *Ιδέας αὐτούς, &c.*

ITEM VERO quædam etiam legi apud Herodotum aliosque historicos dico, quæ quanvis à fide abhorrent, non ſolū exemplis ſimilium factorum quæ alij referunt, veriſimilia reduntur, ſed & eorū authoritate qui noſtro ſeculo eadem apud alios viderunt, confirmantur. Ex quorum numero eft quod de Thessalī quibusdam mulieribus tradit, eas excedentibus è vita maritis comites ſe certatim offerre. Hoc enim veriſimile quidem reddi ato ea historia quam Iul. Cæſar & Nicolaus Damascenus de quibusdam Aquitanis regibus referunt, ſexcentos cum illis versari viros, qui vt cum viuentib. viuunt, & quidem regij dominatus regiæq; opulentia particeps, ita etiam libenter cum morientibus moriuntur: ſed (quod maius eft, idem illud factum mulieribus Indicis non veteres tantum ſcriptores, ſed & oculati testes hodie adſcribunt.

Quinetiam ex iis narrationibus quæ vt à veritate abhorrent evidentur, ita etiam à fide abhorrent, fuerint nonnullæ fortalſe quos poſteri eorum de quibus ſcriptæ ſunt, eorū in ve annales, aliqua ex parte testimonio ſuo comprobare hodie que poffint. In quam opinionem me adduxit oſtensus mihi à quodam amico locuse x Sigismundi commentariis rerum Moscoviticarū petitus, in quo historia Herodoti de Scythis teruis qui dominis abſentibus in uxorum illorum poſſeſſionem inuola-

68. H. STEPH. APOL PRO HER.

rant, tandemq; quum iusto prælio repelli à dominis non pos-  
tuissent, flagellis repulsi fuerunt, annalibus posteriorum te-  
stata exstat: detortis duntaxat (ut sit) nonnullis facti circun-  
stantiis.

Ad Crescas autem Indica quod attinet, miranda illi coa-  
turæ opera describi fateor: sed ut de aue Indica pfectaco illi si-  
mulq; oculis nostris credere cogimur, (alioqui vix credituri)  
ita & de aliis multo maiori admiratione dignis credere for-  
tasse debemus, etiam si non viderimus. Certè ut Horatio de  
exuenda prorsus admiratione nō assentior, ita vicissim admi-  
rationem tantam ut ex ea increduli reddamur, non probos: se-  
peq; illa Iuuenalis mecum reputo. *Quis tamis fugit ut miratur in  
Aman? &c.* Denique iis quæ vel de natura rerum vel de factis  
humaniæ memoriæ prodita sunt fidem temerè derogemus,

Duci potentiam omnia miracula vincere, sœculum no-

rum superiora omnia miraculis  
superare dico.

Siue

### Eiusdem Herodoti vita ex Suida.

**H**ERODOTVS, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnasseus, illustri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum secundum tulit, propter Lygdamidem, tertium ab Artemisia: tyrannum Halicarnassii. Pindelis enim, Artemisia, Pisindelidis filii<sup>9</sup> Lygdamis fuit. Saini autem Ionicam dialectam excolluit, & historiam libris ix scripti, auspicatur a Cyro Persi, & adiuvate Lydotum rege. Sed Halicarnassum reveritus, quoniam tyranno expulso, tandem inuisum ciuibus se esse cerneret, Thurium, quod tum Athenienses coloniam deducebant, ultra abiit: ibiq; disfunctus & in foro sepultus est. Alij Pellæ mortuum tradidit. Libri eius Musæ inscribuntur. De Herodoto, in epistola scribit Julianus apostata, *Quis ignorat Äthiopum sermonem de cibo apud nos optimi alimenti? Nam quoniam placentam attigissent, se mirari dixerunt quomodo iter coribus vescentes viuentius. si quis fidet Thurius scriptori haberet. Gentes autem ichthyophagas & sarcophagas ne per somnum quidem nostram victus rationem vidisse tradunt iij qui orbem terrarum descripsérunt. Quorum victimum si quis apud nos amulari vellet nihil cum eo melius quam cum his qui cicutam aut aconitum aut helleborum bibunt, ageretur.*

Ex Cicerone lib. 2. de Orat.

Apud Græcos autem eloquissimi homines remoti à causis forensibus, cum ad ceteras res illustres, cum ad scribendam historiam maxime se applicauerunt. Namq; & Herodotum illum qui princeps gen<sup>9</sup> hoc ornauit, in causis nihilominovo versatum esse accepimus. At qui cāta est eloquentia ut me, quanta ego Græcè scripta intelligere possum) magnopere delectet,

Ex eodem in Orat.

*Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles, quorum actas quoniam in eorum tempora quos nominauit incideret longissimè tamen ipsi atalibus deliciis vel potius ineptis absuerunt. Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus animis fuit: alter incitator fectus, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primisque ab his (vt ait Theophrastus historia contineta est, vt auderet uberioris quam superius & ornatius dicere.*

# LVCIANI HERODOTVS.

γρῶσιν, Ἰππίας πόδητος εὐτελεῖς, Εὐπρόδηκος ὁ Κένος,  
 Εὐανταξίμενος ὁ Χῖος, Εὐπῶλος ὁ Ἀκραγαντίνος, Εὐάλμοι συγχροί,  
 λόγιας ἔλεγον αἱ τοιαὶ οὐρανοὶ τοῖς παισί γρεν, αφ' ὧν γεώργιοι  
 ἐν Βρετανίᾳ ιγίγιντε. Επὶ τοις ταλαιπώσκεταις λίγοι στοφιστές,  
 Εὐγένιοι εἶσι Εὐρυγένειοι, ὅπως Εὐτάλιοι παῖδες Εὐλεπτοί,  
 Εὐπολιτοί τοις ζωγρίαις συγέρειται τοι. Ρωξαῖνος Εὐλιξαῖ-  
 δεικτοί, εἰς τοὺς Λυμπίους Εὐεπικούς αγρέλωτοις παισὶ θητεῖ-  
 ξαῖνοι, εἰς τὴν Εροξενίδαν Ἐπικαιοδίκους τὸ πόδε, ηδίτι τοῦ πο-  
 λιον, γρεμένη τοις παῖσι Αἴγανοι. Εἰ paulo post, Ηρόδο-  
 τος οὐδὲν τοις επίεισι γῆς τοις ἐκπονήσιν ικανοῖς τοῦ οἰλυμπίου τοῖς παισί.  
 γεγονός; εἶπε, Εὐσῆραφία θαυματού διέξατο τοῖς Ελλησι παῖς· Ελ-  
 λέωνικοί διοξίνοι, τοις ἀντεῖν νιμέζεται. Τοῦτο οὐδέ τοις φιλίκης μη  
 μεταρρύσαι ποτε χαρακτηρίσηται, μηδὲ πατέα τοις σκέπαις. Ι-  
 λεως οὐδὲν. αἰνάλλο τοις οὐδεισιν πατέαν φημι αὐτῷ. οὐδὲ γένος πο-  
 τοῦ τον επείμηντα τῆς Μακεδονίας. Φερόμενος οὐδὲν τοις σκοτύμενο-  
 παισι χρηστού τοις φερομένοις. Εἰ τα παρελθόντα εἰς μέσον  
 διέξαμι τὸ λόγον, οὐδέοντα. Απεβούστατη μοι τὰ τέρατα τοῦ εὐγῆς. αὐτοὶ<sup>οἱ</sup>  
 τοῦ οὐδὲν σωτελητοί θάντο, οὐ ποτὲ ὄφελος οὐδὲ ικάνης πόλεως αὐτὸς δή  
 τοι καθαλασσού Μακεδονεν απέτω. Εἰ ωστέ χρηταὶ πόλεις ή αρίστη,  
 ή οὐχὶ Πίστα ματίδι, οὐδὲ τὸ οὐκ εἰστηγμέναι, Εὐσκλαδεῖς, Εὐ-  
 καλίτες, Εὐτίγρεις οἵτινες πατέρωνεις, οὐδὲ τοις πόλεως αὐτὸς δή  
 τοι καθαλασσού Μακεδονεν απέτω. Εἰ ωστέ χρηταὶ πόλεις ή αρίστη,  
 ή οὐχὶ Πίστα ματίδι, οὐδὲ τὸ οὐκ εἰστηγμέναι, Εὐσκλαδεῖς, Εὐ-  
 καλίτες, Εὐτίγρεις οἵτινες πατέρωνεις, οὐδὲ τοις πόλεως αὐτὸς δή  
 τοι καθαλασσού Μακεδονεν απέτω. Εἰ ωστέ χρηταὶ πόλεις ή αρίστη,  
 ή οὐχὶ Πίστα ματίδι, οὐδὲ τὸ οὐκ εἰστηγμέναι, Εὐσκλαδεῖς, Εὐ-

## Ἐις Ἡρόδοτον.

Οὐδὲ ἀλιευτασσοῦ με παρίδρακε θίσσες αἰσθέ,  
 Ἡρόδοτος πολύτιμος, οὐδὲ Ωγυγίων κλία φωτίζει  
 Οὐτά περὶ πείρων δυνάτης γέμει, οὐτά τε περὶ αἰσθήσεων  
 Εδνακαν οὐ πυξών, φράταις αἰσθήσατο μενταγκούς,  
 Μιξας εὐεπίησεν Ἰανδος αἴθια φωτίς.

## Ἄλλο.

Ἡρόδοτον Λιβύειον κρύπτει κόνις ἥδη θα όνται  
 Ιανδος αρχαίης ιστελεῖς φρύταινα.  
 Ασεμίσων πατέης Βλασόντι ἔπο. τῷ γένδι απληπτον  
 Μάνιστρόπολες φυγούσι, Θάλαιον οὐδε πάτειν.

HERO



HERODOTI  
HALICARNASSEI  
LIBRI NOVEM, MVS A-  
RVM NOMINIBVS  
inscripti,

*Ex Laurentij Valle interpretatione, eo quo in  
epistola dillum est modo recognita.*

Liber I, qui inscribitur Clio.

**H**ERODOTI Halicarnassei historice explicatio hæc est, ut neque ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis oblitterentur ex uno, neque ingentia & admiranda opera vel a Græcis edita vel a barbaris gloria fraudentur, cum alijs, cum verò qua de re illi inter se belligerauerunt. Persatum eximij memorant dissensionum authores extitide Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum proficentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoq; incolunt, longinquis continuo navigationibus incubuerunt: facieb; disq; Ægyptiarum & Assyriarum mercium vecturis, cuin in alias plagas, tum etiam Argos peruenierunt. Argos etem ea tempestate omnibus ciuitatis regionis quæ nunc Grecia nominatur, antecellebat. Huc potro appullos Phœnices mercimonia exposuisse, & quinto sextōve quam appulissent die, cunctis fere diuenditis, fœminas ad mare venile cum alias multas, tum verò

a

*de suis esgnis dignasunt, tū vero circa hoc, quenam belli inter eos causa locet. Petratum quidem certe sermones metuorant illi. Legit autem hic interpres λέγει πρότονος λόγοι.*

profecti, & politis sedibus in ea regione quam, &c.

*Totum his principiis nra redi possit: Historia ab Herodoto Halicarnasseo edita, iuxte est: ut nec ea quæ facta sunt, ex hominum memoria tempora ligantur, neq; magis & admittantur facilius, que parum Græci, parum barbari ediderint, fama extinguitur. Cum circa alia quæ*

regis filiam cui nomen esset idem quod Græci tradunt, scilicet Inachum. Dumque haec fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarentur quæ cuiusque auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices esse abhorratos impetum fecisse: & ipsorum plerique aufugientibus, locum alius aliquot raptam fuisse, eisque in nauem impositis Phœnices in Ægyptum vela fecisse. Hunc itaque in modum lo in Ægyptum peruenisse memorant Persæ, non quemadmodum Græci: & hoc iniuriarum principium extitile. Post hæc Græcorum quosdam, quorum nomina non possunt dicere, Tyrum appulsos, filiam regis rapiisse Europam: ( faciunt autem isti Cretenses) illisque par pari repentum. Veneri postea Græcos secundæ iniuræ authores extitile. longa enim nauem in ora Colchidis & ad Phasim fluvium, quum cætera transgissent quorum gratia venerant, illinc rapiisse filiam regis Medeam. Ad quam reposcentiam, pœnæque de raptu petendas, quum rex Colchorum caducatorum misisset, Græcos respondeisse, ut illi de raptâ lo Angua pœnas sibi non dedissent, ita ne se quidem illis datus.

Secunda dehinc ætate ferunt Alexandro Priami filio, qui ista audisset, cupidinem in celisse uxoris sibi per rapinam è Græcia comparandæ, certum habenti omnino se pœnas non penitutum, quas nec illi pependissent. Ita quamvis Helenam rapiisset, vitum esse Græcis, primum missis illuc mutuis & Helenam recuperare, & pœnas de raptu petere. Illos vero tergiuerantes mentionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinam reposcentibus reddidissent, quomodo vellent ab aliis sibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis solis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipue authores extitile, qui priores in Asiam quam ipsi in Europam copias ducere incepserat. Se quidem leonte in iurorum virorum factum esse rapere fœminas, amencium verò, raptis vicitissimis operam daret: prudentium autem pœnas nullam habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, nisi voluissent, haud dubie raptæ non fuissent. Eoq; suæ raptæ fœminarum ex Asia raptarum Persæ negant villam le habuerit: iterationem: Græcos autem Lacedæmoniarum multæ greciæ ingentem comparare claram, deinde in Attiam profectos,

• Phœnices:

2 Et ista quidem pati compunctione inter eos esse facta.

3 Nam Colchiam aduectos,

4 Medeæta prout ipsis obsecrata, ista praecessendo, qui nec ipsi pœnas, &c.

5 Raptas nihil curare:

6 Se itaque Attianos raptatum mulierum nullam rationem habuisse dicunt Persæ: Gt.

**C**os, imperium Priami cœritisse: atq; ex eo tempore semper existimasse sibi hostes esse Græcos. Siquidem Asiani & barbaras gentes quæ illam incolunt, putant Persæ sibi necessitudine coniunctas, Europā verò & Græcos à se esse ditunctos. Hunc in modum Persæ rem gestam esse memorant, & illij excidiū sibi discordiæ cum Græcis extitisse principium comperiunt. Cum quibus non consentiunt de Io Phœnices, quam negant se in Ægyptum abduxisse raptu vsos, sed eam apud Argos cum nauclero nauis ipsorum rem habuisse: & quum se grauidam esse competitser, veritatem pareotes, sic voluntariā cum Phœnicibus nauigasse, ne detegretur. Et hæc quidē Persæ Phœnicesq; referunt: ego vero, utrum sic gesta sint nécne, non pluribus persequar. Cæterum quem ipse noui primum cœpisse inferre Græcis iniuriā, hunc indicabo, longius oratione pergente tam parvas urbes ciuitatesq; commemorando quam magnas. Nam quæ olim magna erant, earum permulta fæcēta sunt paruæ: rursus, quæ mea memoria magna fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur quum sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore persistare, utriusque fortunæ mentionem habebo.

1 vel, in necessitudinem suam recipiunt: cum Europa vero & Græcis nullam sibi societatem intercedere existimat. vel nihil tibi esse commune: et cum demū vtero cū Ph. 3 Dicere non constitui. q. d. non me comparo ad dicendum. 4 hunc ubi ita dicauerim, veterius progressus tam p. 5 de utrisque ment.

6 regnator, vel rex: aut dominator. si idemq; in aliis locis.

7 vel, alios subactos (sive subiugatos) tributum sibi pendere coegerit.

8 urbes subiugauit: vel, iugum paci coegerit.

9 vide num. 6:

**C**æsus genere quidem fuit Lydus, patre autem Halyatte: earum vero nationum<sup>1</sup> tyraonus quæ intra Halym annem sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum Aquilonem, in mare quod vocant Euxinum euoluitur. Hic Crœsus, è barbaris quos cognitos habemus, primus Græcorum<sup>2</sup> alios ad tributum pendendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidē lones, Æoles, & qui sunt in Asia Doros; amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vnuerit Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorum aduersus Ioniam expeditio, vetustior illa quidem Crœso extitit, non tamē<sup>3</sup> urbes expugnauit, sed per incursionses prædas abegit. Cæterum principatus quum esset Heraclidarū, ad genus Crœsi, qui vocabantur Mermnadæ, sic peruenit: Candaules, is quem Græci Myrsilum nominant, Sardium fuit<sup>4</sup> tyranus, ab Alceo Herculis filio oriundus. Siquidē Heraclidarum priuinus Sardium rex extitit Argon, Nini filius, Beli nepos, Alcæi præcepis: nouissimus, Candaules

Myrtilius: quū ante Argonē qui in categione regnauerant, fuissent oriundi à Lydo Atys filio, a quo totus is populus cognominatus est Lydius, quem Meos antea vocavant autem educti Heracidae imperium ex oraculo Heraclii. Ilo adepti sunt, Iardanæ ancilla & Hercule genitrix, idque per quingentos & quinq; annos, duas & viginti viatorum annates, tenuerunt, filius patri deinceps succederet, usq; ad Candalem Myrtili filium. Hic igitur Candaules viorem adamabat, eamque præ amore arbitrabatur omnium forminarum esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Cygēm Dasyli filium ex satellibus suis ( erat enim is maximè ipsi acceptus, eoque ministro in rebus magis arduis vtebatur ) speciem uxoris supra modum excellebat. Ad quem non multo interieōto tempore ( necesse namq; erat ei male cuenite) inquit his verbis, Gyges, ne que enim videris mihi fidem habere referenti e coniugis specie: ( quod magis incredulæ sunt hominibus aures quam oculi ) fac illam conspicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quemnam, inquit, here sermonem profers haudquaquam sanum, qui me iubes inspicere herein meam nudam? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominibus sunt honesta excogitata, vnde discere debemus: ex quibus hoc vnum est, Quæ re opotest.

*q. d. Iam olim  
comportum fuit  
qu. n. m. lunc  
ficiat et latron-  
sentanea, & in  
de nobis peten-  
da disciplina  
est. I num au-  
tem eorum est.  
s. alii artificio  
viciat, ve  
& ei fuerit  
ostendens in uicem terga, cur tibi sit deinceps ne te per  
fore abeuntem conficiat. Gyges igitur ubi effugeret non  
potuit*

potuit, sicut paratus: quē Candaules, posteaquam hora cu-  
bandivisa est ad eū, in cubiculum duxit; statimq; post se  
vixit adfuit. q̄iam introcuntem ac vestimenta deponen-  
tem Gyges iuuitus, ubi aucta fuit illa cubitum vadens, i-  
pice clo. v̄ p̄ceptus foras abiit; & inter exundum a mu-  
lere contpedias eit.<sup>1</sup> Hec, vt dudicit, a viro quid acti esset,  
neq; p̄tē pudore exclamauit, n̄q; vīla et p̄cepit, ha-  
bens in animo Candaulem vicit. Apud Lydoseum. &  
fere apud ceteros quoq; barbaros, magno probante et  
iam virum confici nudum. Ita tunc nihil apesiens mu-  
lere, silenceu mteauit. Mox autem vbi dies illuxit, quos do-  
mesticorum maxime libi fideli intelligebat esse, quin  
præparasset, Gygem accerit. Hic eam nihil suspicans scire n̄m aduec-  
torum quā acta erant, accersitus venit: quippe qui antea <sup>ie.</sup>

soltus esset ad reginam concedere, quoties ab ea vocare-  
tur. Ut venit, ad eū his verbis mulier inquit, Nunc duabus <sup>2</sup> Nunc cura-  
tibi præsentibus viis, Gyges, offero electionem in utram <sup>duce vitā in</sup>  
maliis diuertere. \* Aut enim me pariter a regnū Lydotū, <sup>tua hīli poter-  
stace. G.</sup>  
vbi Candaulem interfeceras, aut te ipsum continuo oc-  
cumbere sic oportet: ne in omnibus Candauli obsequen- <sup>\* Aut enim</sup>  
do, post hac si casas quā te scire nō decet: sed aut illuin qui  
ista consuluit, inter te opus est: aut te, qui nudi me es con- <sup>Candaule in-  
terfecto. me</sup>  
spicatus, & illicita fecisti. Ad hæc verba Gyges primū <sup>tibi cum re-  
gno Lydotū</sup>  
obstupefactus, postea obsecrare illam ne se ad talium ne- <sup>haberant. S.</sup>  
cessitatem adigeret: alterutrum eligendi. Vbi non persua-  
det, sed vtique præpolitam libi necessitatem cernit aut in- <sup>3 post hac vi-  
des quā te</sup>  
terimēdi herum, aut per alios pereundi, elegit vt ipse su- <sup>videre non</sup>  
pereret: atque ita per contans illam, inquit, Quandoqui- <sup>decet.</sup>

dem me adigis iuatum ad herum meum occidendum, <sup>4 vt qui nos</sup>  
age audiam quo pacto illam adoriemur: Excipiens illa, <sup>dimitteretur.</sup>  
Exco, inquit, loco adorandus erit vnde ille me nudam <sup>pec vllam ef-  
fugiēdi facul-  
tatem habe-  
ter; sed cui</sup>  
ostendit. in lopitum impetus dabitur. Posteaquam igitur <sup>tertia habet.</sup>  
infidas intruxerunt, & nox aduenit, Gyges: nihil cum-  
status est: quippe cu: nulla deuitandi facultas esset, sed ne- <sup>necessitate esse</sup>  
celle aut petire, aut Candaulem perire. mulherem in <sup>aut p̄t.</sup>  
thalassum sequitur, quem illa, dato pugione, subter eas- <sup>5 Causa virili</sup>  
dem foras occulit. Vnde postmodum iste procedens, quie- <sup>est Gygi, m.</sup>  
scientem Candaulem obturcat, vxoreq; eius & regno  
potitus est. Cuius rei meminit & Archilochus Parias, qui

# H E R O D O T I

per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges & in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. Nam quum Lydi indigno animo ferrent Candaulis casum, atq; in armis essent, conuenit inter hos ac factio- nem Gygianam, ut si oraculum respondisset hunc esse re- gem Lydorū, ipse regnaret: sin minus, principatum Hera- clidis restitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regna-

<sup>¶</sup> Sed id de-  
mum tamen  
Pythia erat  
loquuta.

<sup>1</sup> regno oc-  
cupato

<sup>2</sup> Sed cum  
alia plurima  
ex argento  
Delphis sunt  
ab eo posita,  
cum vero et-  
iam præter  
arg.

<sup>3</sup> que sella  
eodem loco  
posita est quo  
Gygis pater: e-  
vocaturque à  
Delphis hoc  
autum & ar-  
genium à Gy-  
ge oblatum.  
Gygeum, e-  
ius videt.

<sup>4</sup> Sardium re-  
gno poterit,

uit. Sed demum Pythia loquuta, Heraclidarum ultionem in atnepotem Gygis esse venturā. quod carmen neq; Lydi neq; ipsorum reges ullius momenti fecerunt, priusquam exitu comprobatum est. Hunc in modū obtinuere tyran- niderem Mermnadæ, sublatis Heraclidis. Gyges, tyrannide occupata, Delphos donaria misit non pauca, vbi quæ ex argento donata visuntur, eorum pleraq; istius sunt. Et pre- ter argentum, immensam vim auri dedicauit: posuitque cum alia, tum verò (quod præcipua mentione digoum est) pateras aureas, numero sex, pondo triginta talentorum, quæ in Corinthiorum thesauro collocata sunt. licet is the- saurus (si vera loqui volumus) non Corinthij populi sit, sed Cypseli Ectionis filij. Ita Gyges barbarorum quos ipsi no- uimus primus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordij filium, Phrygiæ regem. Nam & Midas ob- tulit regiam sellam, in qua sedens iura solitus dicere erat, rem spectaculo dignam: quod tribunal eodem quo Gy- ges obtulit loco, vocatur à Delphis Gygadas, eius videli- cet qui obtulit cognomine. Is igitur postquam imperio potitus est, arma intulit Miletum & Smyrnæ, urbemq; Colophonem vicepit. Nec aliud ullum præclarum facinus ab eo gestum est, quum duodecim annos regnauerit. Et hunc quidem nos, his duntaxat de eo commemoratis, missum facimus: Ardyis autem eius filij faciemus mentio- nem, qui post Gygem regnauit. Hic Prienenses expugna- uit & Miletum inuasit: quo Sardium tyrannidem obtinē- te, Cimmerij à Scythis Nomadibus eieoti è sedibus suis, in Asiam transierunt, Sardisq; præter arcē ceperunt. Quum autem vndequinquaginta regnasset annos, succedit Sady- attes Ardyis filius, regnauitq; annis duodecim. Sadyattes successit Halyattes, qui cum Cyaxare Deiocis nepote bel- lauit & Medis, Cimmeriosq; exegit ex Asia, Smyrnam etiam

etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuavit. Vnde non (quemadmodum optabat) discessit, sed vehementer euentu frustratus. Alia quoque opera, quum in imperio fuit, dignissima memoratu edidit, quæ hæc sunt. Bello quod geslītum Milesius, à patre traditum, hac ratione Miletum illuc transgressus obsidebat: Dum fruges in regione erant adulteræ, tunc exercitum immiscebatur, procedens in expeditionem ad cantum fistularium, fidūmque, ac tibiæ tam muliebris quam virilis. Quumque in agrum Milesium peruerterat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, nō fores effingere, sed incolumes esse passim sinere, arboribus modo fructibusq; regionis peruastatis, rursus se recipiebat. Nam Milesij mare obtinebant, vt opus non esset hosti illic considerare. Aedificia autem idcirco Lydus non excidebat, vt & Milesij habentes vnde procederent, humum sererent, colerentque: & quum hoc illi fecissent, ipse cum exercitu ingressus haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens, vndecim oppugnauit annis, per quos<sup>3</sup> duo ingentia vulnera accepere Milesij: vnum, in Limeneio (quod est iplorum regionis) pugna commissa, alterum in campo Maeandri. Horum vndecim annorum sex adhuc apud

Vnde non  
cum eo que  
optabat ex-  
tu discessit.

<sup>2</sup> vt postea  
prodeunt  
Milesij pos-  
sent serere &  
colere &  
quæ, &c.  
<sup>3</sup> duas inge-  
ntes clades fe-  
cep.

<sup>4</sup> quod an-  
cea Milesij cū  
Chiis bellum  
aduersus Egy-  
ptios ges-  
sissent  
& vi venti ad-  
actæ, cel.  
Neque res  
hæc eo ipso  
tempore co-  
sideratu di-  
gna v̄isa est:

Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Milesiam tuac inuaserat, & idem bellum confluuerat. Quinque reliquis eius filius Halyattes, bellum quod à patre acceptat (vt à me superius commemoratum est) intentius administravit: in quo bello Milesios nulli ex Ioniis subleuauerunt, præter Chios, qui soli faere auxilio: reddentes vicem<sup>\*</sup> quod aliquando Milesij Chiis bello quod cum Erythræis gerebāt, auxilia tulissent. Duodecimo autem anno incensus ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: Ségetes ut erant incensæ, valido vigente vento, celestremè peruerserunt Miserux templum cognomine Aschix: quo incendio tenipsum deflagravit. Neque ullius momentu ea res in præsentia habita est: sed quum post exercitus redditum Sardis Halyattes decubuisse, diuturniusque agrotaret, Delphos misit ad deum de sua valetudine sciscitatum, siue alieno siue suopre consilio admittendum inductus. Nunciis autem, quum Delphos

peruenissent, se reddituram respōsum Pythianegauit, priusquam tēplum Minetū reparassent, quod in terra Miletiorum apud Assesum concremasset. Ita aētum eīcēgo Delphīs accepi. Sed Milesij his illa addūt, Perianderum Cypseli filium, quin audisset oraculum Halyattū redditur, misisse nuncium ad Thrasybulū tunc Milesiorum tyranum (cuius in primis erat familiaris) admonitum ut aliquid prospiciendo sibi consuletet in p̄fens. Et Milesij quidem ita id gestum memorant. Halyattes autem, ubi hāc ipli nunciata sunt, confessim caduceatores Miletum mittit, ad ineundas cum Thrasybulo & Milesio p̄fiones tantisper dum templum ædificaretur. <sup>1</sup> Dum caduceator Miletum venit, Thrasybulus (vt qui orationem sermonem planè perficerat, norātq; quidnam Halyattes facere statuisset) huiuscmodi rem machinatur. Quod strumenti in urbe erat vel suum ip̄ius vel priuatorum, id omne in forūm congerit: præcipitque Milesiis vt quin ip̄se signum dedisset, cuncti potarent, & inter se commissationibus vtrrentur. Hāc Thrasybulus ea gratia fecit præcepitque, vt caduceator Sardius cernens ingentem frumenti acciduum effusum, & homines oblectatiōibus vacantes, renunciaret Halyattē. Quod & contigit. nam ut illa cōf̄erat caduceator, Thrasybulōq; Lydi mandata expoluit, reuectus est Sardis: & (vt ego audiō) ob nihil aliud inter eos pacificatum est. Sperans enim Halyattes vehementer p̄funtani rei frumentarij Miletie, & populum ad extremum vique malorum deuenisse, reuerso illic cauceatore, audiebat contraria atque ip̄se fuerat opinatus. Post hāc inter eos ita conuentum est vt mutuō hospites essent ac socij: prōque uno duo delubra apud Assesum ædificauit. Halyattes ip̄se ex morbo conualuit. Et quae ad bellum quidē Halyattis cū Milesiis atque Thrasybulo peruenit, ita habuere. Periander autem Cypseli filius fuit is qui Thrasybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrapnus: cui maximum miraculū fuisse oblatum populares sui prædicant, & his Lesbij assentiuntur. Arionem Methymnaeū delphino insidentem ad Tænaron fuisse euectum, qui erat citharedo-rum sui seculi nulli secundus: quicq; primas hominā quoq; nouimus, & fecit & nominauit & docuit Corinthi dihyrambum.

rambum. Hunc Arionem ferunt, quum permulcum tem-  
 poris traxisset apud Periandrum, concupisse in Italiam: Si-  
 ciliamq; nauigate: turlusq; fatta ingenti pecunia, voluisse  
 Corinthum reuerti: & quū prosectorus Tarento esset,  
 quia nullis magis quam Corinthius sideret, nam grā viro-  
 rum Corinthiorum conduxile. Quum igitur alium tener-  
 tet, illos Arioni infidates, vt eo deturbato, pecunia po-  
 tentur. Hoc illam intelligentē, oblata eis pecunia, mor-  
 tem tantum facile deprecatum. Non persuadenti nautas  
 iussisse vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in terra  
 panceceretur, aut illico in mare defiliret. Arionē ad hanc  
 difficultatem redactum, obsecrassē vt quandoquidē ipsiſ  
 ita placitum esset. patetentur se omni suo ornatū cooper-  
 tum, stantemq; super ſuos cantate: & quum decantasset,  
 pollicebatur ſibi nusillatum. Iſtos igitur (inuaſe-  
 ratenim eos libid. diendi præstantissimum inter ho-  
 mines modulatorē) puppe in mediā nauem conces-  
 ſisse. Hic, induo ſibi omni ornatū, ac ſumpta cithara stan-  
 tem ſuper foros, inchoaſſe carmen quod dicitur orthium:  
 eaq; decantato, ſele, vt erat ornatus, in mare ieciffe. Et hos  
 quidem cursum tenuiffe Corinthum: illum verò aiunt à  
 delphino exceptum, Tarenton fuiffe transuertū: & quin  
 à delphino delceriffet, Corinthum eodem habitu perre-  
 xisse: & ubi peruenit, quicquid contigerat enarrasse. Peri-  
 andrum autem, quia non cederet, tenuiffe hominem in  
 custodia, ne quō prodiret: ceterū curauiffe ut nautas habe-  
 ret. Eos accitos, ubi adfuerunt, percontatum ſi quid de A-  
 rione memorarent: & referentibus illum ſospitem circa  
 Italiam agere, fortunatumque Tarenti ſe teliquiffe, Arionem  
 apparuiffe eodem quo defiliiffet habitu: iſtos terrefa-  
 ctos, nihil amplius habuisse quod conuicti inflatiarentur.  
 Hac Corinthij ac Lesbij aiunt: extatq; apud Tarentū, in-  
 gens Arionis ex xte donarium, ſuper delphinum ſedens.  
 Porro Illyvattes Lydus, confecto cum Milesiis bello, post-  
 ea, quum ſeptem & quinquaginta regnaffet annos, vita  
 excellit: qui ſecundus ex hac domo, quum à morbo conua-  
 liuiffet, apud Delphos dedicauit grandem ex argento pate-  
 riū: itemque alteram ex ferro parvulam, compactilem,  
 ſpectatu dignam inter omnia quæ ſunt Delphis donaria.

*i. rem Corin-  
thum reman-*

*ii. iſtos ma-  
chinate. illa  
vt Arionē de-  
turbato, fac.*

*iii. conſilij ia-  
opiam*

*iv. non me-  
gium  
i. ſedens  
homēs*

**opus** Claudi Chij, qui solus omnium compactionem scripsit ex cogitauit.

**D**E F V N C T O Halyatte, successit in regno Crœsus, annos  
aatus quinq; & triginta, qui primus Græcorum Ephesiis  
bellum intulit. Vnde Ephesij ab eo obsecuti, urbem Dianaë  
donarunt, fune ex æde Dianaë ad murum alligato. Est autem  
inter veterem urbem quæ tunc obsidebatur, & templum,  
septem stadiorum interuallū. Hos primos Crœsus aggressus est, deinde vero carptim singulos Ionum Æolumque,  
alias in alios causas prætendens, ut in quosq; maximas re-  
perire poterat: in quosdam etiam friuola causatus. Postea  
vero quam Græcos in Asia subegit ad tributum penden-  
dum, tunc cōstituit ædificatis nauibus aggredi insulanos.  
Ad quas compingendas, quum omnia in expedito essent,  
dicunt alij Biantem Prenxum, alij Pittacum Mitylenxum,  
quum se Sardis contulisset, interrogatum à Crœso num  
quid apud Græciam noui esset: respondisse, quod illum à  
compingenda classe inhibuit. Inquit enim, Insulani, ô rex,  
' decem millia equorum coemerunt, habentes in animo  
aduersus Sardis atque te exire in expeditionem. Et Crœ-  
sum vera loqui ratum, dixisse, Utinam dent dij hanc insu-  
lanis mentem Lydos inuadendi cum equis. Atq; hunc ex-  
cipientem dixisse, Videris mihi, ô rex, cupidè vota facturus  
vt insulanos in cōtinente adipiscaris equitantes, haud ab-  
surdaspe. Verum quid aliud insulanos optare céles quam,  
' simulac audierint cōstituisse te aduersus se classem ædifi-  
care, vt nacti Lydos in mari intercipiat, teq; pro his Græcis  
quos tu in cōtinente tibi adiecessisti, vlciscantur? Hoc ser-  
mone delectatum admodum Crœsum, atque inductum  
(est enim visus ille perquam scitè dixisse) ab ædificanda  
classe destitisse, atq; ita cum Ionibus qui insulas incolerent,  
hospitium contraxisse. Interiecto autem tempore, subactis  
ferme omnibus qui intra Halym colunt. nam præter Cili-  
ces ac Lycios, ceterosque omnes Crœsus in suam potesta-  
tem rededit, qui sunt, Lydi, Phryges, Myri, Mariandyni,  
Chalybes, Paphlagoni, Thraces, Thyniq; & Bithyni, Ca-  
res, Iones, Dores, Æoles, Pamphylii. His inquit subactis, &  
potentia Lydorum per Crœsum aucta, contulerunt se Sar-  
dis opibus florentes, tum ceteri omnes è Græcia sophistæ,  
qui

i vel. infinitū  
equitatū coe-  
ravat,

et quoniā au-  
diuerunt

et in seruitutē  
redigilli.

4 Hoc illius  
ita respondē-  
tis sermone  
del. vel. His  
verbis quib.  
sermonem i-  
phus excepe-  
xit, del.

qui ea tempestate erant, pro se quisq; proficiscentes: tum  
verò Solon vir Atheniensis, qui quum leges iubentibus A-  
theniensibus tulisset, decē annos per causam contemplan-  
di, nauigando erat peregrinatus, vt ne quam legum quas  
condiderat abrogare cogeretur. Nam hoc Athenienses i-  
psī facere nequibant, maximo iure iutādo adacti ad eas de-  
cem per annos seruandas quas ipsis Solon condidisset. Ha-  
rum itaque legum ac contemplandi gratia Solon peregrè  
profectus, in Aegyptum ad Hamasim se contulit, & Sardis  
ad Crœsum. Eò quum peruenisset, hospitaliter in regiam à  
Crœso exceptus est: tertioque aut quarto quām venerat  
die, iussu Crœsi, ministri circumduxerunt hominem circa  
thesauros: omniaque quæ illic inerant magna ac beata, o-  
stentarunt. Eum porro contemplatum cuncta, & vt sibi  
opportunum fuerat intuitum, talibus percontatus est  
 » Crœsus, Hospes Atheniensis, quia multus ad nos rumor de  
 » te emanauit ob tuam sapientiam tuamque discursatio-  
 » nem, qui philosophando per multa vidēti gratia es pere-  
 » grinus: ideo mihi nunc cupido incessit sciscitandi ex  
 » te 'ecquem vidisti omnium beatissimum. Sperans videli-  
 » cet se inter homines beatissimum esse, ita sciscitabatur.  
 Solon autem nihil adinodum assentatus, sed vt res erat re-  
 » spondens, Ego vero, inquit, ô rex, vidi beatissimum Tel-  
 » lum Athenensem. Quod dictum admiratus Crœsus, in-  
 » stat interrogare, Qua de re Tellum iudicas esse beatissi-  
 » mum? Quia, inquit, Tello Republica bene instituta, filij  
 » fuerunt honesti & boni, eorumque singulis liberi, hiisque  
 » omnes superstites: & quuni hoc vitæ quantum in nobis si-  
 » tum est, benè traduxisset, obitus splendidissimus ei obti-  
 » git. Siquidem prælio quod Athenienses cum finitimis ges-  
 » sere apud Eleusinem, quum auxilio venisset, hostemque in  
 » fugam vertisset, pulcherrimam offetiit mortem. Quem  
 » Athenienses, quo loco occubuerat, eo ipso publicè huma-  
 » sunt, magnificeque honorarunt. Tum verò multa de Tel-  
 » lo ac beata Solone referente, excitatus Crœsus, interrogat  
 » quémnam secundum ab illo vidisset, putans haud dubiè  
 » secundas se partes esse laturum. Cleobin, inquit ille, &  
 Bitonem: quippe his & genus Argium erat, & virtus  
 suppeditabat: adhæc corporis robur tantum, vt & in

i tuamq; va-  
gam peregrina-  
tionē ( proprie vagatio-  
nem ) quam,  
vōpote philo-  
sophati vo-  
lēs, multa vi-  
dendi studio  
consecisti.

z an quen-  
piam vid.

z ex quibus  
singulis vidit  
natos libe-  
ros, eosque  
omn.

# H E R O D O T I

certaminibus ambo pariter victores extiterint: & de his etiam ista memorentur. Quum dies festus Ianuonis apud Argios esset, oportetque omnino matrem horum ad templum ferri bobus iunctis, eisque boues ex agro ad horam præstò non essent: tunc iuuenes exclusi tempore, iugum subeuntes plastrum pertraxerunt quo mater vehiebatur, & quinque ac quadraginta per studia trahentes ad templum peruererunt. Quibus, quum hæc fecissent, & ab omni cœtu conspecti fuissent, optimus oblitus vitæ exitus:

<sup>1</sup> *Hoc respon-*  
*offensus: vel,*  
*in itin con-*  
*citatus.*

<sup>2</sup> *Quod si vo-*  
*lce alicuā an-*  
*dū esse, quām*  
*alicerū vno*  
*mense maio-*  
*sem, ut tem- i*  
*pota eodem*  
*opportune*  
*recurrat, me-*  
*ses quidē in-*  
*tercalari tri-*  
*ginta quinq-*  
*uent per an-*  
*nos septua-*  
*ginta dies ve-*  
*ro ex his mi-*  
*llibus mille &*  
*quinquaginta:*  
*z: vel recte +*  
*verit: apud*  
*Theodor. Grec.*  
*an lib. De men-*  
*bris: trist. Pan-*  
*to L. espars. E-*  
*taend. lib. 6. c.*  
*21. S.*

<sup>3</sup> *Alter nihil*  
*affect quod*  
*alteri sit pro-*  
*sus simile. Ita*  
*igitur, Cro-*  
*ce, omnis ho-*  
*mo est ipsa*  
*calamitas.*

& per hæc Deus indicauit, satius homini ille mori quam vivere. Nam quum circumstantes Argui laudibus tollerent, viri quidem, consilium filiorum: feminæ vero, matrem eorum, quod talib. filiis prædicta esset: mater gaudio perfusa cum liberorum facto tum fama, ante simulacrum stans, precata est eam ut Cleobi & Bitoni filiis suis daret id quod optimum esset homini contingere. Post hanc precatiōnem, ubi sacrificarunt epulatiq; sunt, qui escētes in ipso delubro, non sunt amplius excitati, sed hoc vitæ exitu perfundi. Quorum effigies, tanquam virorum qui praestatis simi extitissent, Argui factas, apud Delphos collocarūt. Et his quidem Solon secundas beatitudinis partes attribuit. Cœlus autem conturbatus inquit, Hospes Athemantis, ad eone te delicitur in nihil nostra felicitas ut ne priuatis quidem viris nos æqui parandos ducas? Cu ille, Me Crœse gnarum omne numen inuidū esse & turbulentum, de rebus humanis incerrogas? In diurno enim tempore multa videntur que nemo velit videre, & tolerantur multa quæ nolit quispiam tolerare. Proponamus cum homini terminum vite ad septuaginta annos, qui annis constant ex vigintiquinq; milibus ac ducentis diebus, mensē intercalari non posito. <sup>4</sup> Quod si velis alternos illorum annorum addito mēse prolixiores fieri, ut tempora opportune incidentia congruant, mensē intercalares per annos leptuaginta, sicut triginta quinque, dies autem ex his mensibus mille quingenti. Horum dierum omnium, qui sunt in septuaginta annos, numero vigintisex millia ducēti quinquaginta, <sup>5</sup> nullus prorsus qualem alius rem affert. Ita igitur, Croce, omnino calamitosus est homo. Ceterum tu quidem mihi videris & diutius valde pollere, & per multo-

rum hominū rex esse: sed id de quo me interrogasti, non-  
 dum te esse dixero priusquam te bene vita defunctum es-  
 se audiero. Neque enim beatior est qui magnis opibus  
 præditus est, eo qui diutinum victum habet: nūc idem o-  
 mnibus bonis prædicto, fortuna concesserit bene vita de-  
 fungi. Etenim complutes homines sunt per quam locu-  
 pletes, minime tamen beati: complutes item mediocria  
 habentes patrimonia, fortunati. Quorum is qui diutinii  
 affluit, sed non beatus est, duabus tantummodo rebus an-  
 tecellit fortunatum: ac hic illum pluribus Ille ad cupidita-  
 tes implendas, & ad grandem quæ incidat offendam supe-  
 randam validiore est: hic, et illo inferior est in his duo-  
 bus quæ bene illi à fortuna denegantur, tamen excellit  
 quod illorum inexpertus est, quod prospera fruitur vale-  
 tudine, quod malorum expers, quod bonorum liberorum  
 parens, quod formosus est. Quod si præter hæc diem quo-  
 que suum recte obierit, is est (quem queris) dignus qui vo-  
 cetur beatus: prius tamen quam ad obitum peruenierit,  
 nequaquam beatus appellandus, sed fortunatus. Sed hæc  
 omnia consequi hominem impossibile est: sicut nec una  
 regio cuncta libi ipsi suppeditat: sed aliud habens, alio in-  
 diget: quæ tamen habet plurima, ea est optima: quemad-  
 modum etiam hominis corpus unum aliquod nō est con-  
 summatum, quia aliud nabit, alio caret. Sed quisquis ho-  
 rum plurima constanter habuerit, & postea placido ani-  
 mo è vita excellerit, hic apud me nomine hoc veluti rex  
 donari meretur. Omnis autem rei oportet inspicere exi-  
 tum, quod sit eiusura: quoniam multos Deus quibus for-  
 tunas impedicauerat, radicitus enervit. Hic Solon, neque  
 assentando Cræso, neque ullius eum momenti faciendo,  
 loquutus dimititur: sive que est virtus esse indocilis, qui  
 bonis præsentibus prætermissis, iuberet omnium rerum  
 inspicere exitum. Post abitum Solonis ingens deorum in-  
 dignatio Cræsum exceptit, quod (vt cœlicere licet) scipsum  
 omnium hominum beatissimum arbitraretur. Statim i-  
 gitur ei quiescenti omnium oblatum est, veritatem indi-  
 cans malorum quæ circa filium erant cœntura. Erant au-  
 tem Cræsoliberi duo: quorum alter qui mutus, inutilis  
 erat: alter inter xquales in omnibus longè primus, nomi-

fluit de  
dico

2. Hic vētētis illum su-  
perat. quod  
dāmū qui-  
dem ferre &  
desideriū ex-  
plete non ita  
potest ut it-  
le: sed hæc ab  
eo arcer felici-  
tas, expect  
autē est ma-  
lorū, sanus,  
felix sobole,  
& formosus.

vis (meo qui-  
dem iudicio)  
dignus est. ô  
rex. qui no-  
men illud fe-  
rat.  
4 felicitatem  
ostendat.

5. virtus cor-  
poris labora-  
bar. erat e-  
cina fardus.

ne Atys. Hunc itaque Atym Crœso significat somnium, fore ut ferre a cuspis trajectum interimeret. Experrectus, & secum rem versans, somnio territus, accipit filio uxore: & quoniam solitus esset praesesse copiis Lydorum, nusquam eum amplius ad tale munus dimittit: iacula & hastas, omniaque huiuscmodi quibus homines in bello utuntur, & porticibus amouent, in thalamos infert, ne quid suspensum in filium decideret. Quum autem nuptias filij in manibus haberet, aduenit Sardis quidam in calamitate positus, manibusque non puris, natione Phryx, regio ex gente. Hunc, quoniam ad ardes Crœsi venisset, ex nimisque domestico, ut sibi expiari licet, orasset, Crœsus expiavit. Modus autem expiandi propemodum is est apud Lydos qui apud Graecos. Vbi verò legitima peregit Crœsus, percontatus est unde ille, quisnam foret, inquietus, Homo, quis tu? & quo Phrygiæ loco protectus, domesticus mihi factus es? & quem virum aut quam fœminam interemisti? Ad quem ille respondit, Midæ Gordio prognati sum filius, nomine Adrastrus: quia fratrem meum ipsius imprudens interemi, adsum electus à patre, & omib[us] rebus exutus. Crœsus autem inuicem ad cum his verbis inquit, Ex viris nobis amicis oriundus es, & ad amicos venisti: hic in nostris ædi- bus tu manens, nullius rei indigebis. Istam porro calamitatem quam levissimè ferendo, plurimum lucifacies. Atque ille quidem apud Crœsum domiciliū habuit. Verum per hoc idem tempus apud Olympum montem Myssæ, aperte eximæ magnitudinis extitit, qui ex hoc monte progressus, Myssoru[m] opera peruastabat: quemq[ue] sapiente Myssi aggredi, nihil admodum mali ei fecerat, sed ab eo acceperant. Ad extremum igitur missis ad Crœsum nunciis, ita dixere, Apparuit, ô rex, apud nos maximus aper, qui agrestia corruipit opera: quem studiosissimè captantes, interimere tamen non valuimus. Nunc itaq[ue] te obsecramus ut nobilcum filium tuum ac delectos iuuenescanesque mittas, quò belluam è regione tollamus. Hæc illos precantibus, Crœsus somniaq[ue] memoria repetens, ita respondit, Filij quidem mei nolite amplius facere mentionem: neque enim eum vobis dimitterem. nam eis nouus maritus, & ista nunc sunt ei cordi. Lydorum tamen delectos

• Qos & venatores omnes cum canibus vna mittam, man-  
 • daboque euntibus vt promptissime vobiscum bellum  
 • de regione summoecant. Hæc Crœsus respondit. Cuius  
 • verbis quæ contenti non essent Myſij, interuenit Crœ-  
 • ſilus, auditisque quæ Myſij precarentur, & Crœſo ne-  
 • gante cum illis inſurum ſe filium, hæc inquit ad eum ad-  
 • oleſcens, ' Pater, quæ nobis autem aliquid hone-  
 • ſtissima ac magnificenſiſma erant, vel in bella vel in ve-  
 • nationes euodo ipecimen ſuī dare, horum vroque nuoc  
 • excluſum me tenes, nulla in me animaduera ſa neque i-  
 • gnauia neque ſocordia. Nunc ergo quibus me oculis  
 • confſipi opotet euntē in forum, atque illinc redeun-  
 • tem? qualis ciuibis, qualis vxori recens nuptæ vide-  
 • bor? cui illa viro videbitur nupta? Proinde me tu aut fi-  
 • nas venatum ire, aut mihi verbis perſuadeas, potiora i-  
 • ſta eſſe quæ facis. Cui respondens Crœſus, Fili, inquit, ne-  
 • que quod ignauiam, neque quod aliud quippiam iniu-  
 • cundum mihi animaduerterim in te, hæc facio: ſed viſum  
 • quod in ſomniſ mihi oblatum eſt, dixit te breuis ſeui foru-  
 • rum: quippe ferrea periturum cufide. Cuius viſi gratia  
 • & has inaturaui nuptias, nec ad ea quæ ſuſcipiuntur, di-  
 • mitto, obſeruans ſi quo pacto queam te, dum viuo, à cla-  
 • de ſubtrahere. Filius enim mihi vnicus eſt. namque alte-  
 • rum auribus captum pro nullo existimo. Ad quem vici-  
 • ſim adoleſcens, Pater, inquit, tibi euidem ignoſco agen-  
 • ti circa me custodiam, qui talem videris viſionem: verū  
 • tu illam non probè percipis: quam ( quoniam te latet) x-  
 • quum eſt me tibi interpretari. Ait tibi ſomnium oſtendif-  
 • ſe, me ferrea periturum cufide. At verò quoniam ma-  
 • nus ſunt, quæve cufpis ferrea quam tu pertimescas? Nam  
 • ſi dente dixiſſet aut aliquo huius ſimili periturum aie,  
 • deberes facere quæ facis: nunc autem dixit, cufide. Qua-  
 • re, quum non ſit nobis pugna cum viris, ite metinas. Et  
 • Crœſus, Euincis me, inquit, fili, iſta loquens de ſomnio  
 • intelligendo. Quapropter, vt abſ te victus, viuo ſenten-  
 • tiam, & tibi vnam do eundi ad venationem. Hæclo-  
 • quutus Crœſus, Adraſtum Phrygem accertit, eiq; vbi ad-  
 • fuit, talia inquit, Ego te Adraſte calamitate praeditū (non  
 • ingiato ubi hæc exprobrio) expiaui, & ceceptum domi

t Ante hac  
 quidē, pater,  
 nobis licebat  
 ex rebus pul-  
 cherrimis, &  
 in primis ge-  
 netosis, nēpe  
 bella & ve-  
 nations frequē-  
 tando, nomi-  
 nis celebri-  
 té quærete at  
 tu nūc vro-  
 que iſtorum  
 excl. &c.

t Calamitate  
 percusſum  
 (quod nō di-  
 co vt quic-  
 quam ingra-  
 tu-n tibi ex-  
 problem)



## HERODOTI

babeo, omnem suppeditans sumptum: nunc ergo de me  
qui prior de te bene meritus sum, debes iuvicē bene me-  
reri. Custodem te opus est esse filij mei venatum profici-  
scētis, ne qui inter viam occulti gladiatores in vestrām per-  
niciēm prodeat. Ad hanc tuā interest cōte īte ubi splendor  
**ex rebus gestis** paratur, quod tibi paternum est, & præter-  
ea tibi robur adest. Cui Adraſtus, Ego, inquit o rex, in istud  
certamen alioqui non pergerem: quem tali calamitate af-  
fectum, necas est ad quales se confettere fortuatos, aut  
velle inter eos adellē. & frequenter incipsum continuātū  
tamen quoniam tibi hoc in animo est, cui gratificari de-  
beo & gratiam referre pro beneficiis, ita ex te qui pata-  
tus sum: filiumque tuum; quem me custodire iubes, expe-

**z quod ad** Etā incolumen redditurum custodis causa. Posteaquam  
**custodem at-** his verbis Adraſtus Crœſto respondit, mox instruuntur  
delectis, iuuenibusque & canibus, discidunt. Qui vbi ad  
montem Olympum peruenere, bellum indagant, & in-  
uentam circumfusi iaculis incessūt. Ivi hospes qui a ca-  
de fuerat expiatus, & vocabatur Adraſtus, vibrato in aprū g  
iaculo, non illum, sed frustato iecu ſilium Crœſti adepcus  
est. Iste, cupide iecus, vocem ſonni impleuit. Quid fa-  
Etum quidam Crœſto nunciaturus cucurit, perueniensq;  
Sardis, pugnam illi & filij necem indicavit. Crœſtus autem  
morti filij perturbatus, eo grauius ei ferebat quod diſcum  
necasset quem expiasset à cæde. Et pergaunter cladem ſu-  
am lamentans, loueni expiatorem inuocabat, tristans  
quæ ab hospite paſſus effet. Inuocabat etiam hospitalem  
& familiarem, hunc eundem nominans Deum: hospitalem  
quidem, quod quum domum excepisse hospitem, percus-  
ſorem filij sui imprudens aluifset: familiarem vero, quod  
quem pro illius custode mihiſſet, cum cōperiret maxi-  
mum hostem. Secundum hanc, Lydi aduerunt qui mor-  
tuum adterebat: post ipium interfector ſequebatur. Stans  
autem hic ante cadavet, ſeſe Crœſto tradebat, manus pro-  
tendens, iubensque ut ſe ſuper cadavet mactaret, referen-  
do tum priorem calamitatem ſuam, tum, quoniam ſuum  
enam expiatorem interemifſet, ſibi viendum amplius no-  
effe. Hanc Crœſtus audiens, etiā in tanto domolico luctu po-  
ſitus, tamen Adraſtum mileratus eit, & ac cum inquit, Ha-  
beo

Hospitalem  
& Sodalicium.  
eundem illum  
deum appellans.

„ beo abste hospes omnem satisfactionem, quoniam tei-  
 „ psum morte condemnas. Neque verò tu huius mibi cladis  
 „ anchoras, nisi quatenus id fecisti imprudens: sed deorum  
 „ quipiam, qui iam pridem mihi ventura significauit. Crœ-  
 sus ergo filium pro dignitate sepeluit. Adrastus autē Mi-  
 dæ filius, Gordij nepos, is qui tum fratris tū expiatoris in-  
 terfector extiterat, ubi silentium hominum fuit ad sepul-  
 chrum, ignoscentibus ei hominibus ob quæ ipse grauissi-  
 mè afflictabatur, se se super bustum trāsfodit. Post o Crœ-  
 sus filio orbatus, ingenti in luctu duos annos egit. Quem  
 luctum postea finiuit Astyagis Cyaxaris filij dominatio à  
 Cyro Cambysis filio sublata, & res Persarum augescentes:  
 atq; in solitudinem venit, si qua ratione posset, potētiam  
 Pericam, priusquā magna efficeretur, occupare. Sub hanc  
 ergo cogitationem, statim tentare statuit vaticinia, quæq;  
 apud Gr̄ecos, quæq; in Africā essēt, aliis aliò dimissis, qui-  
 busdām Delphos, quibusdām Dodonam: nonnulli etiam  
 ad Amphiaraum ac Trophonium, & alij quidam ierunt ad  
 Branchidas or̄ç Miletīx. Atq; hæc sunt Gr̄eca, ad quæ con-  
 sulenda Crœsus misit oracula. In Africā verò ad Ammo-  
 nem alios responſa petituros dimisit. Omnes autem misit  
 exploratum oracula quid sentirēt: ut, si cōsentanea in vero  
 deprehenderentur ea, secundò per suos tentaret nunquid  
 in Persas expeditionem moliretur. Mittens itaq; ad oracu-  
 la tentanda Lydos, hæc dedit eis mandata, vt qua die pro-  
 ficiſcerentur ex Sardibus, ab ea reliquum tempus suppu-  
 tantes, quotidie oraculis vterentur, ſcificantes quidnam  
 faceret Lydoruti rex Crœsus Halyattæ filius: & quod ſi-  
 gula oracula respondiſſent, id omne conſcriptum ad ſe re-  
 ferrent. Quid porro cetera responderint oracula, à nemine  
 commemoratur: apud Delphos autem, simulatq; ingressi  
 sunt Lydi domum, consulturi deum, & ſcificaturi quod ſi-  
 bi illæt iniunctum, Pythia hexametro tenore hæc inquit,

„ *Aequorū est ſpatium & numerus, mihi notus arena.*

„ *Mutum percipio, fantu nihil audio vocem.*

„ *Venit ad hos ſenſus nidor teſtudinis acris,*

„ *Quæ ſimul agmina coquuntur cum carne lebete,*

„ *& e infraſtrato eſtratum cui deſuper eſt es.*

His oraculis quæ Pythia reddidit, conſcriptis, Lydi digreſſi

1 ſeſe exift-  
 mans omniū  
 hominum  
 quos vñquā  
 vidiflēt, aſſe  
 miserrimu.  
 ſeipſum ſup.  
 2 Poſtra ve-  
 rō Astyagis  
 Cyaxaris fiij  
 principatu à  
 Cyro Camby-  
 ſe filio tubla-  
 tus, Crœſi lu-  
 ciū inhibuit,  
 eumq; in ſu-  
 litudinem  
 cōiecit quo-  
 modo peſ-  
 ſet, priuilegi-  
 Persæ magi-  
 facti effice,  
 crescentē co-  
 rum poten-  
 tiā ſubuer-  
 tere.

3 quibusdām  
 ad Thocen-  
 tiūm urbem;  
 Ab's, qui-  
 busdām  
 4 ſinguli eō-  
 dem die ora-  
 culum conſi-  
 lerent.

Sardis rediēre. Quumq; alij quos circummisserat Crœsus, affuerint, tunc singula resignans, quod scriptum esset, insperavit: quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud Delphicum audiuit, protinus veneratus est, & excepit: extimatis solum esse Delphicū illud oraculum: quod ppe quod comperisset quod ipse fecerat. Nam posteaquam ad pectēda oracula nuntios dimitterat, statuto illo die obseruato, tale quiddam est machinatus, cominendando ea quæ ad comprehendendum & explicandum per difficultia forent: testudinem pariter & agnum concisos in aheno coxit, operculo aheno imposito. Atque ita è Delphis Crœsor responsum est. Ex Amphiarai vaticinio quidnam responsum sic Lydis, quum in lacro illo rite sacrificassent, non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud quam quod & hoc Crœsus verax vaticinium se nactum esse existimauit. Post hanc autem ingentibus hostiis deum qui est apud Delphos exoradum statuit. Immolauit enim lecta pecora numero ter mille: præterea lectos aureos & argenteos, phialas aureas, & amictus purpureos, ac tunicas ingenti pyra extructa concremauit, sperans sese aliquanto magis his rebus posse deum illum sibi adiungere: iussis etiam Lydis omnibus, ut sua ipsorum, quicquid tale haberet quisque, immolaret. Quo ex sacrificio quā immensa vis auri defluxisset, ex ea dimidiatos lateres confauit, longiores quidē sex palmorum, breuiores trium, crassitudine palmarī, numero cētum decem & septem: quorum quatuor erat auri excoeti, singuli pondō duorum & dimidijs talēti: exterī verò auri albidi, pondō binū talentorum. Fecit quoq; leonis effigiem ex auro excoeto, decem talentorum pondo: qui leo dum templum Delphicū deflagravit, a semilateribus decidit: (super illos enim erat collocatus) & nūc in Corinthiorū thelauro repositus est, pondō sex talentorum atq; dimidijs, aliquatis tribus talentis ac diuinidio. Hæc Crœsus vbi perfecit, Delphos misit, cuinque eis hæc alia, duas grandi forma patetas, auream argenteamque: quarum autem intrantibus templum ad dexteram polita erat, argentea ad sinistram. Quæ & ipsæ, quum templum incenatum est, amotæ fuerūt, aureaque in Clazomeniotorum thelauro polita, pondō talentorum octo & dimidijs, præterea ministrum duodecim: argentea

**t** **Quem autē**  
huic sacrificiō fine impo-  
suisset. ma-  
gnā auri vim  
liquefecit, &  
ex ea dim.

9  
pforū, quicquid tale haberet quisque, immolaret. Quo ex sacrificio quā immensa vis auri defluxisset, ex ea dimidiatos lateres confauit, longiores quidē sex palmorum, breuiores trium, crassitudine palmarī, numero cētum decem & septem: quorum quatuor erat auri excoeti, singuli pondō duorum & dimidijs talēti: exterī verò auri albidi, pondō binū talentorum. Fecit quoq; leonis effigiem ex auro excoeto, decem talentorum pondo: qui leo dum templum Delphicū deflagravit, a semilateribus decidit: (super illos enim erat collocatus) & nūc in Corinthiorū thelauro repositus est, pondō sex talentorum atq; dimidijs, aliquatis tribus talentis ac diuinidio. Hæc Crœsus vbi perfecit, Delphos misit, cuinque eis hæc alia, duas grandi forma patetas, auream argenteamque: quarum autem intrantibus templum ad dexteram polita erat, argentea ad sinistram. Quæ & ipsæ, quum templum incenatum est, amotæ fuerūt, aureaque in Clazomeniotorum thelauro polita, pondō talentorum octo & dimidijs, præterea ministrum duodecim: argentea

argentea ad suffundam anguli templi, sexcentarum amphorarum capax: in quam miscebatur vinum à Delphis Theophanix festo: opus (vt Delphi ait) Theodori Samii, vt & ego arbitror. non n. mihi videtur opus vulgare. Misit præterea dolia argentea quatuor, quæ in Corinthiorum thesauro sunt collocata. Donauit item aquiminaria duo, aureum argenteumque: quorum in auro inscriptum est, donarium esse Lacedæmoniorum: non recte, quoniam & hoc Crœsi est. sed quidam Delphorum gratificari Lacedæmonius volens hoc inscripsit: cuius nomen ego cognitum habens, non tamen promam. Verum puer per cuius manus fluit aqua, Lacedæmoniorum est, sed eorum neutrum aquiminare. Alia quoque cum his permulta Crœsus donauit non insignia: item fusilia ex argento orbiculata: nee non mulieris simulacrum tricubitale, quod Delphi narrant esse effigie in pistricis Crœsi. Super hoc donauit uxoris suæ monilia à collo pendentia, ac zonas, quæ Delphos Crœsus transmisit. Amphiarao insuper, cuius & virtutem audierat & cladem, donauit clypeum ex auro totum, totamque ex auro solido hastam, & systemum cum suis iaculis aureum. quæ ambo ad meam usque memoriam apud Thebas reposita fuerunt in Ismenij Apollinis templo. Hęc dona Lydis portaturis ad oracula Crœsus iniunxit ut interrogarent ad aduersus Persas Crœsus sumeret expeditionem, & aliquorū hominum auxilia adsciceret. Lydi ubi eò quod dimittebatur peruenierunt, donariis oblatis, oracula consuluerunt his verbis, Crœsus Lydorū aliarumque nationum rex, ista in hominibus sola esse vaticinia sentiens, idcirco qualia debita sunt dona dat, vosque percotatur an aduersus Persas sit profecturus in expeditione, & socialem aliquem exercitum sibi adiuncturus. Atque hi quidecum hęc interrogarunt. Oraculi autem utriusque in idem concurrebat sententia, prædicentes Crœso fore ut si arma Persis infret, magnum imperium cuerteret. Consulebat etiam ut potenterissimos Grecorum ad comparandos sibi socios exquireret. His respondit relatis atque auditis, Crœsus ita elatus animo est ut omnino conciperet spem se euersurum esse imperium Cyrus: mitteret Delphos ad Pythiam dona in singulos vires, quos illic multos esse audiebat, binos au-

1 Et haec quidem Delphos Crœsi.

2 hostile cum suis spiculis

3 existimans sola hęc esse inter homines oracula mittit vobis dona vestris inuentis convenientia:

¶ & retinaci- ri stateres. Ob quæ munera Delphi vicissim Croeso Lydi-  
ando oracul. que donarunt primas in consulendo oraculo partes, pri-  
Valla legie tiumque in sedendo locum, & ius perpetuum cuique vo-  
*ατιλίκω, pro lenti adscribi in numerum Delphorum. Cæterum donis*  
*αγελίκω.* Croesus prosequutus Delphos, tertio vaticinium con-  
¶ Postquam e luit, quod videlicet illud verax sibi esse comperisset. Quæ-  
nim oraculū illud verax rebat autem an diuturnum sibi foret imperium. Cui l'y-  
eille compe- thia in hæc verba respondit,

Regn apud Medi simulo iam sed p'rito,

Lyd. fugam mollius ruporū corrīpe ad Hermum,

Nē ut mane, ignauo p'rito si lyde r'nd re.

His ex versibus, quum allati essent, multo magis quam ex  
cæteris voluptatem Croesus accepit, iperans tote ut nun-  
quā apud Medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec  
ipse nec posteri sui principatu abrogarentur. Post hæc pu-  
tauit sibi curandum ut potentissimos Græcotum sibi con-  
ciliaret. Idque vestigando, comperit Lacedæmonios atque  
Athenienses eos esse, quod alteri in Dorico genere, alteri in  
Ionico antecellerent. Nam de his ita antea iudicabatur,  
quum ab initio altera gens foret Pelasgica, altera Helleni-  
ca, h'c est Græca quarum hæc nunquam solum mutauit, il-  
la assidue multumq; est peruagata. Etenim sub Deucalio-  
ne rege oram Phliotidem incoluit, sub Doro Hellenis fi-  
lio regionem quæ ad Ossam & Olympum iacet, nomine  
Istiaxotim: unde à Cadmæis eiecta, coluit in Piado locum  
quem vocant Maceenum. Inde rursus in Dryopidem com-  
migravit, atque ita in Peloponnesum venit, Doricaque  
cognominata est. Cæterum qua lingua Pelasgi sunt vñi,  
pro certo affirmare non possum: sed conjectura signo-  
rum

*¶ Totum hunc  
torū sic inter  
pretor, qui in  
Græco etiæ ex  
emplari pror-*  
fus est perturbatus; Sed ex conjectura licet dicere, eius lingua fuisse cuius sunt  
hodie iij ex Pelasgiis qui supra Tyrrhenos Crotona ciuitatem incolunt, & olim  
finimunt etant ut quos nunc Dotes vocant: iuri vide'cet quum eam quam  
nunc appellant Thessalicam regionem incolebant: & ij quaque Pelasgi qui  
Placiam & Scylaceum considerunt, & Atteneum contubernales fuerunt.  
Ex his, inquam, conjectura facta, dicere licet, Pelasgos olim barbare fuisse lo-  
quitos. Nam & Crotoniate & Placi qui lingua quicquidem diuident a suis vicinis,  
inter se vero conueniunt: & sicut ostendunt, le eam ipsam lingua formam con-  
seruasse quam habeat. ut quum in eas regiones migrarent Itaq; h'c tota gens Pe-  
lasgica talis erat. Accidit regionis incolæ Pelasgi, & quæcumque alia Pealgicæ  
convenire nomen habet, ut quum in Italiæ mutarentur suam etiam lingua  
dedidicerunt. Gens autem Hellenica temp[us] ex quo extitit, eadem lingua vñi  
est, vt

rum licet dicere eandem qua nunc Pelasgi utuntur qui su-  
pra Tyrthenos urbem \* Crestonem incolunt, quodam  
tempore finitimi eorum, qui nunc Doros vocantur, tunc  
incolentes regionem quae nunc Thessalia nominatur, &  
Placiam, & Scylacen: quum Pelasgi habitarent ad Helle-  
pontum, qui contermini Atheni insulum erant: aliaque o-  
mnia Pelasgica oppida nomen immutarunt. Quibus si-  
gnis coniectantes oportet dicere, Pelasgos barbara lingua  
fuisse: & si tota gens Pelasgica talis erat, gentem Atticam  
ut pote Pelasgicam, quin in Hellenes, i.e. Grecos, trans-  
iit, linguam simul istorum perdidisse. Etenim neque Cre-  
stoniarum loquela cum illo circa populorum conser-  
vit, & Placianorum ne secum quidem ipsa. Per quod decla-  
rant, quam lingua figuram obtinebant quin in hec loca  
transierunt, eandem i.e. nunc conseruare. At ratio Helle-  
nica, id est Graeca ex quo existit, eadem lingua semper est  
usa, ut mihi videtur: ideo imbecillis, quod ex Pelasgica fuit  
abscissa, & ab exiguo initio profecta, mox in multas gen-  
tes augescens, tum aliarum, tum præcipue barbaratum fre-  
quentia se ad illam conserente. Quæ causa mihi videtur  
fuisse cur gens Pelasgica, quod Graecæ esset, nequaquam  
magno profectus fecerit.

Ex his igitur gentibus, Atticam Crœsus audiebat ob-  
tineri, oppressamque esse à Pisistrato Hippocratis filio.  
Hic enim ea tempestate tyranus Athenis erat. Cuius pa-  
tri, quum priuatus spectaret olympia, ingens cōtigit por-  
tentum. Nam quum hostiam immolasset, ahena (ut im-  
posita erant) plena & carne & aqua, absque igne efforbue-  
runt, ita ut aqua redundaret. Quod portentum conspicatus  
Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, suadit ei, pri-  
mum, ne uxorem fœciendam duceret domum: secundo  
loco, si uxorem haberet, eliceret: & siquidem ex ea filium  
sustulisset, abdicaret. Huius consilio non persuasus Hippo-  
crates, hunc postea Pisistratum filium sustulit, qui in se-  
ditione littoralium, quibus præterat Megacles Alcmæo-  
ni filius, & campestrium, quibus præterat Lycurgus Ari-  
stolaidis filius, tertiam seditionem excitauit, tyannidem  
affectans: contractisque seditionis, per caulam tutandi  
moticanos, huiuscmodi rem machinatur: Scipsum ac mu-

est, ut mihi  
videtur: quoniam  
que a Pelas-  
gis abscissa,  
imbecilli es-  
set, atenuata,  
qui hūdūm  
principis  
progressa val-  
de multis gē-  
nibus & ite-  
quibus eti-  
am barbaris  
cum ea fere  
cōtungenti-  
bus, in mul-  
titudine ex-  
crevit. Et sic  
quæ mihi  
videtur Pe-  
lasgicæ gens,  
qui mihi ba-  
ra esset, ma-  
gnopere non  
crevisse.

\* Dionysius  
Halicar. lib. 1.  
pag. 9. Croto-  
neni voras. S.  
i & domi-  
nati

Ios quum vulnerasset, agitauit vehiculum in forum, tam  
quam elapsus ex hostibus, quem rus proficentem illi  
profus interimere voluissent: & populum precatus est ut  
aliquid custodiz circa se obtineret, quum prius specimina  
sui edidisset in expeditione contra Megarenses, cui pre-  
fuerat, capta Nisza, aliisque præclaris operibus editis. Po-  
pulus igitur Atheniensis, ita deceptus, dedit ei quosdam e  
ciuibus delectos pro satellitibus, non qui hastas sed clavas  
ferrent, Pisistratum sectantes. Cum quibus ille impetu fa-  
cto arcem occupavit: & inde Atheniensium imperio po-  
titus, nullis qui tum erant magistratibus perturbatis, ne-  
que legibus mutatis sed in praesenti statu manens, urbem  
bene ac pulchre exornauit. Sed non multo post tem-  
pore milites Megaclis & Lycurgi concordibus animis  
eum eiecerunt. Hunc igitur in modum Pisistratus pri-  
mùm obtinuit Athenas, & tyrannidem nondum valde  
stabilitam amisit: cuius ciectores rursus inter se sedicio-  
nes redintegrarunt. Hac autem seditione Megacles fa-  
tigatus, Pisistratum missio caduceatore inuitat nunquid  
velit filiam capere uxorem, addita tyraonidis conditio-  
ne. Accipiente vero conditionem Pisistrato, machinati  
sunt ad illum restituendum, rem (ut ego comperio) lon-  
gè stultissimam: (quandoquidem iam olim diiudicatum  
est Graecam gentem dexteriorem esse quam barbaram,  
& magis ab ineptis abhorrentem) praesertim si isti ex A-  
theniensium numero, qui inter Graecos feruntur sapien-  
tia primi, talia sunt machinati. Erat in tribu Pæanica  
mulier nomine Phya, tribus digitis minus statura qua-  
tuor cubitorum: alioqui formosa. Hanc mulierem omni  
armatura quum instruxissent, in currum que sustulissent,  
compositam in eum habitum quo venustissima viden-  
da esset, in urbem agunt, præmissis qui præcurrerent præ-  
conibus, quique quatuor in urbem venissent, hæc manda-  
ta exequerentur, his verbis, Athenienses, bona mente ex-  
cipite Pisistratum, quem Minerva ipsa præcipuo inter  
homines honore prosequuta, in suam reducit arcem. Isti  
igitur passim eentes talia prædicauit: & statim rumor  
in tribus emanauit, Pisistratum à Minerva reduci. Qui ve-  
go in tribus erant, persuasi banc mulierem esse deam ipsam,  
famulam

sc̄eminx supplicarunt pariter, & Pisistratum acceperunt.  
 Hunc in modum quem diximus, recuperata tyrannide,  
 Pisistratus, ex pactione quam inierat cum Megacle, filiam  
 eius duxit uxorem. Verum quum & filii essent ei adole-  
 scentes, & Alcmonidæ dicerentur obnoxij esse crimi-  
 ni piaculari, nolens ex novo coniugio liberos tollere,  
 haud legitimè coibat cum uxore. Quam rem quum in-  
 ter illicita occultasset, postea ad matrem retulit, enun-  
 ciaret id nécne. Mater viro indicauit. Iste vero iniquo ani-  
 mo ferens se a Pisistrato contumelia affici, ut erat iratus,  
 milites homini infensos reddidit. Quæ fieri Pisistratus  
 contra se animaduertens, regione proflus abscedit: & ubi  
 Eretriam peruenit, vna cum filiis delibe<sup>a</sup>. Quum autem  
 sententia Hippiae prævaluisset, de tyrannide rursus recu-  
 peranda, aliquot ciuitates excitaerunt. quæ ipsis non  
 nihil beneuolx erant. Et cùm aliæ complures contule-  
 sunt pecunia multum, tum vero Thebani plurimum.  
 Post hæc non ita multo intericto tempore, omnia ad  
 redditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex Peloponneso,  
 Argivi aderant mercede conducti, & Naxius quidam, no-  
 mine Lygdamis, vitro adueniens, multum alacritatis ad-  
 didit, allatis & pecuniis & copiis. Profecti autem Eretria,  
 anno undecimo vertente redierunt, & primum in Attica  
 Marathonem occuparunt. Ad quos interea ibi castra ha-  
 bentes cum seditionis ex urbe se conferebant, tum alijs ex  
 tribubus confluabant, quibus erat tyrannis quam libertas  
 iucundior: atque ita congregabantur. Cæterum Pisistra-  
 tus quamdiu pecuniam cogebat, & postea Marathonem  
 tenebat, Athenienses qui intra urbem degebant, rem ni-  
 hili fecerunt: sed ubi acceperunt cum ex Marathonе urbe  
 versus mouere, ita domum ad se defendendos obuiam  
 tendūt. Itiigitur cum omnibus copiis infesti in illos red-  
 euntes tendebant. Quum autem qui cum Pisistrato erant  
 à Marathonē digressi, simul contra urbem irent, & in eun-  
 dem locum conuenissent, perrexerunt ad Mineru<sup>b</sup> Pall-  
 aidis fanum, altrinsecusque arma poluerunt. Hic diui-  
 na pompa fungens Amphilius Acarnan ariolus, <sup>c</sup> Pi-  
 stratum cui assitabat adiit, & hexametro carmine vatici-  
 natus est, inquians:

non coibat  
 cum uxore ut  
 moris est. Et  
 illa quide in-  
 mo hoc ce-  
 gehat, postea  
 vero mari,  
 siue percōtan-  
 ti, siue mīti,  
 expōit: &  
 illa curus ma-  
 tricō.

& positis ini-  
 micis in  
 gratia redit  
 cū seditionis.  
 [vel, ut ab*ij.* in  
 gratia redit  
 cum diuersæ  
 factiōni, ho-  
 minitus s.]  
 & munera col-  
 legerūt ex ur-  
 bē antea sibi  
 vt cunq; co-  
 gnitis.

& Polteza ve-  
 so (vt pauctē  
 absolūte: n-  
 pus emersit,  
 & omnia ad  
 redditum fue-  
 sunt ipsis pa-  
 gata

& peruenit, &  
 arma ex ad-  
 uiso posuit.  
 Ibi vero di-  
 uino impetu  
 streus A mph.  
 & Pisistrato  
 adfuit, & ad  
 cum accidet,  
 hæc.

§ Verriculā  
iacū est, ex-  
pansaque re-  
tū, noq[ue].  
M[er]ix aderūt  
thyani cl. [Ca-  
mer lato, la-  
ctu ruden-  
s, . . . Quis est  
jactus. S.]

§ ne disperg[us]  
Athenienses  
amplius con-  
globarentur:  
[vel. ut alij. cō-  
venienter. . .]

§ Crœsus igi-  
per id tē-  
gus Atheniē-  
ses co redi-  
tos esse in-  
sellevit: Lace-  
demonios au-  
tem mag.

¶ nullo neq[ue]  
inter se neq[ue]  
cum peregrini-  
ps commer-  
cio. sed ad x-  
 quam & ho-  
pevis legib.  
isstitutā gu-  
be nationem  
sic trahēcū.

'Est nummorum projectus, item sunt retia tenta;  
N. Elementa thymi cloro sub sidereluna.

Hoc ille oraculum diuino afflatus spiritu reddidit. Pisistratus vero, eo percepto, & se illud accipere affirmavit, & in Athenienses urbe egressos copias duxit. At illi tunc ad prandium se conuerterant, & secundum prandium partim ad talos, partim ad lomnum. In hos igitur imperiū facto, qui cum Pisistrato erant, eos in fugam vertūt. Ipsiis autem fugientibus solerissimum cōsiliū Pisistratus excogitauit, ut Athenienses nec amplius caperentur, & tamen disiparentur: Pueros iussos concendere equos præmisit, qui assequendo fugientes, mandata Pisistrati diceret, iubarentque eos bono animo esse, & ad sua quemque abire. Ita audiētibus dicto Atheniēsibus, Pisistratus tertio potitus Athenis, tyrannidem stabiliuit tum auxiliariorum copiis, tum pecuniarum prouentibus, partim indidein, partim à flumine Strymone comparatis. Filios quoque corum Athcaenium qui persistierant, nec è vestigio fugam fecerant, pro obliquis sumptos, in Naxum transtulit. Hanc enim insulam bello subegerat, Lygdamidiique permicerat, quum antehac etiam Delum insulæ ex oraculis expiasset. Expiavit autem, quatenus prospectus à templo ferebatur, eatenus ex omni loco cadaveribus effossis, & in aliud eiusdem insulæ locum translatis. Itaq[ue] Pisistratus tyrannide potitus est, Atheniēsū alii in prælio cæsis, aliis vna cum Alcibiæonidis domo profugis. Hunc ita Atheniēsibus imperantem ea tempestate Crœsus audiebat: Lacedæmonios quoque magnis è cladibus ereptos, & iam Tegeatibus bello superiores esse. Quippe sub Leonte & Hegeſicle Spartæ regnantibus, Lacedæmonij quum cætera bella prosperè gessisse, aduersus solos Tegeates cladem acceperant. Et antea fere ex omnibus Græcis pessimè morati fuerant, tam circa se quam circa hospites nullo consuetudinis conuerlationisque commercio, quæ instituta in melius mutauere, Lycurgo, viro inter Spartiatas probato, Delphos ad oraculum profecto: cui, simulatq[ue] in eodem ingressus est, Pythia hæc inquit,

Ad mea venisti propinquia templo Lycurge,  
Gratias lovi & canthi qui teclat in monte olympi,

Ambi-

*Ambigo vaticinor si utram virne decūse:  
Sed multo magis esse deum tecedo Lycurge.*

Nonnulli prater hanc aiunt Pythiam ei exposuisse instituta quæ nunc à Spartiatis seruantur. Ipsius tamen Lacedæmonij volunt Lycurgum, quum esset tutor & idem patruus Lebotæ Spartiarum regis, è Creta hæc attulisse. Siquidem quum primum tutor factus est, omnia iura immutauit: deditq; operam ne quis ea transgredieretur: deinde vero quæ ad bellum pertinet, enomotias, triacades, & lysis: super hæc instituit tribunos plebis, ephoros ac senatores. Ita illi ad rectum vitæ genustranslati sunt à Lycurgo: quem vita defunctum, delubro ædificato egregiè colunt.

\* Ex quo, cum bonitate soli, tum non exigua hominum copia discurrerunt statim, ac benignè rem gesserunt. Nec amplius contenti otio frui, quum le Arcadibus præstantiores esse arbitrarentur, de omni illorū terra occupada oraculum Delphicum cōsuluerunt. Quibus Pythia respondit,

*Me petis Arcadiam? mulum petis: haud tibi tradam.  
Multi apud Arcadiam vescentes glande viri sunt,  
Qui ierentur. tibi ego haud inuidero quicquam,  
Sal tandem Tegeam planta plaudente datum:  
Vix quæ campum n. etiri \* fune feracem.*

Hæc responsa ubi accepere Lacedæmonij, à cæteris Arcadibus abstinentes, bellum intulere Tegeatibus, ferentes secum cōpedes: videlicet captiōsō freti oraculo, tanquam essent ipsi redacturi Tegeatas in captiuitatem. Verūm cōgressi prælio ac fugati, quicunq; eorum viui sunt capti, cisdem quas ipsi attulerūt compedibus induiti, campum Tegeatē metiri fune coluerunt. Compedes autem quibus vinciti fuerant, ad nostram vsq; memoriam incolumes fuere circa templum Mineruæ Alexæ apud Tegeam suspensæ. Atq; superiore quidem bello Lacedæmonij aduersus Tegeatas assidue semper male pugnauerant: Crœsi tamen aetate & Anaxandridæ Aristonisq; regum suorū, longè superiores contra eosdem extiterunt, hunc in modum tales effecti: Quum semper in bello à Tegeatibus superaretur, missis Delphos cōsultoribus, oraculū sunt sciscitati quēnam deorū placarent ut Tegeatum victores existeret. His Pythia respondit, id fore si ossa Orestis filij Agamemnonis

*Enomotie erant vigintiquinq; virorum collegia. Et secundu ab eo plus rū: eratq; hic sextus a rege magistratus.*

*Triacades, triginta virorum collegia. Sybstata, etiam in quos distribuebantur, citi communiter capiebant.*

*Quumq; infestili & populosæ regiōne versarentur, excurrebant statim, ac prospere rem gess. (vel Sed statim, ut in bona & populosæ regiōne, succreuerunt itetum & prospeta fortuna vñi sunt: ut Sard. quæq; aīa Tidgasus exponit iuventur. S.) \* Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 7, manusc. Schæna. S.*

<sup>¶</sup> Hic typus referent. Cuius vnam quum nequit inuenire, rursum  
anti typus no ad deum mittunt de loco scilicetatum in quo situs Orestes  
xx & super- esset. Hec nuncis interrogantibus, ita Pythia inquit,

inditæ noxa.

<sup>¶</sup> Quid autem hoc  
sibi velut paucis  
post exponatur.

<sup>¶</sup> Ab inuen-  
tione aberat.

<sup>¶</sup> Benemeriti  
autem isti,  
sunt beneficiis, sūt  
qui ciues  
ex equitibus  
estate maxi-  
mè prouecti.  
qui singulis  
annis exeunt.

Quos oportet  
eo anno  
quo egrediū-  
tur. cōmuni  
consilio ex e-  
quitibus Sparta-  
nis alios a  
liò dimissos,  
nusquam mo-  
tam trahere.

<sup>¶</sup> Nam quum  
Lacedæmoniis  
Tegeatas  
ad eūdi facul-  
tas hoc tem-  
pore esset,

<sup>¶</sup> Typum es-  
se & anti ty-  
pum. Typum  
vocat malleum  
sīlū incudim  
pungente: quem  
quām vicīfīm  
repellat inēs,  
antitypus vero  
est q̄a si vicifī  
sum seriens.

<sup>¶</sup> Novam su-  
perinditā no-

<sup>¶</sup> xx: hac iat. id cōp. quod in dāmnum hominis fer.

<sup>¶</sup> y Per simblationem hominem criminis intentato, exil.

<sup>¶</sup> Est quæ tam Arcadiæ Tegea in regione paene:

<sup>¶</sup> Hic duo sunt venti: vi pernubemente coacti,

<sup>¶</sup> Forma hostis forme, & plaga superindita plaga,

<sup>¶</sup> Hic Agamemnonides terra omni parente tenetur,

<sup>¶</sup> Quæ sublato Tegea sperabere visor.

Vbi hæc audierunt Lacedæmonij, nihil tamē minus in-  
ventione frustabantur, et si omnia disquiritentes donec Li-  
ches, unus Spartiatum, eorum qui benemeriti vocantur,  
comperit. Sunt autem benemeriti, ex ciuibus semper mi-  
litia equestri perfunctis, quini quotannis, qui quo anno ex  
equitibus Spartiacis excunt, ne torpescat, alij alio mittun-  
tur. Ex his Liches quum esset, rem illam apud Tegeam ad-  
iuuenit, fortuna pariter atq; solertia usus. nam quum Te-  
geatas à Lacedæmoniis hoc anno commercio mutuo ad-  
eundi essent, & iste in æraria officinam venisset, intue-  
batur ferrum dum procudebat. Quo in spectaculo ad-  
mirabundum animaduertens faber ferrarius, intermisso  
opere, quanto magis Lacon hospes, inquit, admirare, si  
idem quod ego tu nossem, qui tantopere admiraris ferrariū  
opificium? In hac enim corte puteum facere quum vellem,  
incidi in loculum septem cubitorum: & quia incredulus e-  
ram omnino fuisse maiores quam nūc sunt homines, ape-  
rui eum, & inueni cadauer æquali cum loculo longitudi-  
ne: quam vbi mensus sum, iterum obrui. Hæc illo referente  
quæ viderat, Liches considerans, coniectauit hunc ex ora-  
culo esse Orestem, hac videlicet coniectura: duos quidem  
quos cernebat fabri ferrarij folles, totidem comperit esse  
ventos: incudem verò & malleum, formam formæ ho-  
stem: ferrum verò quod procuderetur, plagam superindi-  
tam plagæ: hac ratione id coniectans, quod in plagam ho-  
minis ferrum inuentum sit. Hæc itaq; secum agitans, Spat-  
tam regressus, rem omnem Lacedæmoniis refert. Illi ex  
composito hominē criminis coniustum exilio dāuant.  
Qui in Tegeam profectus, calamitatem suam referebat  
fabre

fabro ferrario.\* conducebat eo nolente vendere cortem. \* cōducte ab  
 Ibiq; aliquandiu habitās, vbi rem cognouit, effosso sepul- eo nolēte lo-  
 cro ossa collegit, eaq; portans Spartam rediit. Quo ex tem- cate : Paul.  
 pote Lacedæmonij quoties cū Tegeatibus congressi sunt, Leop. lib. 7.  
 superiores extiterē: prætere a verò magna etiā pars Pelopō- r. 7. 3. Vbi  
 nelii iā eis parebat. Hæc itaq; omnia Crœsus audiens, misit vero tandem  
 nuntios Spartā cum muneribus, ad rogandā belli societa- ei persuasit,  
 té, iussos dicere quæ oportet. Ii postquā peruerterūt, Nos illam locare,  
 (aiunt) Crœsus misit, Lydorū aliarumq; gentiū rex, ita in- inhabitare  
 quiēs, Lacedæmonij, quoniā deus oraculū reddidit ut Grē- cōpīt: ac eff.  
 cam mihi societatē adsciscerem, & vos inter Grēcos ante-  
 cellere audio, statui vos mihi in societatē ex oraculo prouo-  
 cados, ad ineundā mecum quam cupio amicitiā atq; so-  
 cietatē, circa dolū fraudemq;. Crœsus hęc per legatos nun-  
 tiauit. Quorū aduentu Lacedæmonij, qui & ipsi oraculum  
 audierant, gauisi, fœdus cū eis hospitiij societatisq; inierūt. apud Tho-  
 Etenim iam antea intercedebant nonnulla Crœli in Laco- nacem Laco-  
 dæmonios beneficia. Nam quū illi misissent Sardis ad aurū  
 coemendū, quo vñsiterant in id simulactū Apollinis quod  
 nunc positiū est apud Laconicā in Thornace, eo auto sunt à Crœso donati. Quia de re Lacedæmonij, quodq; se amicos ille p̄ræ omnibus Grēcis delegisset, societatem admile-  
 runt, & hoc denuntianti sese paratos exhibuerunt. Quod  
 vbi fecerunt, patera aheneam labiorū tenus frequentibus  
 animalibus extrinsecus cælatam, triginta amphorarum  
 capacem, dono afferebant, volentes Crœsum remunerari:  
 sed eam Sardis non pertulerunt, propter alterutram ha-  
 rum quæ feruntur causarum. Lacedæmonij quidem aiunt  
 hanc pateram, dum ferretur Sardis, \* quim Samum appul- Quam cit.  
 si essent, à Samiis fuisse interceptam: qui, cognitare, na- ca Samum  
 uibus istos longis aggressi fuere. Ipsi verò Samiij aiunt La- essent.  
 cedæmonios qui pateram portabant, sc̄ò venientes, qui  
 audissent Crœsum captum esse cum Sardibus, illam in Sa-  
 mo vēdidisse viris priuatis, qui cā Iunonis templō dedica-  
 uere: & illos qui vēdidissent, Spartā reuersos, forsū dixisse  
 à Samiis sibi fuisse eruptā. De patera ita res se habet. Crœ-  
 sus aut̄ elusus oraculo, aduersus Cappadociā exercitus cō-  
 parabat, spe & Cyrum & potentiam Persicā eueriendi. Cui in  
 hac apparāda expeditione occupato, Lydus quidā nomine

Sandanis, & antea pro circumspetto habitus, & ob hanc  
 quam dixit sententiam plus nominis apud Lydos conse-  
 quutus, hunc in modum Crœso consuluit, Atuersus tales  
 et cetera, cotia-  
 ces semora-  
 ha: Intell. ere  
 autem videtur  
 que & braccæ  
 aduenire.  
 ex perniciete  
 exstinxerunt.  
 subduxit se,  
 \* benignè  
 tractabat. &  
 viros expeditionem paras, rex, qui coriacca subligacula,  
 qui è corio reliquam vestem ferunt: qui noi quibus vo-  
 lunt cibis vescuntur, sed quos habent, ut pote regionem  
 asperam incolentes. Ad hæc potu non vini utintur, sed a-  
 quæ, non ficos ad comedendum, nec aliul quicquam  
 boni habentes. quibus quum nihil sit quod cipiatis, si vice-  
 ris: sūn vietus fueris, animaduerte quot bona amittes. Vbi  
 gustauerint illi nostra bona, circumstinent nos, nec abigi  
 poterunt. Equidem diis habeo gratiam, quinon induxe-  
 runt in animum Persis ut Lydos inuaderent. Hæc loquutus  
 non tamen Crœsum flexit. Etenim Persis, antequam Ly-  
 dos subigerent, nihil erat neque laatum neq; opiparum.  
 Porro Cappadoces à Græcis Syri nominantur: & erant hi  
 Syri, antequam Persæ impetrarent, ditionis Medorum:  
 tunc autem Cyro parebant. Siquidem imperium Medi-  
 cum ac Lydum determinabat fluuius Halys, qui ex Arme-  
 no monte profluens, primum Cilicas, dehinc Matianos  
 qui sunt ad dexteram, & Phrygas qui sunt ad levam: cum  
 boream aduersus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlago-  
 nesq; interfluit: Cappadoces ad dextera, Paphlagones à fini-  
 stra perstringens. Ita flumen Halys cuncta ferè superio-  
 ra Asia, à mari quod Cypro obiectum est, ad Euxinum us-  
 que Pontum dirimit. Est autem dorsum totius huius regi-  
 onis, longitudine quinq; dierum itineris viri expediti. Ita-  
 que aduersus Cappadociam Crœsus cum exercitu profec-  
 tus est, cupidus cum hanc partem soli fœundi suo adiici-  
 endi, tum vel magis, fiducia oraculorū, Cyru mīlciscendi:  
 propter Astyagem, Cyaxaris filium, Medorum regem,  
 affinem suum, quem Cyrus Cambysis filius prælio victum  
 ceperat. Erat autem Crœso Astyages hunc in modum affi-  
 mis: Apud Scythas pecuarios quum esset seditio, caterua  
 quedam eorum secessit in terram Medicarū, qua tempe-  
 state Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortæ filius,  
 Deiocis nepos. qui Scythas hos, ut pote supplices, initio  
 \* benignè alloquebatur ac plurimi faciebat, adeo ut pue-  
 gos eius tradiceret imbucendos cum lingua Scythica, tum ar-  
 tificie

tificio arcus utendi. Interiecto deinde tempore, quū Scythæ venatum assiduè ircent & semper aliquid affertent, nō nunquam tamē contingebat ut nihil caperent. Quos ita prouertentes manibus in ambo Cyaxares (erat enim, quū Cyaxares stet-ingent) tenchatur ira, per acerbos probriis insectabatur. Id rat enim, ut illi, ut se indignū, à Cyaxare pati non ferentes, coasilio habito decreuerunt ut aliquem eorum pueroruim quos docerent, crucidarent: apparatumq; ut feras apparare cōsueuerant. Cyaxari offerrent, perinde atq; ferinam idq; quum indignū scabolulissent, quamcelerrimè se ad Halyatte in Sadyattis filium Sardis conserrent. Quod & factum est. nam & Cyaxares & qui aderant coniuixæ, ex his carnibus gustauerunt: & Scythæ perpetrato hoc, Halyattis supplices præbuerunt. Quos postea reposcenti Cyaxari (quod Halyattes reddere abnuerat) bellū inter Lydos Medosq; quinquennale conflatum est. Quo in bello aliquoties Medi victores extiterunt, & nocturnum quoddam prælium gesserunt. Sexto autem anno signis collatis, quum & quo marte certarent, stante pugna contigit ut repente dies nox efficeretur. Quam immutationem huius diei futuram Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc ipsum annum præfiniens quo immutatio facta est. Lydi ac Medi ubi diem noctescere viderunt, à pugnando desisterunt: eoq; propensius ad pacem inter se constituendam festinauerunt, autoribus conuentionis Syenneū Cilice & Labyneto Babylonio: ; operam derunt qui ut iusitandum intercederet & reconciliatio affinitate fieret, properarunt, decruentes ab Halyatte Aricenam filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptum dandam: quoniam sine vehementi necessitudine conuentiones stabiles initio non queunt. Ineunt autem hæc gentes fœderacum extera ritu Græcorum, tuin feriendo brachia quæ illa humeris cōnectuntur, ac mutuum sanguinem delingendo. Hunc igitur Astyageni auum suum maternum Cyrus bello vicitum tenebat, ob eam quam in sequentibus indicabo causam. Quo nomine Crœsus ei infensus, nunquid inferret Persis bellum, ad oracula consula mitterat. Et quum responsum reddidisset haud syncerum, secum facere interpretatus, in expeditionē profectus est aduersus quādam Persarum partem. Atq; ubi ad Halym flumen perue-

<sup>2</sup> inter pa-  
gnandum

<sup>3</sup> operam de-  
derunt

<sup>4</sup> cum secan-  
do brachia ut  
quedum sin-

<sup>5</sup> quis prohi-  
bitum delin-  
gendo. ut le-

<sup>6</sup> gatur aper-  
tulus pro o-

<sup>7</sup> mox goniw.

<sup>8</sup> Vide Tacum  
lib. 12.

<sup>9</sup> captiosum  
a te facete

<sup>10</sup> in Persarum  
hac,

nit, rūdo (vt ego quidem sentio) pontibus ibi sitis copias traduxit: vt autem Græci dicitant, Thales Milesius traductor extitit. Nam quum incertus animi Crœsus foret qua parte fluminis traiceret exercitum (nulosdum enim ex illis pontibus ea tempestate fuisse) ferrur Thales, qui in his castris aderat, fecisse vt fluuius qui ad Ixiam exercitus fluerebat, flueret etiam ad dexteram. Fecisse autem hunc i<sup>m</sup>odum: Fossam peraltam, exorsus supra castia, ductam in speciem lunæ depresso, quæ castra, vt erant metata, à tergo amplectetur: in quam quum traduxisset ex pristino alueo fluuium, iterum eum vbi exercitus traicetus esset, in suum alueum refunderet. Itaq; quum celerimè fluuius diuisus esset, vtrinque vado meabilis effectus est. Quidam verò aiunt veterem etiam omnino exaruisse alueum. Cui rei equidem non accedo. quo enim modo qui tursum redierūt, illum transfluisent? Crœsus igitur exercitu traecto, venit in Cappadociae locum qui dicitur Pteria, omnium eius regionis tutissimum, iuxta urbem Sinopem, ferè ad portum Euxinum sitam. Hic statua habens, prædia Syrorum vastat, & urbem Pteriorum expugnat diripitq;. Cepit quoque cunctas circā vrbes, Syros nihil committeros exterminans. Hinc Cyrus coacto suo exercitu, sumptisque omnibus qui in medio incolebāt, obuiam pergit: missis tamen antequam exercitum educeret, caduceatozib⁹ ad lones tentandos vt ad se à Crœso deficerent. Illis abuentibus profectus castra contra Crœsum posuit: ibidemq; in regione Pteria pro se uterque alterum lacescere. Committiāq; acri pugna, & multis virinq; cadentibus, ad extremum noctis interuentu dirimuntur neutri viatores. Atq; hunc in modū duo exercitus dimicauerunt. Crœsus è suo exercitu incusatus quod cum Cyri multo maioribus copiis conflixisset, postero die quum Cyrus ipsum superfederet inuadere, regressus est Sardis, habens in animo euocare Aegyptios ex foedere: quorum cum Rege Amasi, ante quam cum Lacedæmoniis societate inierat: accertere etiam Babylonios, cum quibus & ipse foedus percusserat: (erat autem Babyloniorum tyranus ea tempestate Labynetus) denunciare item Lacedæmoniis vt ad certam dicim præsto essent: hisq; & suis copiis coactis, vbi per hye-

Nyctem quieuisset, initio statim veris tendere aduersus Persas. Hæc destinans Crœsus, abiit Sardis, dimisitq; caducatores ad socios, edicens uti ad quintum meagsem Sardis conuenient. Exercitum vero qui aderat ex milibus conductis, qui cum Persis dimicaret, miseria fecit ac dissipauit: minimè tamen vnuquam force ut Cyrus, qui sic & quo marte pugnasset, Sardis copias promoveret. Hæc Crœlo ratiocinante, omnia suburbana co-lubris impleta sunt: quos, vt existebant, equi inter ambulandum, quum ad pascua irirent, comedebant. Id Crœso cernenti vnum est ( ut etat ) esse portentum: ideoque remittendum ad coniectores Telmisses. Qui milli sunt ad consulendos Telmissas, vbi accepere responsum, didicere que quid sibi veller significaretque portentum, non contigit ut Crœlo renuntiarent. Nam priusquam retro Sardis reueherentur, Crœsus est caprus. Telmisses ita cognouerant exercitum externum Crœlo illuc affuturum, qui quum afforet, indigenas subigeret: quod dicerebant colubrum terræ filium esse: equum, hostem & aduenam. Hæc Telmisses Crœlo sunt interpretati, sed iam capto: nondum tamen gnari eorum quæ Sardibus ac Crœlo euenerant. Cyrus certior factus Crœfum, qui statim post prælium apud Pteriam gestum abscesserat, constituisse dispergere copias, consilio inito, competiebat operæ pretium esse quam celestini posset promonere exercitum Sardis, ut hostem, priusquam ille contraheret iterum Lydorum copias, occuparet. Hoc vbi probavit, statim exequius est: propereque ducto in Lydiam exercitu, ipsemer nuncius Crœso aduenit. Vnde Crœsus in magnam sollicitudinem adductus, quod præter opinionem præterque expectationem suam le res habebant, tamen Lydos in prælium produxit. Lydorum gente in Asia nulla fuit ea tempestate nec fortior nec magis strenua: ex equisque pugnabat, equitandi lanè perita, hastas perlongas gestans. Campus in quo concursum est, ante urbem Sardieniem iacet, magnus & editus: quem cura alij annes interfluunt, tum omnium maximus Hermus, palude interruptus, qui ē monte Hiro matris Dindymenæ lapies intrundatur.

quos pre-  
deuntes equi  
telitis palou  
is, passim co-  
medebant.

1 cum alijs  
annis per-  
meant, tum  
verò etiā He-  
lus in omniū  
maximū in-  
fluentes, qui Hee-  
nius vocatur  
& ex monte  
matri Dindy-  
menæ facio-  
rūt, infun-  
ditur mari,  
&c. [ Paul.  
Leopard E-  
mend. lib. 7. 1.  
g. legit vyl-  
lus, ex Her-  
mis & Strabone.  
arg. ados sic ha-  
bent etia Circe-  
i codici neu-  
ratis. ]

mari iuxta Phociam oppidum. Hic ubi vidit Lydos ad pugnandum instructos Cyrus, eorum equitatum reformans, constituit admonitu Harpagi Medi, ita faciendum: **Coactis omnibus qui ipsius exercitum sequebatur camelis, vel frumentum vel vasa portantibus, sarcinas detraxit, & viros imposuit equestri stola inducos: quibus ornatis præcepit ut proxirent ceteras copias aduerius Crœsi equitatum: peditatui, ut hos subsequetur. post hunc collocauit omnem equitatum.** Postquam omnes constituit, imperat eis nec cui ceterorum Lydorum parcerent sed quemlibet occiderent obstantem, præter ipsum Crœsum, ne si captus quidem repugnaret. Hæc imperans, cænielos contra equitatum instruxit, hac ratione quod camelum equus refomidat, adeò quidem ut nec speciem eius intueri, nec odorē sentire sustineat. Id ideo commentus est ut equitatum Crœsi, quo ille se præualitatum considerabat, inutiliter redderet. Simulatq; igitur in pugnam itum est, equi, olfactis protinus conspectisq; camelis, tetro se auertunt. Vnde spes Crœsi interiit. Verum non protinus Lydi ob id exterriti sunt, sed cognita re, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis configunt. & tandem, multis utrinq; cadentibus, vertuntur in fugam: ac muros ingressi, à Persis obsteri cœperunt. Quam obsidionem in longius procellaram ratus Crœsus, alios nuncios ē in uris mittit ad locios, nam qui ante a dimissi erant, hi conuentū Sardis ad quinatum mensem indixerant. Ad hos dimittebat, oratū quamcelerrima auxilia misse sibi, utq; iam obfesso. & cum ad alios socios misit, tum verò ad Lacedæmonios. Cæterū per id tempus & ipsis Spartiatis inciderat cum Argiuīs cōtentio de agro qui dicitur Thyrea. Quem locum, eti certaz Argolicaz partem, tamen Lacedæmonij intercisiū tenebant. Etenim Argiorum est quicquid regionis Malca tenus ad occasum vergit in continentē: & insulæ tum aliæ, tum verò Cythera. Quum ergo Arguii suo territorio interciso auxilium ferrent, ibi ab utrisq; in colloquium ventum est ut triceni utrinq; dimicarent & veri superiores existissent, eorum regio foret: atq; ambos exercitus in suam utraq; terram discederent, nec permanerent dum dimicaretur: ea scilicet causa, ne, si adessent, parti succumbēti auxilium

**z ac muris in-**  
**clusi.**

**z intercepto-**  
**ptum**

**z intercepto**

xiliam sui ferrent. His conuentis, in diuersa digrediuntur. Ex vtrisq; delecti viri qui relicti sunt confixerunt: atq; illis quidem, ut a quo marte pugnantibus, ex sexcentis tres o-  
mnino reliqui fuerunt: idq; noctis interuentu. ex Argivis duo, Alcinor & Chromius, qui tanquam victores Argos cursu contendevant: ex Lacedæmoniis unus Othryades, qui spoliatis Argiuorum cadaveribus, eorum armâ ad suo-  
rum castra detulit, & se in suo ordinetenuit. Postero die vtriq; re audita adfuerunt, sibiq; victoriā vendicabant: Argui quidem, quod suorum plures superfuisse dicerent: Lacedæmonij verò, quod qui eorum superfuerant, fugi-  
sent: suus autem perstisset, & hostium cæsos spoliasset. Ex contentionē tandem concurrentes pugnant: ac post-  
quam permulti vtrinq; ceciderunt, Lacedæmonij vincunt.  
**Quo** ex tempore Argui tonsis capitibus, quum antea ne-  
cessariò criniti essent, legem condiderunt, se deuouentes neptius comam alerent, nœve mulieres aurum ferrent,  
quām Thyreas recuperassent. His è diuerso legem tulere Lacedæmonij, ut in posterum comaticessent, quum antea non fuissent. Othryadem, qui unus è trecentis delectus re-  
liquus fuisset, aiunt pudore Spartam reuertendi, ob socios interfectos, illic apud Thyreas mortem sibi consciuisse:  
**Quum** hæc esset apud Spartias rerum conditio, aduenit caduceator Sardianus precatū Cræso obesse auxilia. Illi caduceatore auditō, statuerunt Cræso statim succurrendum. Quibus iam se apparantibus, ac nauibus paratis,  
alius affertur nuncius, murum Lydorum expugnatum;  
**Cræsumq;** viuum esse captum. Sic Lacedæmonij magnō  
se affectos detrimento rati, supercederunt. Sardis autem hunc in modum sunt expugnatae: Quartodecimo quām obliteri captae sunt die, Cyrus, missis paſſim equitibus suis copiis edicit se dona daturum ei qui primus muros cō-  
scendisset. Posteaquām id conato exercitu res non pro-  
cessit, ibi, quiescētibus ceteris, Mardus quidam cui nomen  
erat Hyrcades, id aggredi est ausus à parte arcis ubi nullus  
ad excubandum erat collocatus, quia illinc ne quido urbs  
caperetur haud suspectum erat, ut pote loco prærupto atq;  
inoppugnabili: quaq; una parte Leonē Meles primus Sar-  
dium rex non circuintulerat, ex peilice sua genitum: qui

Leo quacunque partē mūtorum circunlatus esset, ex ea parte Sārdis inexpugnabiles fore Telmisses iudicauerant. Eum Meles per cæteram partem mūtorum circunduxit, quacunque poterat arx oppugnari: per hanc partem, tanquam inoppugnabilem atque præcisam, circunducere optermit, quæ ad Tmolum vergit. Ab hac igitur parte iste Hyrcades Mardus conspicatus quendam Lydum pridie descendisse ad recipiendam galeam illuc deuolutam, aduerit animum, atque considerauit: dehinc impse concendit, & post cum alijs Persæ subiude, atque alijs frequentes. Ita vrbis Sārdis capta est, atque omnis direpta. Ipsi autem Crœsio hoc contingit. Etatei filius cuius superius habui mentionem, habilis ad cætera, sed mutus. <sup>16</sup> ad cuius vñium emendandum Crœsus pro viribus omnia fecerat, cum alia excogitando, cum vero Delphos intendo ad oraculum sciscitandum, atque ei Pythia talibus respondit,

*Lyde genus, rex multorum, valde infice Crœs,  
Nec ragnati exoptatam audiisse loquenteris  
Intra eadis vocem: sine qua pueri tibi longè.  
Ille die quoniam primum infice loquetur.*

Porro captis mōribus quidam Persa in Crœsum sibi ignotum vt occisorus vadebat. Quem in uidentem se Crœsus quum videret, tamen præsentī clade affectus devitare negligebat: nihil putans differre an percussus appetret mortem, an non. Id ubi filius eius mutus aspexit, timens patti, erupit in vocem, inquiens, Homo, ne perimus Crœsum. Atque hoc ille primum effatus, postmodum per omne vitæ tempus vocalis exitit. Persæ & Sardibus potiti sunt, & Crœs vivo, quum regnasset annos quatuordecim, totidemque dies suis let obliellus, amissio magno imperio, vt ei fuerat responsum. Eum captum Persæ ad Cyrum perduxerunt: quem ille vincitum compedibus super ingentem quam stinxerat lignorum struem imponit, circaque cum bis septem Lydorum filios: siue habens in animo punitias has alicui deo offerre, siue volens votum perfoluere, siue cupidus sciendi num quis daemonum liberaret Crœsum (quem religiosum esse audierat) quomodo nus pyra: impositus viuis concremaretur. hec quidem (y-  
cum

i Iraq: antea  
Crœsus, dum  
secundæ ipsi-  
us res essent.  
omnis pro vi-  
ribus fecerat  
iphius causa,  
cum alia ex-  
cog. &c.

Yam fecisse aiunt. Crœso autem super pyram stanti, et si in tanta calamitate posito, tamen venisse in mente in Solonis, quod ab eo sibi nutu dei fuisset dictum, ex viuentibus beatum esse neminem. Quod dictum ubi subiit Crœso, ferunt cum ex vehementi detectione animi victum, ingemiscerent, ter Solonem nominasse: & Cyrum, quem audisset, iussisse interpres eum percontari quemnam inuocaret. Illosque accedentes fuisse percontatos, & hunc interrogatum silentium tenuisse. Deinde quum loqui cogeretur, dixisse, *Illum nominarem*, quem cum omnibus tyrannis colloqui, ego quam ingeniem pecuniam præoptasssem. Eum non planè loquentem, rursus interrogant quidnam esset quod dixisset. Efflagitantibus atque infestantibus, inquit quemadmodum Solon, qui esset Atheniensis, ad ipsuni à principio venisset, & intuitus omnes eius opes coram, pro nihilo duxisset. Adeò quæ de ipso dixerat, ea omnia euenisse, neque hęc magis de scipio quam de omni hominū genere, & de his præsertim qui libiuptis beati viderentur. Hęc Crœso referente, iam pyra incensa ardere extrema cœpisse, & Cyrum auditis per interpretem quæ Crœsus dixisset, pœnituisse: quum se quoque hominem esse cognosceret, qui alium hominem, qui se inferior non fuisset opibus, viuum rogo traderet. Præterea veritum ob id pœnam, ac reputantem nihil esse in rebus humahis stabile, iussisse ignem celerrime extingui iam incensum, Crœsumque deponi & quæ cum eo erant. Verum eos qui iussi fuerant, non potuisse amplius vitam ignis superare. Ibi ferunt Lydi Crœsum cognita Cyri sententiæ mutatione, quum cerneret viuimusque extinguendo deuoluendoque igni incumbentem, nihil tamen profici, exclamando inuocasse Apollinem ut ipsi adesset, siquod ab eo donum illi gratum fuisset oblatum, ipsumque præsenti male liberaret. Ita cum lachrymis Crœso deum inuocante, nimbos repente, quum serenum ac tranquillum esset, cōfractos esse, imbræsque erupisse, ac vehementissima aqua pluississe, & rogū extinxisse. Ita Cyrum, cognito deorum cultorem ac bonum virum esse Crœsum, e pyra deposuisse. Atq; hunc modum interrogalle, Crœse, quinam ubi

t inquit Solonem Atheniem olim ad ipsum venisse, & intuitu omnes eius opes pro nihilo duxisse.

a concata  
tisse, ut iugis  
gauisse.

hominum persuasit ut cum exercitu inuaderet fines meos, ex amico factus hostis? Cui Crœsus, Ego inquit, rex, istud feci tuo prospero, meo infausto fato, Gratorum deo autore, qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Neque enim quispiam ita amens est ut bellum quam pacem præoptet. nam in pace filij patres, in bello patres filios sepelunt. Sed ut ista fierent, dæmoni cordi fuit. Hæc Crœsus loquutus est: quem Cyrus solutum iuxta se colleauit, ac in multa sanè obseruantia habebat: intuensque eum admirabatur, tam ipse quam omnis circa eum cœtus Ille cogitabundus silentium tenebat. Mox conuersus, accernens Persas Lydorum diripentes urbem, Vtrum deleo, inquit, rex, tibi loqui quod sentio, an tacere hoc tempore? Cyrus vero eum, quæcunque liberet, audacter proloqui iussit.

<sup>z</sup> Quidnam, inquietus, tanta ista turba tanto studio agit?

\* sibi, differt, dissipat. S.

Tunc ille Cyrus percontatur, Quidnam, inquietus, tanta frequentia properat agere? Cui Cyrus, Tuam, inquit, urbem diripit, tuasque opes \* absimit. At qui (Crœsus excipit) neque urbem meam diripi, neque meas opes. nihil enim mihi iam cum ipsis rebus est: sed tua ferunt aguntq;. His verbis iniecta cura, Cyrus Crœsum semotis arbitris interrogat quidnam in his quæ fierent, sibi constituendum censeret. Ad quem Crœsus, Quoniam me dij seruum tibi tradiderunt, iure debeo, si quid amplius animaduertero, id tibi indicare. Persæ, ait, natura proterua sunt, & iidem in opes. Quos si diripientes tu ac potentes magnis opibus negligis, id tibi ex hoc credibile est euenturum, vt quisque istorum plurimis opibus potietur, ita maximè in te rebellaturum, esse expectandum. Nunc igitur, si tibi placent hæc quæ ego dico, ita facito: Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satellitibus custodes, qui vetent exportari opes, vt earum decimæ Ioui necessariò reddantur. Ita neque tu odium illorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipsi agnoscentes se iusta agere, non inuici facient.

<sup>z</sup> Crœse, quā sis rex ad bene agendum & dicendum comparatus, pete. &c:

Hæc audiens Cyrus, maiorem in modum gauisus est tali admonitu, eaque vehementer approbavit: & iussis satellitibus id exequi quod Crœsus ipsi subiecisset, his verbis cum affatus est, Crœse, quandoquidem & facta & dicta tua egregia viri regis sunt, pete quid muneris à me

me velis imptæsentiarum tibi dari. Ad quem Crœsus,  
 Here, inquit, sine me gratum esse erga deum Græco-  
 rum, quem ego maxime omnium veneratus sum, ut mis-  
 sis ad eum his vinculis perconter nunquid ei fas sit be-  
 ne de ipso merentes decipere. Et Cyro interroganti  
 quidnam id esset quod incusatet, altius repetens omnem  
 suum aperuit animum, redditaque sibi oracula, & præ-  
 cipue donaria sua, quibus rebus fatus suscepisset aduer-  
 sus Persas expeditionem. Hæc commemorando rediit  
 rursus ad petendam veniam ista deo exprobrandi. Ad  
 quem ridens Cyrus, Ethoc, inquit, Crœse à me impe-  
 trabis, & quicquid aliud: atque id quoties tibi opus e-  
 rit. Vbi hæc audiuit Crœsus, Delphos misit quosdam  
 Lydos, iustos, quum ad limen templi vincula deposui-  
 sent, sciscitari deum nunquid eum puderet ob oracula  
 quibus Crœsum induxisset ad bellum Persis inferendum,  
 tanquam Cyri potentiam euerfurum: vnde tales primi-  
 tæ offerrentur: compedes scilicet ostendendo. & scisci-  
 tari cum hæc, tum nunquid Græcis dius ficeret fas, esse in-  
 gratis. Lydis illuc profectis, & hæc mandata executis, Py-  
 thia fertur ita respondisse, Sortem fato destinatam de-  
 fugere, deo quoque est impossibile. Crœsus autem  
 quintæ retro ætatis crimen luit, hoc est abani: qui  
 quum esset satelles Heraclidarum, mulieris dolo indu-  
 Etus, dominum interemit: illiusque dignitate potitus est,  
 nihil ad ipsum pertinente. Verum Apollo, quum stu-  
 duerit ut hæc Sardium clades liberis Crœsi, non ipsi  
 Crœso continget, tamen transferre fata non potuit:  
 sed quatenus illa permiserunt, annixus est, atque ei gra-  
 tiam retulit, utpote dilata Sardium expugnatione tres  
 annos. Et hoc Crœsus discat, tribus annis serius quam  
 fata destinabant, se fuisse captum. Secundo loco, quod  
 ipsi ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet,  
 haud rectè Crœsus conqueritur: quoniam Apollo præ-  
 dixit, eum esse magnum imperium, si bellum Persis in-  
 ferret, euerfurum: de qua re ipsum consultare volentem,  
 decuerat mittere sciscitatum utrum ipsius Apollo dice-  
 ret imperium, an Cyri. Sed quod dictum erat, nec confi-

Here, in-  
 quit, maximè  
 gratum mihi  
 feceris. si pet-  
 miteris ut de-  
 um Gr. q. e.  
 max. o. vene-  
 ratus sum.  
 midis, &c.

& quic-  
 quid aliud ti-  
 bi opus erit.

; Tritaut. i.  
 Greci, a quo  
 quintus erat  
 Crœsus.

detans, nec interrogans, sibi ipsi acceptum eferat. Quod autem ultimo responso ait Apollinem dixisse de mulo, ne hoc quidem discussit. Nam mulus hic Cyrus erat: quippe qui duobus diuersarum gentium parentibus ortus sit, generosiore matre quam patre. Nam illi quidem Meda erat, Astyagis Medorum regis filia: hic ueterem, Persam, & Medis subiectus: & licet omnium infimus, tamen dominam suam in matrimonium duxit. *Hec Lydis Pythia respondit, quæ illi Sardis reuersi Croœsi nunciarunt.* Quibus auditis Croœsus suam ipsius agnouit culpam esse, non dei. De Croœsi igitur imperio & prima Ioniae subactione ita res se habent. Porro Croœsi non *hæc* solum quæ iam diximus, sed alia quoque permulta donaria in Græcia extant. Si quidem apud Thebas Brœticas tripus est aureus, quem illic Apollini nuncupauit Ismenio: apud Ephesum quoque bucule aureæ, aquæ columnæ pleræque. *Quinetiam in vestibulis templi apud Delphos clypeus visitut aurcus ingens.* Atque *hæc etiamnum ad nostra usque tempora supererant: nonnullæ tamen intercidereunt.* Ac vero quæ apud Branchidas Milesiorum à Croœso dedicata fuerunt, pondere (quaneum intelligo) æquali erant iis quæ sunt Delphis. Cæterum ea quæ tum Delphos, tum etiam ad Amphiaraï misit templum, hæc sibi, veluti domestica bona, paternarumque facultatum primitias, diuis consecrauit. Quandoquidem cætera donaria è facultatibus erant aduersarij, qui Croœso, priusquam regno inaugurateatur, repugnans, Pantaleonis partibus impensè ludebat, hunc in regni potestatem prouochere conatus: Pantaleon enim, & ipse, Halyattis filius erat, Croœsi frater, at non germanus: mores enim habebant diuersas. Nam Croœsus matre fuit Carica, Halyattis uxore: Pantaleon ex Iade fuit suscepitus. *Quum autem tradito à patre imperio Croœsus potiretur, hominem illum qui antè sic pertinaciter* <sup>12</sup> *sibi restitisset, in fullonis officinam pertractum intercepit: bona autem ciuidem iam antè diuis destinata, tunc uti diximus iis locis consecrauit.* Atque de donariis hac templa dictum est. Porro Lydia quod scrabassur nihil sa-

nè mirandum habet, prout aliae regiones, præter au-  
tri ramenta è Tirolo prouenientia. Vnum tamen no-  
bis exhibet multo maximum præter Ægyptiorum &  
& Babylonicorum opera. Ibi enim est & Ialyattis Crœ-  
si parentis sepulchrum, cuius basis è grandioribus est  
lapidibus & reliqua sepulchri pars, aggeratio est terræ.  
Quod sepulchrum construxisse feruntur homines em-  
prium atque operarij, & vni cum his adiuuantes ancil-  
lx. Ceteram ad nostram usque extatam in summo tu-  
mulo quinque termini stabant, quibus literæ insculptæ  
indicant quæ singuli elaborauerint: apparebatque ex  
mensura, ancillarum opus esse maximum. Lydorum e-  
pum filiæ omnes meretricantur, atque hoc quæstus tan-  
tisper dote in colligunt dum nuperint: se autem ipsæ  
met locant. Sepulchri huius ambitus, stadiorum est sex,  
& duorum iugerum: latitudo, + iugerum tredecim.  
Confinis est eidem sepulchro lacus ingens, quem Ly-  
di referunt esse perennem. vocatur autem Gyges. At-  
que hoc quidein sic habet: Lydi legibus propemodum  
vtuntur Græcorum similibus, nisi quod Lydi filias suas  
profliguerent. Hi primi eorum quos nouimus, nummum  
aureum argenteumque ad utendum percusserunt, &  
primi cauponæ institoresque extiterunt. Aiant & ipsi  
se ludos inuenisse qui etiamnum apud Græcos cum il-  
lis communes sunt: simul autem hæc inuenisse, & in  
Tyrrheniam, hæc est Thessiam. colonos deduxisse. Id ; Rerum  
quod hunc in modum accidisse referunt: Tempore  
Atyis, Manis regis filij, annonæ difficultatem per uni-  
uersam Lydiam valde gravatam esse, & initio quidem  
Lydos vitam assiduis laboribus tolerasse, postea vero,  
quam non cœlaret malum, remedia quæsiuisse, & aliud  
aliud excogitasse. Tum igitur inuentum ab iisdem aleæ  
tesserarumque ludum, & pilæ, cæterorumque ludorum  
omnium genera, præterquam talorum. horum enim  
inventionem sibi non vendicant Lydi. Porro ad fa-  
tum discutiendam, altera quidem dierum in totum lo-  
bus occupatos fuisse, ne videlicet ciborum querendo-

+ terra ag-

gestæ moles

est.

+ circumfor-

tans

+ plechro-

cum

+ plechro-

cum

+ tessellarum

&amp; talorum

+ calcareo-

rum

¶ & forte legisse, alteram quidem partem ad manendum, alteram vero ad execudum est regione. Et parti quidem illi cui fortior obtingisset ut manueret, scipio regem migrati autem tuis filiis praesecuisse, cui nomen Tyrrheno. Alteros poteris qui bus forte obtingerat ut emigrarent.

Smyrnā descendisse. Hic mox. &c.

¶ Ita autem de his scribā vi Persie quidam narrant, qui res Cyri gestas verbis augustoates sed dñe nolunt, sed id quod res est dicere: gnarus tripli- cem aliam esse de Cyro narrandi viā.

Si ipse quoniam autem apud suos celebris esse, tum vero magis etiam quoniam antea justiciam se- ciari aggressus est: quod videret apud Medos vniuersos magis q. licentiam, &

quam quod imbecilles essent omnes alij Græci, cum Iones  
oppido quam infirmissimi, & nullius propemodum mo-  
menti. Siquidem præter vnas Athenas, nulla vrbis alia in-  
signis etat. Iam enim alij Iones atque ipsi Athenienses,  
Ionum nomen refugerant, nolentes Iones appellari. Quinetiam nunc plerosq; ex illis videoas quos nominis isti-  
us pudeat. Ceterum duodecim istæ ciuitates nomine ipso  
gloriabantur: & quum iemel nomen sibi Panionis indidissent,  
fanum quoque de suo nomine construxerunt Panionium.  
Cuius nullos participes facere in animum sibi induxere:  
dececerant qui magnopere postularent eiusdem participes  
fieri, exceptis tantum Smyrnæis. Tale quippiam Dotien-  
ibus accidit qui Pentapolim incolunt, quæ antè Hexapolis  
vocabatur. nam & hi cauent ne quæ è huiusmis Dotiensí-  
bus ad Triopium sacrum admittant: adeo ut etiam ex po-  
pularibus suis, qui Lacri legem transgreſſiſſent à Iudorum

*Ad verbos  
Sed quatuor  
modos dedu-  
ctiōnum usq;  
pani. i. Ea u-  
tuntur in qua-  
tuor modos &  
Proprietatis  
adacta.*

*Adeo qui-  
dem ut cum  
alij Iones, id  
ipsi Atheni-  
enses hoc no-  
men refuge-  
rent, Ionesq;  
appellari nol-  
lent. Sed et-  
iamnum mul-  
tieorum no-  
men sibi pu-  
dendum du-  
cere video-  
ntur. At hæ du-  
odecim ciuit.  
, Templum,*

communicatione excluserint. Nam in certamine Apollinis Triopij tripodes victoribus constituebantur quæ: quos acceptos non è sacro efferre, sed deo ipsi domine ibidem oportebat. At vir quidam Halicarnassus, nomine Agasicles, in eodem certamine victoria pottus, ius est legem hanc violare, tripodemq; domum ferens\* ibi asservare.

Propter quod commissum, quinq; haec ciuitates, Lindos, Ialyssus, Camarus, Cos atque Cnidus, sexam ciuitatem Halicarnassum à sacrorum participatione renouerunt, hac videlicet pena Halicarnasseos multataes. Atq; mihi sanè videntur Iones duodecim fecisse ciuitates, nec voluisse plures recipere, propterea quod eorum de Peloponnesum habitantium totidem fuerint partes: quæ in admodum nunc quoque Achæorum, qui Ionas è sedibus suis exegerunt, duodecim sunt partes. Nempe primi\* ante Sicyonem est Pellena, deinde Ægira & Ægæ, ac quam Crathis fluvius perennis habitat: a quo & Italicus ille vocatus est.

Post Ægas Bura est & Helice: quò ab Achæis bello fracti Iones confugerunt. Post hanc Ægion est, & Rhypes, & Patrenses, & Pharenses, atq; Olenus, quam Pitus ingens fluvius præterfluit. Postea Dyma & Tritæenses, qui soli mediterranea colunt. Hæ sunt duodecim Achæorum illæ portiones quæ cum quidem Ionum erant: hacque causa fuisset videtur quapropter Ionibus duodecimi ciuitates constitutæ placuerit. Nam istos præcipue magisque aliis Iones esse, aut præstantius quipiam cessisse, magna insania esset alleuerare: quum ex his Abantes sint, Eubœæ haudquam minimæ portio, qui tamen nec cum Ionum nomine quicquam habent commune: & Minyæ Orchomeniis sint admixti, Cadmati quoque, Dryopes, Phocenses, Molossi, Arcades, Pelasgi, Doræ, Epidauri, atque aliae plerique nationes inter se commixtæ sint. Quorum alij ex Atheniensium Prytanæo progrebili, nobilissimos se Ionum existimauerunt. Hi coloniam ducentes, loco uxorum Caricas habebant mulieres, quarum iam ante parentes intercesserant. Propter quam cædem mulieres Caricæ legem tulerant, quam iure iurando inter se surmauerant, tradideruntque suis deinceps filiabus, quod videlicet cum maritis nūquam cibum sumerent, neque propriis nominibus com-

\* terpla.

\* ad clavum  
suspenderet.

Propt.

\* Pausan. 2.11,  
16. & 24. 37.  
habit πόσ  
Σικυονες.  
quod significat,  
ex ea parte  
qua Sicyone  
aratingis  
abebat. §.

3 Omittit  
αποδισμοι.  
4 Ex quorum  
sumis, illi  
qui ex Pryta-  
næo Atheni-  
enium pro-  
fecti sunt, &  
se Ionum no-  
biliissimos exi-  
stimatorunt, hi  
uxores secum  
non adduxer-  
unt quum in  
coloniam mi-  
grarent: sed  
Caricæ ha-  
buerunt, qua-  
rum, &c.

pellarent:

pellarent: propterea quod eorum patres, maritos atque filios  
 trucidassent, & quum hæc patrassent, simul orbas ad  
 concubitum violenter rapuisserunt. Hæc Miletii sivebant. Re-  
 ges autem circuauerant partim Lycios, Glauco Hippolochi  
 filio oriundos, partim Cauconas Pylios, Codro Melanthi  
 progenie ortos: partim ex utrisque. Sed nomen Ionum in-  
 ter ceteros maximè amplectuntur. Et sunt quidem illi ve-  
 ri atq; genuini Iones: omnes tamen Ionum nomenclatu-  
 ra communicant quotquot Athenis oriundi Apaturia fe-  
 sta concelebrant. Concelebrant autem omnes, præter E-  
 phesios & Colophonios, qui soli ex Ionibus ab Apaturis  
 arcentur, idq; ob cardis patratæ causam. Potrò Panionium  
 locus est Mycales sacer, ad Septentrionem vergens, con-  
 muniter ab vniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dica-  
 tus. Mycale autem promontorium est in continenti si-  
 tum; quod quia zephyro vento expositum est, ad Samum  
 pertinet. Ad hunc montem collecti vniuersi Iones facri-  
 cium celebrabant quod l'anonia vocant. Accidit hoc sa-  
 nè non Ionum sacris duntaxat, verum communiter omni-  
 bus Græcorum festiuitatibus, vt in eandem literam fini-  
 ant, perinde atq; Persarum nomina. Et hæc quidem Ionicæ  
 sunt ciuitates. Æolicæ autem ciuitates sunt, Cumæ, quæ  
 & Phriconis vocatur, Latissæ, Nouus murus, Tenus, Cilla,  
 Notium, Ægiroessa, Pitana, Ægæa, Myrina, Grynea. At-  
 que hæc x i Æolicæ fuerunt prædictæ ciuitates. Vna autem  
 Smyrna (Æolica & ipsa ciuitas) ab Ionibus diruta fuit.  
 Alioqui & hæc, duodecim erant numero, in continenti si-  
 tæ, quæ ditionem habebant Ionibus præstantiorem, ac  
 quæ tamen ad illius cæli temperiem nequaquam accede-  
 ret. Smyrnam vero hac occasione amiserunt Æoles, quod  
 Colophonios per seditionem è sedibus submotos recepi-  
 sent: qui postea Sinyrnæos obsecruantes, dum extra vr-  
 bem Bacchi sacra celebrarent, occlusis portis urbem oc-  
 cuparunt. Succurrentibus autem Æolibus vniuersis, sic in-  
 ter eos transligebatur, vt si Iones vtenilia bonaq; mobilia  
 Æolibus redderent, Æoles Smyrna cederent. Hanc con-  
 ditionem quum Sinyrnæi accepissent, distributæ sunt  
 undecim hæc ciuitates, ius quæque constituerunt ciues. Hæc  
 itaque continentis sunt ciuitates, exceptis iis quæ Idam

1. Egæa,  
 2. Smyrna,  
 3. Æolica  
 4. Ælioëssa,  
 5. Latissæ,  
 6. Nouus murus,  
 7. Tenus,  
 8. Cilla,  
 9. Notium,  
 10. Ægiroessa,  
 11. Pitana,  
 12. Ægæa,  
 13. Myrina,  
 14. Grynea.

1. distribue-  
 rent, volunt  
 separata sunt  
 ius illæ vnu-  
 decim, &c.

habitabant: nam illę ad has non referuntur. Insulare vero  
quaque ciuitates Lesbum colebat. sextamenim in Lesbo  
Arisbam Methymnxi iam sibi subiecerant; anquam con-  
sanguitate iunctam. In Tenedo autem via habitabatur  
ciuitas, & altera quædam in centum appellatae insulis. Nam  
vero Lesbiis Tenediisque nihil grauius, perinde atq; cæ-  
teris Ionibus insulas tenentibus, erat metendum: at reli-  
quis ciuitatibus communitet placuit Iones seque, quo cum  
que illi duxissent. Porro ubi Ionum Aeoliumq; legati Sparta-  
tam appulissent ( id quod siebat p: op: crante ) ex omnibus  
delegarunt Phocensem quendam, cui nomen Pyrermo,  
qui postulata proponeret. Hic purpurea veste induitus,

\* ut plurimi  
ex Spartatis,  
qui hoc au-  
dissent, accu-  
teret. proce-  
dit. hanc.

*Adde ex  
ver. cod. Gra-  
ca, Lacedæ-  
monij vero il-  
lis aurem pte-  
bere nolue-  
runt, imò non  
fecundum es-  
se auxiliū Io-  
nibus statue-  
runt. Hi igi-  
tut abierunt.  
Illi, &c.*

in Spartiarum conuentum, qui ad famam legatorum  
collectus fuerat, processit: hortatusque est Lacedæmonios  
multis verbis ad auxilium Ionibus ferendum. Illi quanvis  
Ionum legatos repulissent, tamen myoparonem ablega-  
runt, quantum ego coniicio, hominibus instructum qui  
retum Cyri Ionumque successum explorarent. Hi Pho-  
ciam appulsi, Sardismittunt spectaculum ipsorum,  
nomine Lactinem, qui Cyro Lacedæmoniorum man-  
data pefseret: nimis ne illi Græciæ ciuitati damnum  
inferret: utpote se id minime toleraturis. Cyrus audiens  
quæ Lactines proferret, rogasse fertur circumstantes Græ-  
cos, quinam homines essent Lacedæmonij & quam mul-  
ti numero. Mox ubi haec cognouisset, ad Spartiatam di-  
xisse, Evidem non extimui inquam homines illos qui-  
bus locus est in media urbe vacuus, in quem collecti mu-  
tuis ipsi sibi iumentis imponunt. Acque his, ( si modo  
superi me seruauerint incolam) non Ionum, sed pro-  
pria sua incommoda erunt deploranda. Haec in vniuer-  
sus Græcos verba detorit Cyrus: quod foras ampla habe-  
rent in quibus negotiationes exercebent. nā Persæ ipsi ho-  
rum nullo distinguitur, neque illis ullum est forum. Post  
haec Sardis Tabulo homini Persæ commisit: Crœsi autem  
cæterorumq; Lydorum thesaurum Pactyæ Lydo tradidit  
deferendū. Ipse versus Ecbatana cotendit, Crœsum vna se-  
cum ducens: Ionum interim non magna habita ratione,  
etiam si primi adorandi fuissent. quandoquidem Baby-  
loni obstatu esse videbatur, & Bactriana quoque natio,  
item

*Aic me-  
dosum esse ve-  
deretur Græcum  
exemplar.*

Item Sacæ atque Aegyptij, in quos ipse expeditionem facere in animo habebat, in Ionas autem alium quempiam imperatore in mittere. At vero ubi Cyrus è Sardis Lydose exegisset, Pachydas à Tabalo atque Cyto delsciscit. Et quia Lydorum thesauro in habebat, concensis nauibus auxiliarios mercedie conduxit, maritimisque omnibus persuasit ut communem secum expeditionem susciperent. Atque his succedentibus, Sardis castra mouit, Tabalumque in arce vndeque conclusum obfedit. Cyrus hæc ex itinere intelligens, Crœsum hunc in modum alio loquutus est, Quisnam, inquit, Crœle, finis erit eorum quæ nunc mihi accidunt? quando non cessabunt Lydi (ut videntur) tantisper & sibi & mihi negotium facelere, dum eos profrus delete aggrediat. Videor equidem perinde fecisse atque is qui occiso pater, filii pepercet. Siquidem ego te cepi, qui plus quam Lydorum pater eras, ipsis autem urbem suam reddidi: adeo ut nunc mirer eos à me deficere. Quum hanc suam sententiam Cyrus expouisset, Crœsus exceptit, veritus nimatum ne Sardis funditus cuereret, Rex inquit, Cyre, quanquam prudenter tu recteque dixeris, moderaberis tamen furori, neque patieris antiquam hanc ciuitatem ita excidi, quæ cum superiorum, tum eorum quæ nunc acciderunt, rea non est. iam priorum ego autor fui, id quod meopte hoc capite pendo: praesens factum Pachydas designavit, cui tu Sardis commiteras: hic tibi portas det. Lydis autem veniam dans, hæc illis impera, ne vide licet aliquando viribus audi, vel detectionem meditati ausint, ne molesti esse possint. Interdicito illis ne armabellica possideant, iubetoque supra tunicam pallium gestare, induere item cothurnos: Ad hæc impera ut liberos citharam pulsare, plâllere, cauponari doceant. & mox compieres, ô rex: viros in mulieres degenerasse, nihilque metuendum ne rebelles unquam a te desciscant. Hæc ideo Crœsus suggescit, quod optabiliorem Lydis hanc esse conditionem existimat, quam semel subactos venundari: sat sciens se, nisi praetextum idonum committisseatur, non persuasurum illi ut institutum directaret. Addictam quod fornudabat ne in posterum

<sup>1</sup> Verum simulatq; Cyrus Sardibus est profectus. Pachydas Lydos ad delsciscendum Tabalo & Cyto impulit. Et quia Sardium thesaur.

<sup>2</sup> non video-  
tur Lydi facel-  
sendi mihi &  
sibi negoti  
finem faciunt.  
Cogito nuu-  
quid maxime  
expedit eos  
in seruitutem  
redigere. Mi-  
hi enim vi-  
deor nuc per-  
inde scallie,  
&c.

aliquando Lydi, si imminentem calamitatem effugissent, rebellantes a Persis funditus extinguerentur. Cyrus hac Crœsi admonitione gauisus, remissaq; iracundia, respondit ei se paritum. Accersitoq; continuo Mazare hemine 29 Medo, eadem illi præcepit quæ Crœsus suggesserat Lydis imperanda. Atq; præter hæc inandauit, illos omnes sub corona venundari, quotquot vna cum Lydis Sardis oppugnassent: Pastryam autem viuum ad se perduci. Et ista quidem ex itinere quā præcepisset.

*in Persiam ad sedes suas pertexit.*

Paa.

Lydos compulit ad Persarum mores recipiendos. Pastryas, intelligens exercitum non procul abesse, conterritus confugit Cumam. Mazares verò nihil cunctatus, Cyri exercitus partem quam secum ducebat, Sardis promouit. Verum ubi Pastryam iam vna cum suis cōmilitonibus Sardis abiisse cognovit, primū Lydos adegit Cyri mandatis obsecundare. Et iam inde Lydi omnem vitæ rationem commutarunt. Deinde Mazares nuncios Cumam misit qui Pastryam reposcerent.

Cumæi verò consilio initio statuerunt ad deum apud Branchidas referendum quid factò opus esset.

Erat enim illic oraculum peruetustum quo Aeoles Ionesq; communiter vti consueuerant. Oraculum hoc in Milesiorum agro est

situm supra Panormuni portum. Missis igitur ad Branchidas consultoribus rogabant quidnam facientes hac in re

deo gratificaturi essent. Consultoribus respondebat Pa-

stryam Persis esse pernittendum. Quæ quum relata audi-

rent Cumæi, putauerunt oraculo acquiescendam Pastry-

am q; reddēdum. Carterum quim huc bona pars propen-

sa esset, Aristodicus Heraclidis filius, vir inter ceteros vnu-

m̄os clarus, seu oraculo parum fidens, siue ipsos consulto-

res oraculi responsum non rectè perferre existimans, con-

staanter obstat quominus oraculo Cumæi obtempera-

rent. Vnde factum est ut iterum de Pastrya interrogatur a-

lij mittetur sacerdotes consultores, inter quos ipse quo-

que Aristodicus erat. Hi quin ad Branchidas perueniissent

vñus ex omnibus Aristodicus contulebat oraculum, sci-

scitans iubet verba, O rex, venit ad nos supplex Pastryas

Lydus, mortem fugiens violentam: Persæ eundem repo-

scentes iubent Cumæos hominem dimittere. Nos Persa-

rum potentiam formidantes, tamen supplicem non dum

reddere

*2 Cumæi.*

*Pastryam redere decreuerat. vel in 4-*

*anno habebat.*

*Quum autem*

*vulgus hoc*

*vererissem.*

*Anistod.*

reddere ausi sumus, donec intelligeremus ex te indubitate quid facere nos conueniret. Hunc in modum sciscianti Aristodico idem tursus respondebat ut quod priores retulerant, nempe Paetiam Persis permittendum. Post huc Aristodicus tale quipiam de industria aggreditur: Templum circumiens, passeres aliasque auiculas quæ forte in templo isti nidulabuntur, è nidis exemit. Quæ quum ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam quæ ad Aristodicum ferretur, atque huiusmodi quedam sonaret, Hominum celestissime, quæ nam libido te incessit ut auderes meos supplices diripere? Aristodicum nihil dubitas se ad huic modum respondere, Tûne rex sic auxilium fers supplicibus, & Cumixos iubes supplicem Paetiam tradere Persis? Cui deus respondens, Evidem, inquit, iubeo ut impij male pereatis, neque deinde oraculum hoc de redendis veltris supplicibus lassatis. Porro ubi responsum hoc postremum relatum audiuerunt Cumixi, neque volentes Paetiam Persis tradere interimendum, neque euntem penes se detinendo, Cyrus ad ciuitatis suæ expugnationem excitare, hominem ablegant in Mitylenam. Mitylenxi, quum Mazares subinde per nuntios Paetiam flagitaret, paciscuntur pro certa mercede mitterendum: 'quod tamen nolim indubitate assuerare, quandoquidem non fuit persoluta. Cumxi, cognoscentes ea quæ circa Paetiam à Mitylenxis gesta essent, misso ad Leibum nauigio, Paetiam deportant in Chium. Indidem verò ex Mineruæ tutelaris deo templo violenter raptus à Chiis redditur. Reddiderunt autem pro Atarnei mercede. Atarneus autem locus est Myssæ, erogione Leibi situs. Et sic quidem in custodia Persæ habebant Paetiam, ut Cyro quum primùm siceret traaderetur. Atque multo exinde tempore, Clitorum nullus ex Atarneo neque molis libabat hordeaceis deo cuiquam, neque secundæ mensæ fructibus inde decerptis vtebatur. Breuiter omnia à sacerorum usu remouebantur quæ ex agro illo prouenirent. Postquam verò Paetias iam à Chiis traditus fuit, Mazares mox in illos castra promovit qui una cum Paetia Tabaluni oppugnarent: & partim Prienenses subegit, partim Marandri campum incurvauit, frumentationem militibus faciens: Ma-

i Haud enī possūdā cer-  
tā dicere, quā  
res ad exitum  
perducta nou  
fuerit.

i neque bel-  
laria ex fruge  
inde collecta  
pinsebantur.  
Denique o-  
mnia, &c.  
i illo in pæ-  
dam suis mi-  
litibus expo-  
nitor: Magni

gnesiam etiam pari modo. Postremò Mzates morbo

<sup>1</sup> Cyrus ad correptus, vita defungitur. In defuncti vero oculi sufficiuntur. Quis Harpagus, & ipse Medus: nimirum quieti Medorum nendum ad tyranus Allyages indignis epulis exceptent, qui que Cyri iuvent. Hic, rum in regni potentiam inuexerat. Hic, in p[ro]p[ri]i, à Cyro &c.

<sup>2</sup> Postquam institutus dux, simulacrumque in Ioniā venit, urbes ductis in ciues inita aggeribus cepit. Nam ubi mœnia ciuesque vndeque ex mœnia com- ercitū clausisset, aggere ad murum obiecto cura nego num pulcerat. agge- expugnabat: atque sic Phocæa prima loma ciuitate po- re, &c.

<sup>3</sup> Phocæam titus est. Hi Phocenses, primi Cræcorum longis nauibus primam Ionu[m] vñferuantur: Adriamque simul & Tyrrheniam, Iberiam ciuitatem op[er]aque Tartessum occupauerunt. Nauigis autem vte- pugnauit. Hi bantur non rostratis, sed penteconteris, hoc est lembi quan-

Phoc. quagenum remorum. Hi quum primum Tartessum veni- 30

rent, grati admodum fuerunt regi, cui non enim erat Argan- tionibus vñ thomio, qui que iam octoginta annis Tartessiorum regno sunt: Ade.

<sup>4</sup> ostende- <sup>5</sup> Phocenses Arganthonio ista occasione redditu sunt amici. ruit, vel, Pa- quod videlicet Phocenses Ioniā relinquentes, iussit in- tescerunt.

<sup>6</sup> Phocenses sua ditione sedes diligere vbiunque illis haberet. Verum huic viro ad quum hoc non persuasisset Phocensibus, intelligeretque eo fuerit ac- interim Medum in eos exercitum ducere, pecunias nume- cepti, ut pri- rauit liberaliter. Si quidem ipsius muri ambitus non pau-

plos reliquo corum est Radiorum, rotusq[ue] è maiusculis lapidibus, hisq[ue] via quam vel affabre concinnatis. Et murus quidem ille à Phocensibus

Ient lux regi onis partem incolere ius- hoc pacto fuit constructus. Porro Harpagus exercitum pro- set: deinde sibi facte, si vellent Phocentes vnum dantaxat muri pro-

verò quum id pugnaculum demoliri, vbi habitationem extueret, cetera illis je permissum intactu.

Phocenses ferutum auerban- tes, responderunt diem vnum se ad consultandum sum-

vites crece pturos: sed interim dum consultaretur, illum exercitum ab- ec pecuniam illis ad urbem snoro circu-

vallano de- scire diceret quid facti essent, tamen se illis ut consulta- dit: & quid Phocentes continuo lenib[us] instruxerunt, quibus libe-

large. Siqui- ros una cum vaoribus atque supellec[t]ile vniuersitate impone- dem, &c.

<sup>7</sup> propositis- set illi, nisi quæ vel ferrea vel lapidea aut deniq[ue] piæla essent, & re- liqua

liqua omnia imposuerunt. quas & ipsi concidentes, soluerunt traiectuntq; in Chium. Phocam autem iam desertam hominibus occupauerunt Persæ, Phocenses autem quum ipsi s' Chij insulas quæ Oenus vocantur, licitibus addicere nolent, inquietantes ne illuc emporium transfertetur, obq; banc causam hæc eorum insula excludetur, concesserunt in Cyrum. Hic enim iam ante viginti annos ciuitatem ex vaticinio condiderant, nomine Alali-am. Inter ea autem Arganthonius fatis concesserat. Porro Cyrum trajecturi Phocenses, prius diuenterunt Phocam, praefidiaque illic Persaruni quæ ab Harpago forte custodix causa relicta fuerant, trucidarunt. Quibus patratis, quotquot ex clifica sodalitate supererat, communis consilio scelè mutuis execrationibus dirisque deuotionibus astringunt. Ad hæc grande saxum in mare demergunt, iuramentoque confirmant non prius se de repetenda patria cogitaturos, quam saxum radis immis levatum reuarit. Commodum vero, profectione molientibus, plusquam imedietatem desiderium cepit ingens paterni soli morumque Phocentium: & plerique etiam violato iuramento remigtarunt in Phocam. Alij autem iuramento satisfacientes, soluentesque ex Oenus Cyrum recta petierunt. Quo quum appulissent, communiter habitarunt vna cum superioris temporis colonis, annis quinque, sacraq; crexerunt. Ceterum quū iam vicinos circunquaq; hostili more popularentur, communis sententia bellum in eos adornant Tyrheni atque Carthaginenses, utrique lexaginta naubus instructi. Phocenses ex aduerso lexaginta & ipsi naues milite implent, obuiamque illis procedunt in mare quod appellatur Sardonium. Commissa nauali pugna, Phocentibus Cadmea quædam contigit victoria. nam quadraginta illis naues perierunt, reliquæ viginti contutis rostris factæ inutiles. Regressi igitur Alali-am, sumptis liberis uxoriibusque, atque reliquis facultatibus quantas naues ferre poterant, relicta Cyro demigtarunt Rhegium. Verum è naubus illis quæ perierant, quotquot homines in Carthaginem Tyrhenorumque portus peruenierunt (capti enim plurimi) hi ounes protracti è navibus, lapidibus obruebantur. Deinceps vero quæcumque

1 diras attidces imprecad sunt omnibus fax classis qui illic remaneant. Ad hæc sceti massani candorem in male protecerunt, sequentes prius l'ho cætæ recuperatos iurauit quā hæc massa etemerget. Cōmod. &c,  
Hec animi et ba, Saxum tra du in uenitum rebant sumpsit Italia ex illorū rīo.

2 At quum Cotticam na- uigarent, ma- jorem illorum partē deside- rium ac com- misseratio ce- pit ipsius vr- bīs, ac sediū at- fax regionis. Quare viola- to iure iusti- do Ihu z am- temerat. Alij autem iuri-

*ex Agyllensium vel pecoribus vel iumentis atque hominibus locum illum accedebant, ubi Phocenses lapidati furentur, continuo' morbida siebant, stupore atque igne corrupiebantur sacro. Quare Agyllenses Delphos miserunt, mente ali- enabantur.*

*2 Hyela. Eam autem cōdi- derūt, à quo- dam lōido- niate edocti, Pythia ora- culo iussos fuisse Cyruū condere, qui heros esset, nō ipsam iu- sulam. Atque Phoc.*

*3 Arcæteri Jones (exce- ptis Milesiis) p̄xilum qui- dem & ipsi cō- miserunt, sic ut & qui sōlo patrum teli- querunt: seq; fortiter geste- runt, pro sua quisq; patria pugnantes: sed superari capuq; in suis sedibus tem- terunt, impe- rata facientes. Milesij autē, qui, &c. For- rasse sumē pos- su & alter ex- ponit ἡμέρα κρητική.*

*volentes commissum illud expiare. Pythia hæc iussit face- re, quæ etiam nunc ab Agyllæis obseruantur, nam & iusta illis persoluunt magnifice, & gymnicum celebrant certa- men. Et Phocenses quidem huiusmodi fato vñi sunt. Illi au-*

*tem qui hinc progressi Rhégium confugerant, ciuitatem considerunt in agro Oenotria, quæ nunc appellatur <sup>3</sup> Hyela. Atq; Phocensium in Ionia res sic habent. Simile quiddam accidit Teiis, quos simulatq; aggerum benefi- cio cepisset Harpagus, omnes consensis nauibus traiece- runt in Thraciam, ibidemq; urbem considerunt Abdera, cuius fundamenta prius iecerat Temesius Cazomenius: sed nihil pro hac sua opera fructus reportans, à Thracibus expulsus fuerat: nunc tamen à Teiis apud Abdera heroum colitur honoribus. Hi igitur Ionum soli seruitutem non*

*ferentes, patrium solum reliquere. Verum alij Jones, præ- ter Milesios, prælio superati tandem, accesserunt Harpago, perinde atque illi qui defecerunt, virosque se strenuos de- clararunt, profuis quisque fortiter pugnatis. Superati au- tem & capti in sua quisque patria remanserunt, eaque quæ imperabantur subibant. Milesij qui iam Cyro fædere ad- strictierant, (quemadmodum superius à me commemo- ratum est) quietem agebant. Hunc itaque in modum Io- nia secundo in seruitutem fuit redacta. Postro quum Ionib; iis potitus esset Harpagus qui continentē habitabante, insulani horum exemplo conterriti, vtro se se dediderunt Cyro. Iam vero Ionibus, etiam si afflictis, nihilominus se ad Panionium recipientibus, audio Biamitem Prenæum saluberrimum dedisse consilium: cui si obttemperassent, li- cuisset Græcorum omnium felicissimos viuere. Siquidem ille suadebat ut communis classe soluentes, Sardiniam pe- terent, & ibi vnam ciuitatem omnium Ionum construe- rent. Hoc enim pacto eos seruitute liberatos feliciter esse victuros, omnium insularum maximam incolentes, & ca- terarum imperio potentes. Si autem manerent in Ionia, nullam inquit sibi appetere libertatis spem. Hæc Biantis senten-*

sententia ipsi tonibus subactis prodita fuit. Verum Thales quoque sanum illud consilium, iam ante subactam locum datum, nemp̄ qui iussit tonas unam quandam communē curiam habere, eamq; esse in Teo: propterea quod Teos in media et Ionia: ceteras autem ciuitates habitatas, nihilominus huc parituras quam aliarum ciuitatum tribus legibus parerent. Atque hi quidem huiusmodi consilia dederunt. Harpagus, subacta Ionia, in Cares exercitum traduxit, & Caunios atque Lycios, una dicens Ionas atque Aeoles. <sup>1</sup> Nam Cares ab his oriundi ex insulis progressi sunt in continentem. Olim enim Minoi parabant, appellabanturque Leleges, & insulas habitabant. tributum auctem nullum pendebant, quantum equidem possunt superiora repetendo è longissimo auditu coniectare: sed <sup>2</sup> qui Minos flagitabat, naues ei implebant. Ille feliciter suis bellis successu, multos agros populabatur. Caricæ gentis, omnium que illis temporibus claruerunt ingeniosissimæ, memorantur tria inuenta. quippe galeis cristas imponendas primi ostenderunt Cares, clypeis signa adiunxere, postremò lora quoque scutorum excogitauerunt. antea namque citra habenas gestabant quotquot clypeis vtebantur, ac balteis duntaxat coriaceis fulcientes, collo sinistroq; humero sustinebant. Post Cares verò tempore longo succedente, Doros atque Iones ex insulis egredientes, in continentem sedes posuerunt. Hunc in modum Cretenses de Caribus referunt. Quanquam his non assentuntur Cares, qui se ab origines atq; indigenas esse memorant, codemq; nomine usque usque. atque apud Mylassos Iouis Carij delubrum ostentant vetustissimum, quo communiter quoque Myli atque Lydi vntuntur, vt qui Caribus sint germani. Quippe Lydiū & Myliū Caris fratres esse dicunt. atque ob id eodem vntuntur fano: at quotquot alterius sunt gentis, etiam si, Carum lingua vrantur, non tamen sacro participant. Caunij verò, quantum militi videtur indigenæ sunt, etsi ipsi se è Creta oriundos affirmant. Linguam sane aut iphi ad Caticam accommodauerunt, aut Cares ad Caunicam.<sup>3</sup> id quod xgrè diiudicari posset. At le-

<sup>1</sup> nihilominus eodem loco habentique tribus. Sed

<sup>2</sup> aliis etiam interpretationem admittit.

<sup>3</sup> Inte hos autem Cares ex insulis in continentem venerunt. Olim, &c.

<sup>4</sup> vel, quum Minoi opus erat, nauis, &c.

<sup>5</sup> Quum autem Minoi magna ditione potitus esset, prosperaque in bello fortuna vteretur, longè Catici gessi supra omnes alias celebris erat. Tribusque quas illi excogitabant, vni sunt Græci. Quippe gal.

<sup>6</sup> vel insignia, pīga uidelicet.

<sup>7</sup> ansas quoque scut. excog. Antea namq; aliquæ ansæ gestab. clypeos quicunque; illi vni soliti erant: colloque & deinde home

to circumpositi os vinculis coriaceis tenentes agitabant. Post Cares, &c.

<sup>7</sup> Haud enim certò diiudicare possum.

4 prout feruntur gradus etatis, & amicitia intercedit, ad compositiones tutam- tim conuenire vitos, mulieres ac pueros.

2 sumptis armis petulante aerem tenet hastis, ad Calynd. vsque montes peruenierunt; se expellere deos exter nos dicentes. Et hi quidem moribus. vel ritibus, huiusmodi vtruntur. At Lycij, &c. 3 & quos habebat sive cōspirationis, vel fationis, socios.

4 Sed hunc more pecuniarē habent, & cum aliis nullis conuenienter, vel comitare, quod se de nominibus matruis appellent, non partum adeo ut si quis vicinū suum roget, quis sit, recenset seipsum, & genus suū, vel genitorem, nātūrā magisq; sive matres enumeret. Adde quod, &c.

gibus videntur cum ab aliis gentibus, tum à Carum moribus multū diuersis. Nam apud illos laudissimum habetur, iuuentutē frequenter amoris gratia ad compositiones conuenire, tam viros quam mulieres atq; pueros. Sacra principio sibi constituerant extera, quorum postea pertæsi, quum patriis duntaxat videtur vtrēndū diis, Cau- niij omnis ætatis sumptis armis, sacerdotem ad Calyndicos usq; montes persequabantur, fustibus cedentes, exclaimantesq; extermos se exigere deos. Et huiusmodi moribus illi vtebantur. Lycij autem è Creta ab initio originem traxerunt. Cretam enim primū vniuersam barbari incolebant; deinde contendenteribus de imperio Europei filiis Sarpedone atq; Minoe Minos superior factus expulit Sarpedonem, eiusq; cōspiratores. Hi expulsi, Asiae regionem occupauerunt Milyada. Quam enim nunc Lycij incolunt, olim erat Milyas: & Milyç tunc appellantur Solymi. Dū igitur ipsis imperitaret Sarpedon, eo quod attulerant nomine vocabantur, & nunc adhuc vocantur à vicinis, Termilæ. Quum vero Lycus, Pandionis filius à fratre Ageo Athenis pulsus, ad Sarpedonem in Termilas abiisset, factū est temporis progressu ut de Lyci nomine Lycij vocarentur. Legibus videntur partim Cretensium, partim Carum.

4 Quanquam hoc vnum, præter ceteros homines, pro lege habent peculiare, quod à matribus nomina sibi ipsis induit. Et si quis obuium percontetur quisnam sit, quāve familia ortus, à matribus autisq; protinus genus suum repetet. Adde quod si qua ingenua seruo nuperit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui existuntabūtur: sin autem vir ingenuus, & quidem inter eos primarius, vxorem duxerit externam aut pallaciam, suscepti ex his liberi reputabuntur, minimè ingenui. Enimvero huius tempestatis Cares nullo præclaro facinore edito, ab Harpago subacti sunt. Nec 32 Cares tantum nullum ediderunt, sed nec Græci quotquot illam regionem tenebant. Tenebant autem cum alij, tum Lacedæmoniorum coloni Cnidij, quorum regio declinat ad mare appellatum Triopium. Nam quum initium Byblefir ex peninsula auspicetur, sintq; Cnidij propemodum circumflui: (eam enim partē qua boream spectat, Ceraunia inveniuntur; sive matres enumeret. Adde quod, &c. 33 in famam. vel honoribus prius

transclaudit sinus, australem verò Symmanum Rhodiumq; Erat autem mare celi quoniam quod per quam exiguum est, nempe quinq; menses summa est in orbi, Cnidij tentauerūt perfodere interea dum Harpa- stoma tota insas ionia euerteret, volentes suā ditionem in insulę formā plora- diu, ita & gere. Eratq; hic afflatus quem perfodere statuerat, ea in continen- pte qua continentē spectat Cnidia. Id ergo multa manu te definit, i- conatibus diuinis arbitror aliquid repugnasse, quod ni- stinum est, marionnes qui manū admouerent ledere, cum alias cor- que perfode- peris partes, tum præcipue oculis infellante petra, Cnidij, te strucent. id ergo mel- mulis nunciis Delphos, rogant quidnam istuc esset quod ea manu co- tacopere conatibus eorū aduersaretur. Pythia, ut ipsi refe- natis, quia runt Cnidj, ienatio verlu respondit in hanc sententiam,

*Ita non neque aggredite, neque fidece.*

*Lapides nangur inye, si plu. missit, secus sit.*

Insulam.

Quim respondisset hunc in modū Pythia, Cnidij à perfo- diendo istimo desisterunt, & inuadenti cū exercitu Har- pago, vltro sete nō cōmissō prælio dediderunt.<sup>1</sup> Pedasij qui mediterranei supra Halicarnassum colūt, alijsq; vicini ma- ximi diligētia adhibere feruntur vt eorū sacerdos Palla- tibus, cū præ- dis lacri barba habeat. id quod terillis accidisse putatur. Hi cipuē circa o- foli in Caria populi Harpago diu reluctati sūt, multūq; ne- gocij exhibuerūt, montē extruendo cui nomē Lyda. Tan- debantur. & tamen & ipsi expugnati fuerunt. Cæterūm vbi in Xan- thiūm campū exercitū produxisset Harpagus, Lycij contrā Cnid.

procedentes, pauciq; cum multis contingentes, strenuè se- gesserunt. Superati aut̄ prælio fugatiq; in urbē se recepe- rent, uxores, liberos atq; pecunias vna cum familia tota in arcē cogentes: admotoq; igne arcē vna cum cæteris rebus incenderunt. Quę vbi fecissent, ipsi regredi iure iutando se mutuo astringentes, eoq; horrendo, cū hostibus iterū con- gressi sunt, foriterq; pugnādo omnes oppetierunt. Ex Ly- cius aut̄, qui Xanthij dicuntur esse, hi omnes, <sup>2</sup> præter octo- giata quosdā, Isti q̄orum sunt conuenēt, qui octoginta tum emigrantes, superstites remanserant. Xanthum igitur mali immi- net. Quod ceter illis vbi venit. Hi soli, &c.

[*Infra, 216. hoc ipsum repetitur, & à Strabone lib. 13. ab aristotele quoq; Histor. animal. lib. 3. cap. 11. ut annotavit Paul Leop. Emond lib. 2. cap. 11. S.*] <sup>3</sup> Munito operibus monte. <sup>4</sup> sunt aduenæ, præter octoginta familias: quę tum in urbe nō erant, atq; ita superstites fuerunt. Xan. &c. Decepit autem Vallam istam, quod pro istam perperam scriptum fuisse, ma- nifestissimum est ex his proximè sequentibus, q̄d istam:

hunc in modum obtinuit Harpagus: pari modo Caunum,  
Nam Caunij Lycios insequuti sunt magna ex parte. Tum  
igitur inferiorem Asiam Harpagus euertebat superiorē i. sc.  
Cyrus, vniuersam gentē subigēs nihilq; relinquens. At ego  
in præsentia illorum gestorum pleraq; prudens omittam,  
ea duntaxat proditurus quæ illi quāplurimo considerunt  
labore, suntq; memoria dignissima. Quū igitur Cyrus cō-  
tinente vniuersam sux ditionis fecisset, Allyris bellum in-  
tulit. Assyriæ autē cum alia multa sunt magna oppida, tum  
vero celeberrimi nominis ac validissimū est Babylon, vbi  
post euersam ab ipsis Ninū, regia erat. quod oppidū situm  
est in planicie ingenti, forma quadrata, magnitudine quo-  
quouersus cētenum vicenūm stadiorū, in summa quadrin-  
gōnorū & octoginta, in circuitu quatuor laterum urbis.  
Tanta est Babylonici oppidi magnitudo, quod ita exorna-  
tum est ut aliud nullum eorū quæ nos nouimus. Iam pri-  
mūm fossa ambit alta atq; lata, aquæ plena. Deinde murus  
quinquaginta cubitorum regiotū crassitudine, ducento-  
rum celsitudine. Est autē regius cubitus, quam is quo pro  
mensura vtimur, tribus digitis maior. Operæ premium est  
me præter hęc differere in quem usum sit consumpta ter-  
ra ex fossa egesta, & quomodo fuerit murus conditus. Vt  
quidq; terrę in deprimenda fossa efferebant, ex eo lateres  
ducebant: quorum postquam magnam vim duxissent, eos  
in fornacibus coquebant. Postea cōno utentes, asphaltō  
feruenti per tricelimum quenq; laterum ordinē illuminati-  
tates atundinum instipatas conglutinabant. & primum  
labra fossar, deinde ipsum murum ad cūdein modum æ-  
dificauint super quem circa oras extruxerunt domunculas  
vnius contignationis inter se obuerias: inter quas tantum  
intercapelinis relinquebatur ut quadriga interagi posset.  
Eius per ambitum centum portæ stabant, ærex omnes,  
cum cardinibus itidem postibusque. Babylone octo die-  
rum itinere abest alia urbs nomine Is, vbi fluuius est haud  
magnus eiusdem nominis, qui se deuoluit in flumen Eu-  
phratem. Hic itaque fluuius Is vna cum aqua per multos  
reddit asphalti bituminis grumos: quæ asphaltus ad mu-  
rum Babylonis comportabatur. Hunc autem in modum  
Babylon exulta est. Eius duas sunt plaga, quas interfluit

fluuius

<sup>s</sup> exponere  
<sup>vbi</sup> sit cons.

<sup>s</sup> in effodiend-  
da ad fossam  
facienda ter-  
ra efficit.

<sup>s</sup> Quas vacat  
atundinum  
summitates  
quidam ex Co-  
rinthia inter-  
pretatur atun-  
dinum areo-  
las, sine arun-  
dineaas at eo-  
las. Super has  
autem, late-  
res siccaban-  
tur.

<sup>s</sup> portiones,  
<sup>fus</sup> partes,

Auuius nomine Euphrates, qui magnus & altus & celer, ex

33 Armeniis in rubrū mare decurrit. In hūc vterq; murus lacertos exporrigit, eiusq; incuruæ vtrinq; ripæ coctilibus latetibus promacchia prætexuntur. Ipsa vrb̄ plena dominibus est ternarum quatenarumque contignationum levata in vias cum rectas, tum vero trāuersas, quæ ad flumen pertingunt: ad quarum singulas pro numero vicorum portulæ factæ sunt in maceria quæ flumen sepebat, & ipsæ æreæ, & ad flumen idem ferentes. Et hic quidem murus lorica est. Alius vero: intus non multo quam hic debilior, sed exilior, inque vtriusq; ciuitatis plague medio murus est erectus, quorum hic regiam comprehendit ambitu prægrādi atq; valido: in altero vero Louis Bcl templum æris portis, id quod mea etiam nunc aetate existit, duorum undecunq; stadiorum amplitudine, figura quadrata. In sacri medio turris solida, crassitudine simul & altitudine stadij, cui alia rursus superimposita turris, & huic subinde alia, ad octauam usque. His foris fecus scalæ sunt in circuitu adhibitæ, per quas ad singulas conciduntur turres. In mediis gradibus ductus, sellæque in hoc factæ, in quibus ascensuros liceat sedere ac conquiescere. In postremo turri facellum est aliud, in quo lectus est splendide stratus, & apposita mensa aurea. Statua tamen in hoc facello nulla est: neque hic noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem unam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, uti narrant Chaldæi hiūus dei sacerdotes. Narrant enim illi (tametsi mihi parum credibilia refertur) deum ipsum ingredientem templum, in hoc cubiculi conquiescere, perinde atque Thebis Ægyptiacis, ut servunt Ægyptij. Ibi enim in Thebani Louis fano mulier quoque cubat: quæ vtraq; mulier cum vitis putatur non habere consuetudinem: sicut etiam dei antistita Pataris Lycriæ ciuitate, quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuò: ubi autem id futurum est, antistita noctu in templum concluditur. Porro in Babylonis templo aliud etiam est facellum inferius, quod magnam habet Louis statuam, eamq; auream<sup>2</sup>, ponè mensam, & ipsam auream, simul & sustentaculum cum sella, omniaq; aurea: adeo ut Chaldæi ostingentorum tasctorum auri

<sup>1</sup> incuruæ ri-  
pæ pro ini-  
cipiatur: qua  
vox sonat in-  
curuatur, sed  
reptatio.

<sup>2</sup> templi

<sup>3</sup> in med. ge.  
statio.  
<sup>4</sup> ascendentes  
<sup>5</sup> quartū mu-  
lierū veraque  
cum v.

<sup>6</sup> intellige.  
Quando cosin-  
gū ut antistita  
debeat fungi  
mancere.

<sup>7</sup> Potto illo  
Bab.

<sup>8</sup> magnū ha-  
bet Louis si-  
mulacrum fe-  
dens; vel te-  
dens, legēdo  
ng. impiss.

<sup>9</sup> & illi ma-  
gnamēla ad-  
iacet aures:  
cuius scamnū  
& sella sunt  
ex auto.

opus extimet. Extra sacellum altare est, & ipsum aureum,  
 atque præter hoc, aliud altare ingens, in quo integræ æta-  
 tis hostiæ immolantur : quandoquidem supra auctum  
 illud non licet hostias mactare, præterquam lactentes. In-  
 super in hoc maiusculo altari Chaldei quotannis centum  
 millia talentorum libanoti adolent, quando hunc suo deo  
 sacra faciunt. Eratque in hoc templo etiam dūm illo tem-  
 pore statua duodecim cubitorum è solidō auro; quanquā  
 ego hanc non viderim, sed ea refetam quæ a Chaldaeis re-  
 feruntur. Hanc statuam Darius Hystratis filius, insidiōse  
 captans, non ausus tamen fuit diripere : sed quam postea  
 Xerxes Darij filius abstulit, sacrifico, qui prohibuerat sta-  
 tuam loco diuouendam, interempto. Atque illud tem-  
 plum hoc pacto constructum fuit ornamentis : etiam si alia  
 sūnt peculiaria pleraque eiusdem donaria. Huius Baby-  
 lonis multi quoque aliquando reges extitēr, (quorum in  
 exponendis rebus Allyris mentionem faciam) qui & mu-  
 ros ornauerunt & templa: & inter eos duæ fœminæ. Has  
 prior, quæ quinque ætatibus ante posteriorem regnauit,  
 vocata est Semiramis. Hæc per planitatem aggredes extru-  
 xit spectaculo dignos, quum antebac flumen eam omnem  
 restagnare solitus esset. Posterior regina, Nitocris nomi-  
 ne, extitit superiore solertior, cuius cum alia monumenta  
 extiterunt, quæ ego commemorabo, tum verò hoc, quod  
 animaduertens imperium Medorum ingens ac pacatum,  
 subactaque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præ-  
 muniuit se omnibus quam potuit maximè. Ante omnia  
 fluum Euphratrem, qui prius medium ipsorum urbem  
 interfluens, rectus erat, tortuosum reddidit, fossis superius  
 depresso, adeo ut quandam Assiriæ pagum, nomine Ar-  
 tericam, ter influat, & qui nunc è mari per Euphratrem Ba-  
 bylonem versus subuehundatur, ter ad hunc eundem pagum  
 applicent, idque triduo. Et hinc quidem talem reddidit.  
 Aggerem verò ex utroque fluminis labro aggeslit visu  
 mirandum, tantæ est & magnitudinis & sublimitatis.  
 Multo supra Babylonem, aliquantulum seorsum à flumi-  
 ne, effudit paludis eluuiem, profunditate quidem ad a-  
 quam usq; semper ducta latitudine verò eius quoquouer-  
 sus trecentorum viginti stadiorum. Hæc fossitia humus  
 ad flu-

4 paludis re-  
 ceptaculum.  
 5 id est. Quæcum  
 aqua fodendo  
 inueniretur.  
 6 quadringé-  
 totum vig.

ad fluminis ripas aggesta est. Quem locum ubi depresso, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo, ut flumen flexuolum & lacuna tota, fossa esset, ideo fecit, ut fluvius per multos anfractus retentus, sedatior mearet, & navigationes Babylonem versus essent tortuosa, & ex plis nauigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur.

<sup>1</sup> Ad hæc, quæ cunque erat regio ad invadendum opportuna, & compendiaria ex Medis via, hanc interlepsit, ne Medi commercio Alsyriorum ipsius negocia cognoscerent.

<sup>2</sup> Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Ceterum ex eis

<sup>3</sup> talen fecit cōmunitationem: Quum sit vrbis in duas dirempta regiones, fluuium medium tenete, quoties aliquis ex altera in alteram regionem transire volebat sub regibus superioribus, is necesse habebat nauigio transire: quod erat (ut reor) molestum. Huic autem etiam rei ista prospexit. siquidem ubi effodit effluuiū paludis, aliud opere eodem monumentum sui reliquit. Lapidés prægrandes incidit, qui ubi parati fuerunt, & locus depresso, in locum ipsum quem depresso, omnē fluminis cursum auertit. Quilo-

cus effossus dum impletetur, interea pristino alueo arefacto, oras fluminis intra urbem, ac descēsus qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus, eadē qua mu-

ros ratione. extruxit item circa mediā fermē urbem pon-

tem ex iis quos effoderat lapidibus, ferro eos ac plumbo

deuinciens. Hunc subliciis quadratis, per quæ Babylonij

transirent, interdiu committebat, easdem noctu tollebar:

Hac videlicet causa ne per noctem trâlentes inutua furtu

exercerent. Vbi porro lacuna repleta fuit flumine, & opus

pontis exornatū, tunc fluum Euphratē ex palude in pri-

stimum alueum reuocauit: atq; ita palus quam effoderat,

<sup>4</sup> vita est necessariò facta, & pons in usum cuiū extuctus.

Eadem autem regina hunc etiam machinata est dolum:

Supra portas vrbis celeberrimas, loco edito atq; cōspicuo,

sepulchrum sibi extruxit, atque his literis inscripsit, sic vi-

REGVM BABYLONIS POST ME FVTVRORVM

FVERIT PECVNIAE PENYRIA, APERTO SE-

PVLCHRO SVMITO QVANTVM CVNQVE LIBVE-

RIT PECVNIAE. NE TAMEN NISI INDIGVERIT,

ALIOQVS APERITO. NON ENIM IN REM

<sup>1</sup> Hæc autem extruxit qua parte adit' erat & vix cōpēdia quæ ex Medis ducēt: ne Medi, &c.

<sup>2</sup> Et his quidem munitionib. ab imo usq; vrbē cōcundedit. Sed & has munitiones obliterat ad hunc usum accommodavit: Quum sit. &c.

<sup>3</sup> receptacu-

lum

<sup>4</sup> comperta fuit. opportunity facta: & pons. &c.

**EIVS FVERIT.** Hoc sepulchrum tam diu fuit immotum dum regnum peruenit ad Darium. Is indignum esse ratus seneque uti quippiam his portis, ( ideo autem non vtebatur, quod supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas quidem ipsum prouocantes, reseruit monumentum : in quo nō quidem pecunias inuenit, sed literas ita dicentes, NISI RECVNIAE ESSES INEXPIEBILIS ET TVRPIS LVCRI CYPIDVS, DEFVNCTORVM SEPVLCHRA NON APPERVISSES. Talis extitisse hac regina memoratur. Aduersus cuius filium Labynitum, patris nomen & Assyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. <sup>1</sup> Dicit autem rex magnus exercitum, probè domi cōparata re Iumentaria atque pecuaria. Portatur etiam aqua ex flumine Choalpe, Susa præterfluēt, ex quo uno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaspis aquam decoctam, & in argentea vase diffusam, ferentes permultæ catruæ quatuor rotarum, mulistrabentibus, assidue comitantur quounque ille proficiat. Cyrus igitur Babylonē tecadens, ubi venit ad Gyndem amnē (qui in Mantienis ortus montibus, <sup>1</sup> per Dardanos in Tigrini alterum amnem fuit, qui Opin urbe in præterlabēs, rubro infunditur mari ( conabatur hunc trahi, quum non posset nisi nauibus traxi. Interim ei quidam è sacris equis candidis petulanter ingressus fluuium, transire conabatur. Hunc fluuius verticibus contorquēs, submersum abripuit. Cyrus autem per quam ægrè ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus est, se sic redditum euni tenuem ut in posterum facile vel a mulieribus transiri posset, ne genua quidē tingentibus. Hac minatus, expeditione in Babylonem intermis sa, copias suas bifariam diuisiit. Dehinc aluos ad funiculum designauit centenos & octogenos, utrinqe ad Gynidis labra omnino conuersos: quos distributis copiis effodi iussit. Et opns quidem, ut quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamen in eo faciendo eam æstatem triuerunt. Cyrus ergo quum Gyndem multaslet in trecentos & sexaginta viuos diductum, & alterum ver illuxisset, ita porrò ire Babylonem pergit, Babylonis cum producio exercitu præstolantibus. Qui, ubi proprius urbem ille promovit,

<sup>2</sup> quod trāfīens habitus est. Et cadaser supra caput suum sicut.

<sup>3</sup> sed cadaser, & literas quibus hoc dicebatur:

<sup>3</sup> *Hæc verba, Dicit autem rex, &c. usque ad. Cyrus igitur, &c. paulo inferius videntur collectanda.*

<sup>4</sup> per Dardeos. *Darnā amm numerat Ptolemæus inter Assyria urbes mediterraneas.*

mouit, cū cocōfixerunt, p̄xlioq; fugati, in oppidū compulsi fuerunt. Ij tamen, quia Cyrum iam pridem animadueterant inquietum esse, viderantq; omnes pariter gētes aggredientē, comportauerāt permultorum annorū commeatus: ideoq; tunc obsidiōrem nihili faciebant. Et Cyru<sup>s</sup>, quum iam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, inops consilij erat. Tandem siue alius ei anxius suggerit, siue ip̄sū in mētem venit quid in rem esset, sic statuit faciendum: Instructis vniuersis copiis partim quā fluvius urbem ingreditur, partim à tergo qua egreditur, precipit ut, quum cernerent alueum posse transīti, illac urbem inuaderent. Ita instructis atq; admonitis suis, cum iniunctio exercitus parte abiit ad paludem. Eò vbi petuerit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, eadem & ipse fecit.<sup>1</sup> Nam reuocato flumine, alueum eius pristinum vado trātibilem reddidit. Quod quū ita factum esset, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueum vnde fluius Euphrates abscesserat,<sup>2</sup> mediorum ferè femorum tenus fortiter Babylonē introierunt. Quos Babylonij, si factum Cyri prius aut audissent aut sensillent, haud dubiè contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conscientisq; septis, ipsi pro ripis stantes illos progressos veluti in canea excepissent.<sup>3</sup> Nunc ex inopinato eis Persæ astiterunt: & quum capti essent qui media vrbis incolebant Babylonij, propter eius tamen magnitudinem non sentiebatur (ut fertur) ab iis qui circa extrema hababant. Sed quod forte dies festus eis esset, exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec planè hoc relinquerunt. Atque ita primo capta est Babylon. Cuius ciuitatis quanta sit potēcia, cum ex aliis multis declarabo, rūm vero ex hoc. Quum regi magno omnis plaga cui imperat, sit distributa in ipsius atq; exercitus eius alumentum, p̄xter tributa, ex duodecim quibus annus constat mensibus, quaruor regio Babylonica, octo reliquis cum omnis Alia alit. Ita huius regionis potentia tertiam Aliae partem aequiparat, & eius principatus, (quem satrapiam Persæ vocant) omnium prouinciarum longè est optimus, adeo ut Tritarchus Artabazi Elius (qui pro rege tribu-

<sup>1</sup> Nam flumis in paludem sine flagrum, duca tollā immisso, pristinum eius alueum, flumio subsidente, vel abscedente, per unū redit.

<sup>2</sup> mediorum femorum tenus, ad summum fortit.

<sup>3</sup> ingredi ne permisicat, sed pess.

<sup>4</sup> Nunc ex inopinato illis Persæ superuerunt. Tantaque vrbis erat magnitudo. ut quemadmodum battant accolæ) quū capti essent qui extremas vrbis partes incolebant, ij qui medium vrbē incolebant, id nescire. Sed quod, &c.

<sup>5</sup> Intelligit, sanguini regionib. indies solitum quid alio regi & eius copiam persoluerent.

<sup>6</sup> ( quem rex huic traxi p̄ficerat.

1 Atque hæc cum hoc exigebat ) singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Est autem artaba mēlita Persica, capacior quam Atticus medium, tribus chenicibus Atticis. Adhæcerant ei peculiare equi, præter bello destinatos, admissarij octingenti, cum equarum a quibus admittabantur, sexdecim millibus nam singuli à vicenis admittabantur. Præterea canum Indorum tanta alebatur multitudo, ut ad præbēda eis cibaria, quatuor in eadem planicie magnoi vici attributi essent, aliorum tributorum immunes.<sup>1</sup> Atque hæc præsidis Babylonis peculiaria erant.

2 Porro in Assyriorum regione parum pluit: & hoc sp̄ium est q̄ frumentū rabi cē alit: s̄ leges tamen fluui rigata, ut l̄cti oī, prouenit que. &c.  
\* celonis, si. & toluoni- bus S.

3 id est. Ad solitū hibernū.

4 pertinet autem ab euphite q̄ longè præstissima est ferendo quidem certe frumento. Nam alioqui arbores ne ab initio quidē ferre possint: vel ut ficum, vi- rum, olea. Ceteris, &c.

5 In quam au- te altitudine milium & se- fiamum arbo- rescant, eti probè nō tam id nō referam: quū sc̄iā, n̄s qui n.

6 producūt,

tum hoc exigebat ) singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Est autem artaba mēlita Persica, capacior quam Atticus medium, tribus chenicibus Atticis. Adhæcerant ei peculiare equi, præter bello destinatos, admissarij octingenti, cum equarum a quibus admittabantur, sexdecim millibus nam singuli à vicenis admittabantur. Præterea canum Indorum tanta alebatur multitudo, ut ad præbēda eis cibaria, quatuor in eadem planicie magnoi vici attributi essent, aliorum tributorum immunes.<sup>1</sup> Atque hæc præsidis Babylonis peculiaria erant.

' nisi (quum ipse inspiciundi gratia ad Elephantinam usque urbem profectus sum) quiddam longissima narrationis, quod ex fama illuc iam inquirendo accepi, cum ab urbe Elephantina ad superiora esse locum acclivem, ubi necesse sit, nauigio utriusque alligato, tanquam boue, pergere: & si funis abrumpatur, abire nauigium, rapiente humum impetu. Abesse autem hunc locum quatuor dierum nauigatione: essecque ibi Nilum tortuosum veluti Mæandrum, & duodecim Ichænorum, per quos hunc in modum nauigare oportet, & postea peruenire planum in locum, ubi sit insula Nilo circumflua, nomine Tachompho. Ab Elephantina desuper iam Aethiopes incolere & diuidium insulæ: nam alterum diuidium incolere Aegyptios. Insulam contineri ingenti stagno, accolentibus circum Aethiopibus pastoribus: in quod è Nilo subiectus, peruenias in alcum qui in stagnum diffunditur. Deinde egrellus, itinere pedestri quadraginta dierum pergas propter humen. nam in Nilo acutos lcopulos existere & laxa frequentia, per quæ nauigare non licet. Per agrato quadriginta diebus eo loco, alterum rursus ingressus nauigium, duodecim diebus subucheris, dum venias in oppidum magnum nomine Meloen, quæ fertur aliarum urbium esse metropolis. Cuius incolæ solos deorum colunt Iouem & Liberum, eosque magnopere venerantur. Ioui etiam constituerunt oraculum, cuius relpons, postea quam iubentur, & quocunque iubentur, eò sumant expeditionem. Ab hac urbe, intrant tandem temporis intra quantum ad ipsam ex Elephantina peruenit, nammodo peruenies ad Autonomulos, id est transiuga, quibus nomen est Almach: quod verbum

bum Græca in lingua idem pollet quod Sinistræ regiæ assistentes. Isti quum essent Ægyptij bellatores, ducenta & octo millia, ad hos Æthiopes transire hac de causa: Sub rege Psammeticho fuerant in præsidis collocati, \* alij ad urbem Elephantinam & ad Daphnas Pelusias aduersus Æthiopes, alij aduersus Arabes & Syros, alij ad Maream aduersus Libyam (Quibus in locis, quemadmodum sub rege Plammeticho erant, ita mea ætate Periarum præsidia excubabant. nam & apud Elephantinam & apud Daphnas Persæ excubias agunt.) Quum igitur triennium in præsido fuissent Ægyptij, neque illinc ab aliquo dimitterentur, communivli consilio, à Plammeticho ad Æthiopiam sibi transendum putauerunt. Quos re audita, Plammetichus insequutus, ubi est asequutus, multis verbis obsecrabat, vetabatque patrös deos ac liberos vxoresque deserere. Ibi quidam illorum fertur ostensu retro dixisse, ubiunque id esset, tibi & vxores & liberos fore. Hi posteaquam in Æthiopianum profecti sunt, scilicet Æthiopum regi tradiderunt: quos ille ita remuneratus est. Erant ei nonnulli Æthiopum aduersarij, quorum terram eripientes illos iussit incolere. Æthiopes his colonis inter se collocatis, facti sunt manluctores, moribus Ægyptiacis imbuti. At quatuor igitur mensium partim navigationem, parum iter, cognoscitur Nilus: præter id quo fluit per Ægyptum. Tot enim menses in summa reperientur impendi ab iis qui ex Elephantina ad hos Automolos pergant. Fluit autem ab heltero & occasu: deinceps quid sit, nemo potest pro comperto narrare. est enim deferta præferuore earegio. Accepitamen hoc ex quibuidam Cyrenaïs, qui se ad Ammonis oraculum ille commemorarent, colloquitosque cum Eearcho Ammoniorum rege, & ex aliis sermonibus deuenisse in confabulationem de Nilo, cuius nemo nosceret fontes: Eearchumque narrasse, aliquando quosdam ad le venisse Nasamonas, quæ gens sit Libyca, Syrtim incolens, & oram Syrtis quæ vergit ad autoram, non multum supra Syrtim. Eos, quum venissent, interroganturque nunquid amplius habuerent quod referrent de Africæ desertis, retulisse, apud te fuit-

\* Franc. *Im*.  
*in Eſtiam, p.*  
68. *Graca sic*  
*distinguuntur*  
*'ΕλιΦαντίη*  
*πόλεις πρὸς Αἴ*  
*Γιόνα, καὶ εἰ*  
*Δαφνοῖς τῆ-*  
*τι Πηλαπ-*  
*ησιν ἀλλα*  
*πρὸς Αἴγυπτο-*  
*ν, π. καὶ Κ-*  
*ατυχεῖς id*  
*est, alij ad ur-*  
*bum Elephan-*  
*tinam. Αἴθι-*  
*οπibus oppo-*  
*siti: alij ad*  
*Daphnas Pe-*  
*lusias, oppo-*  
*siti Arabibus*  
*& Allytis. §:*

i non lo-  
ge percutan-  
ti. vel progre-  
sione. l.o., q.

se quosdam virorum præpotentium filios petulantes: eos  
quum in virilem ætatem adolecissent, cum alia superua-  
cua fuisse machinatos, tum vero ex sese quinque sortitos  
ad inspiciendas Libyæ solitudines, & si quid amplius cer-  
nerent quam iij qui longissima inspexissent. Oram enim 45  
maritimam Libyæ aquiloni obnoxiam Libyas & Libyam  
permultas gentes ab Ægypto incipientes omnem obti-  
nere usque ad promontorium Soloentem, quod Libyam  
terminat, præter id demum quod aut Græci obtineant,  
aut Phœnices: ac supra maritimam oram, & eos qui ad  
mare incolunt, feris vltiora habitari: at quæ vltiora  
sunt parte à feris habitata, arenola esse, vehementerque  
arida, ac priorsus vasta. Igitur eos iuuenes ab æ qualibus di-  
missos, aqua atque cibariis probè instructos, primum per  
regionē hominibus habitatam perrexisse: hanc germen-  
flos, in illam à feris habitatam peruenisse. Ex ea per solitu-  
dines iter fecisse ad ventum zephyrum: peragatoq: multo  
spatio fabulosi loci pluribus sanè diebus, atpexisse de-  
mum arbores in planicie quadā enatas, ad easq: accessilie  
ac fructum qui inerat decerpisse, eisq: inter decerpendum  
superuenisse quosdā infra mediocrem virorū staturam pu-  
fillos: quorū linguam Nasamones nō intelligerent, vt nec  
ipsi Nasamoni. Et ab his deprehensos ductosq: fuisse per  
maximas paludes: atq: illas transgressos peruenisse in vrbē  
in qua vniuersi forent æ quali statuta illis qui adduxissent,  
colore nigro. Eam vrbem præterlabi grande flumē, ab he-  
spero ad orientē solem fluens, in quo cōspicentur croco-  
dili. Hactenus à me sermo Ammonij Eearchi cōmemo-  
ratus sit: nisi quod is aiebat Nasamones (vt Cyrenæi refe-  
rebāt) reuertisse, & eos homines ad quos illi peruenissent,  
omnes esse fallaces. Flumen autem quod præterfluebat,  
*impostores, vel præfigia-*  
*tores.* & Eearchus coniectabat Nilum esse & ratio sic dictat.  
Ex Libya enim Nilus fluit, eamque medianam secat: & (vt  
ego ex aperte signata coniecto) pari tractu atque Ister me-  
at. Ister namque fluere incipiens à Celtis atque vrbē Pyre-  
ne (Celtæ autem sunt extra cippost Herculis, Cynæsiis finiti-  
mi, omnium in Europa ad occasum habitantium vltimi)  
medianam Europam scindit: totamque per mepliis quam  
Istriani Milesiorum coloni incolunt, mari Euxino finitur.  
Et Ister

\*Et ister sicut enim per terram habitatam inter primos cognoicitur: de Nili vero fontibus nemo habet quod refert: & merito, ut poterit Libya per quam fluit, deserta. De eius fluxo, qui non potuit longulime repetendo narrari, dictum est. ex autem in Aegyptum. Porro Aegyptus montane Cilicia fore opposita est. Hinc recta ad Sinopen in ponto Euxino sitam, quinque dierum est reckum iter viro expedito. Sinope autem istro mare irrumperi ex aduersio est sic. Ita Nilas totam permeans Africam, videtur mihi xquiparandus istro. Hacenus de Nilo dictum sit.

Verum ister à multis cognovit, quippe qui per terram habitatam sunt.

Venio ad plura de Aegypto referenda: quia plura quam alia omnis regio mirabilia habet, & praeter omnem regionem exhibet operariorum maiora. Horum gratia plura de ea commeniorabuntur. Aegyptij, quemadmodum & cœlo eorum & flumine diuersam ab aliis naturam ostendente, ita ipsi pleraque omnia a ceteris hominibus diuersa constituerunt & instituta & iuta. Apud hos fœminæ quidem negotiantur cauponanturque, & institutis operis vacant: viri autem intra domos texunt. Alij villum subtegminis defuper trahunt, Aegyptij subter. Onera viri capitibus, fœminæ humeris bauulant. Fœminæ stantes min-  
guunt: viri sedentes. Domi ventrem exonerant, foris in viis comedunt: reddentes rationem, quæ sunt turpia, sed necessaria, ea in occulto fieri debere: palam vero, quæ non sunt turpia. Mulier neque dei neque deæ villa facerdos est, sed viri deorum omnium & dearum. Alendi parentes filii nulla nolentibus fibibus, etiam si nolint, summa necessitas est. Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in Aegypto derasi. Apud alios ritus est, statim in funere proximi capita deglabrare: Aegyptij in funeribus sinunt capitisci res augeantur, barbam tamen tondent. Apud ceteros mortales vietus à feratum secretus est confortio, Aegyptij cum fetis vescuntur. Alij frumento atque hordeo victitant, Aegyptiis viquitare iis quæ ex his facta sunt, maximo probro est: sed cibis è farre confectis, quod quidam filiginem appellant. Consperionem pedibus, luto manibus subigunt. Virilia, alijs talia relinquunt quæ ha natura sunt, præter eos qui ab istis didicerunt: Aegyptij circuncidunt. Viribus vestes habent, fœminæ fin-

<sup>2</sup> Apud alios homines morte recepti est ut in luctu statim capita condeantur ab iis quos poussimum iatrigit: at Aegypti, in morte suorum habent capitis barbam plos crescere, quæ alioqui ante mortis suetint.

Apud ceteri viquitate his, maximè probrosum est, sed ex olyris cibaria conficiunt, quas alijs zeas appellant.

<sup>4</sup> Fatinam aqua macerata subigunt pedibus, luto autem manibus tubigunt, & insdem iterum accipiunt. Tortasse autem interligunt luto ex quo intritam conficiunt, quæ Gallo mortice

gulas. Alij velorum ansulas & funes extrinsecus assuunt, Ægyptij intrinsecus. Græci literas scribunt & calculis computant a sinistro in dextrum manum ferentes, Ægyptij a dextro in sinistrum: & hoc facientes iugis in dextrum, Græcos facere in sinistrum. Literis bifariis utuntur quarum unas, sacras vocant, populares alteras. In deos supramodum supraque omnes homines religiosi sunt, talibus moribus utentes: Aheneis in poculis potant, singulis ea diebus extergentes, non eorum aliquot, etiam aliquot non: sed uniuersi. Linea ferunt vestimenta leviter recens abluta, huic rei præcipue vacantes. Virilia circumcidunt munditiæ gratia pluris facientes se mundos esse quam decotos. Sacerdotes tertio quoq; die totum corpus eraduunt, ne quis pediculus deos colentibus aut alia sordes creetur. 46  
¶ byblinoſ  
2 bñ: dñs, non  
t̄s.  
3 Sunt qui ſacrificia expo-  
nunt, alijs panes  
ſacros.  
4 Videntur ali-  
ud legiſſe quam  
habent vñl. g.  
edit.

Iidem vestem tantummodo lineam, calceos papyraceos gestant: nec aliam vestem aut alios calceos induere eis fas est. Lauantur quotidie frigida, interdiu ter, noctibus. Alias præterea ceremonias propè dixerim infinitas exercent. Qui etiam non exiguis afficiuntur commodis. nam neque è re domestica aliquid conterunt, neq; impendunt, sed eorum singulis quotidie cibi sacri cocti præsto sunt, & carnis bubulæ & anserinæ satis abundeque. Vinum quoque vineale illis datur. De piscibus gustare nefas est illis. Fabas Ægyptij in sua terra nec admodum ferunt, nec eas quæ prouenerint, aut crudas aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes verò ne aspicere quidem eas sustinent, arbitrati haud mundum illud legumen esse. Initiantur non sigillatum cuique deorum sed gregatum: quorum unus est pontifex, ubi quis defunctus est, filius eius subrogatur. Boues inares, Epaphi esse censem: eaque de re hunc in modum explorant: Si pilum in eo nigrum vel unum vident, nequam mundum censem: Explorat autem hæc sacerdotum aliquis ad id constitutus, pecude cum stante & erecta, tum etiam resupinata: lingua etiam exerta explorans an pura sit iis signis quæ ego alio referam in libro. Inspicit & caude pilos, nunquid eos habeat secundum naturam procreatos. Eum, si fuerit his omnibus mundus, notat alligato cornibus byblo: deinde applicata terra sigillati anulo impressa abducitur. Nam immolanti eo sigillo non notatam,

tatam, perna motte lancita est. Et hunc quidem in mo-  
dum pecus exploratur. [Sacrificanda autem is eis est ritus:  
Pecude quæ obligata est, ad aram vbi immolatur abdu-  
cta, pyram incendunt; deinde supra pecudem libato con-  
tra templo vino, ac deo invocato, eam mactant: ' ma-  
Etatæ caput alportant in forum, si nundinæ sunt, & eis  
Græci negotiatores adfuerint, atque illis vendunt: qui si  
non adfuerint, in flumen abiciunt. Execantur autem ca-  
pita in hæc verba, ut siquid malum aut ipsi immolatibus aut  
vniuersi Ægypto futurum sit, si in caput hoc conuertat-  
tur. Eodem porro ritu circa capita pecudum immolanda-  
rum, & vini libanina, omnes pariter Ægypti in omni-  
bus templis utuntur. Atque ex hoc ritu sit ut nemo Ægy-  
puorum de capite ullius animalis degustet. Et tamen fa-  
ctorum delectus, & aliis apud alia templa adolendi mo-  
dus ab eis institutes. Quam igitur deani maximum esse  
centiant, & cui maximum festum celebrent, iam nunc di-  
cam. Postea quam vapulauerunt pridie feti, atque obdor-  
mierunt, bovem immolant, cumque corio exsunt, & alio  
tota vacuant. Intestina intra ventrem adipemq; linquunt,  
crura truncant, & extremos lumbos armosque, ac cerui-  
cem. His actis, reliquum bouis corpus stipant patibus  
puris, & melle, & vua passa, & fiscis, & thure, & myrrha, at-  
que aliis odoribus. Vbi hæc infarctent, adolescent, multum  
vini oleique intundentes: ieunii tamen priusquam sacri-  
fient. Dum sacrificium ardet, omnes verberantur. Post-  
ea quam vapulauerunt, dapes ex sacrificij reliquis propo-  
nuntur. Boues mares eosdemque mundos, ac vitulos vni-  
uersi Ægypti immolant: at foeminas eis immolare non  
licet, utpote Iridi consecratas. Nam Iridis simulacrum  
muliebre est, bubulis praeditum cornibus, quemadmo-  
dum Io Græci describunt. Bouesq; foeminas omnes iti-  
dem Ægypti venerantur ex omnibus pecudibus longè  
plurimum: eoque nemo Ægyptius Ægyptiave Græ-  
ci viri aut os suauaretur, aut cultro, vel veru, vel olla il-  
lius vteretur, aut pura bouis carne Græco cultro incisa ve-  
sceretur. Boues qui demortui sunt, hunc in modum sepe-  
sunt: Foeminas quidem in flumen abiciunt, mares au-  
tem in suburbatis singuli defodiunt, uno aut altero cor-

i supra ha-  
stam  
mactat &  
caput, ampu-  
tare. & reli-  
quum corpus  
excoriare. Ca-  
piunt autem il-  
lus multa im-  
peccati, aspor-  
tant. Aspor-  
tant, inquam  
in foro qui-  
dem illi qui-  
bus foro est,  
& apud quos  
mercatores  
Graci diuer-  
santr, ibique  
illis vendac:  
illi vero qui-  
bus non ad-  
fuerint Gre-  
ci, in flum.

¶ & precati  
sunt ~~regni~~  
~~Eortus~~, pro  
quo aliud legis.  
¶ omnes se-  
ipsoe verbere-  
tant. Potius  
autem verbere-  
rare deliciunt.  
dapes. &c. In  
vulg. edit. hu-  
mum interpret.  
Valla epulaue  
rūc legitur pro  
vapulauerūt,  
seu emplacare  
runt.

nu extante, signi gratia. Vbi cōputruerunt, & statum tem-  
pus aduenit, præsto est ad singulas vrbes nauis ex intula  
nomine Prolopitide, quæ est in Delta, habetque nouem  
schœnorum ambitum. In qua cum aliæ sunt frequentes  
vibes, tum ea vnde proficiscuntur naues ad ossa tollenda,  
nomine Atarbechis, vbi templum Veneris extructum est.  
ex qua vrbē alij permulti vagantur in alias vrbes. Vbi au-  
tem effoderunt ossa, asportant, eaq; uno in loco cuncti te-  
peliunt. Quem potro in modum boues, in eundem de-  
functa alia pecora sepeliunt. ita enim apud eos circa hæc  
legibus comparatum est. nam ne hæc quidem interinunt.

**X**Ceterū qui Iouis Thebanū templū incolunt, aut The-

banæ prouinciae sunt, iij omnes ab ouibus se abstinentes,  
capras immolant. Non enim eisdem deos similiter co-  
lunt vniuersitati Ægyptij, præter Hlidem & Osirin, quem Bac-  
chum esse aiunt. hos perquam vniuersitati colunt. Qui verò  
Menderis templū obtinent, siue Mendebiæ prouinciae  
sunt, hi capris abstinentes, immolant oves. Itaque Theba-  
ni, & quicunquæ propter illos ouibus parcunt, aiunt ideo  
sibi conditam hanc legem, quod lupiter, quum ab Hercu-  
le cernere cum volente, cerni nolle, tandem exoratus hoc  
commentus sit, ut amputato arietis capite, pelleque villo- 47  
sa quam illi detraxerat, induta sibi, ita scelere Herculi ostendebet: & ob id Ægyptios instituisse Iouis simulacrum fa-  
cere arietina facie: & ab Ægyptiis Ammonios accepisse,  
qui sunt Ægyptiorum atque Æthiopum coloni, & lin-  
guam inter utrosque usurpantes. Quietiam mihi videntur  
ideo se Ammonios cognominasse quod Ægyptij Iouem  
& Ammonem appellant. Ob hanc rem arietes non ma-  
stantur à Thebanis, sed eis sacrosancti sunt. Certo tantum  
die quotannis in festo Iouis, vnum demum arietem ob-  
truncant, cuius pellem detractam, hunc in modum Iouis  
simulacro induit: ad illudq; deinde aliud ducunt Herculis  
simulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templū sunt,  
arietem verberant, deinde sacra eundem vna sepeliunt.  
**X**De Hercule autem hunc ego audiui sermonem, quod sit  
vnuis ex diis duodecim. nam de altero Hercule quem Græ-  
ci norunt, nulla in parte Ægypti quippiam potui audire:  
qui nomen non Ægypti a Græcis acceperunt, sed Græ-  
ci po-

ci potius ab Aegyptiis, & iij quidem Græci qui hoc nomen  
filio Amphitryonis imposuerent. Quod ita se habere, cum  
multa mihi indicia sunt, tum verò illud, quod huius Herculis  
verque parens, Amphitryon & Alcinena, fuerunt ab  
Aegyptiorumundi: & quod Aegyptij negant se aut Neptu-  
nus aut Tyndaridaruin nomen nosse: neque hos deos in- Dioscaro-  
ter ceteros admirerunt. Quod si nomen draconis ullius tum  
à Græcis mutuati essent, non minus, immo vel magis isto-  
rum mentionem fuissent habituri: si etiam tunc nauicu-  
lariam exercebant, & ulli Græcorum nauicularij erant, ut  
credo, & mea fert opinio. Istorum igitur potius deorum  
quam Herculis nomen Aegyptij percepissent. Atqui vetu-  
stus quidam deus est apud Aegyptios Hercules, & (ut ipsi  
aiunt) decem & septem annorum millia sunt ad Ainalin  
regem, ex quo Herculem ex octo diis, qui duodecim e-  
runt, vnum esse arbitrantur. Quibus ego de rebus certior  
fieri cupiens, a quibus possem, in Tyrum Phœniciarum ur-  
bam nauigavi, quod ibi templum Herculis esse audirem:  
quod & vidi opulenter exornatum cum aliis multis do-  
nariis, tum verò duobus cippis, altero ex auro excocto,  
altero ex lapide smaragdo maiorem in modum splenden-  
te per noctem. Veniensque in colloquium cum dei sacer-  
dotibus, percontabar quantum temporis foret ex quo id  
templum fuisset extructum: sed competi ne hos quidem  
congruere cum Græcis, quippe dicentes ab urbe condita  
fuisse dei templum pariter extructum: esse autem à Tyro  
condita annorum duo millia ac trecentos. Vidi præterea  
Tyri etiam aliud Herculis templum cognomine Thasij.  
Quinetiam in Thasum profectus sum, vbi inueni tem-  
plum à Phœnicibus conditum, qui ad inuestigandā Euro-  
pam nauigantes, Thasum condiderunt: quod quinque vi-  
torum extatibus prius fuit quam Hercules Amphitryonis  
in Græcia existet. Hæc quæ commemorantur, planè de-  
clarant Herculem vetustum deum esse. eoque videntur hi  
rectissimè facere à Græcis, qui bifaria Herculi templo a-  
dificanda colendaque censuerunt. vni quidem ut immor-  
tali, cognomine Olympio, immolantes: alii verò, ut he-  
roi, parentantes. Alia quoque multa inconsideratè Græci  
loquuntur, quorum & hæc incepta fabula est, quam de

z ex quo è  
dus octo fa-  
ci fuissent  
duodecim;  
quorum vnu  
Hercule cen-  
sent.

z studens pro  
vitibus, Tyr.

¶ Se conti-  
nuisse  
a sibi viribus  
ut cœpisse,  
omnesq; in  
terram. Ad ver-  
bum. Ibi ad vi-  
tæ se converti-  
se. (ut si) ficio-  
rum locâ ver-  
sus. arg. in-  
teriorum quietū  
maisille. at  
cum ei ad arā  
ad morte mo-  
la susperge  
rent. (vel. ut  
Hud sentit, ca-  
pillum velle-  
rent) ad vires  
exercitus ver-  
sum, omnes  
illos incere-  
misse.)

¶ Sunt qui  
in diebus pro  
sterno hic ac-  
cipiant.

¶ iminetum  
te Numini cū  
īplis vest.

Hercule ferunt, cum, quin in Ægyptum peruenisset, ab Ægyptiis rediutum talquam lori immolandum, cum pompa funèbri eductum, ac tantisper quietem cenuisse dum illi ante aram eum stetissent. ibi ad vim conuertsum, omnes interemisse. Quæ cuin dicunt Græci, videtur mihi le & naturæ Ægyptiorum & mortuorum ignaros prorsus ostendere. Quibus enim nullam pecudem fas est immolare, præter sues, præterque boues mares, & vitulos (dummodo mundos) & anteras, iij qua ratione immolarent homines? Aut quomodo Hercules, quin unus esset, & adhuc (ut aiunt) homo tot millia vitorum interemisset. Hæc tamen tot quæ de his rebus diximus, sint & a diis & ab heroibus in bonam partem accepta. Potro capras & hircos ea de causa iij quos diximus Ægyptiorum non ma-  
læ susperge. Etant, quod Pan a inter octo deos Mendesij numerant, quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse. Panos autem simulacrum & pictores pingunt & statuarij scal-  
punt, quemadmodum Græci, caprina facie, hircinisque cruribus, haud quaque existuntantes cum esse talem, sed similē cæteris diis. Qua tamen eum causa talem pingant, non est mihi relatu iucundum. Verum hi omnes cum ca-  
pras, tum verè maxime capros venerantur. Et inter Men-  
desios caprati p̄cipuo honore afficiuntur, & ex his vobis  
maxime: qui quum deceffit, ingens toti Mendeliæ prouinciae luctus proponitur. Vocatur autem & hircus & Pan, Ægyptiacè Mendes. In hac regione contigit hoc mea me-  
moria prodigium: Hircus cum muliere coit propalam, quod in ostentationem hominum peruenit. Suem au-  
tem Ægypti spurcam beluam arbitrantur: quam si quis vel trancundo contigerit, abit lotum sese cum ipsis ve-  
stimentis ad flumen. Eoque sol: omnium subulci, Ægyptij 48  
te Numini cū indigenæ, nullum ingrediuntur in templum? nemoq; aut  
filiam cuiquam eorum nuprium dare vult, aut cuiuspiam  
eorum filiam in matrimoniumducere: sed ipsis inter se su-  
bulci dant accipiuntque filias. Aliis diis immolare sues ius  
Ægyptiis non est, præterquam Lunæ & Libero: quibus  
quum per tempus plenilunij sues immolarunt, eorum car-  
ne vescuntur. Cur autem aliis diebus festis sues oderint,  
at in isto maestent, huius rei ab Ægyptiis ratio redditur:  
sed

sed quam mihi notam magis decorum est non referre. Sacrificium autem de suis Lunæ hunc in modū sit, Immolata sūe, extremam eius caudam, & lienem, & om̄ētum simul componunt, & adipe qui circa aluum pecudis existat, legatur saepe operiunt, ac deinde igni adolent: reliqua carne plenilunij die vescuntur, quo die facta faciunt: alio die non amplus gustarent. Qui sunt ex eis inopes propter tenuitatem facultatum, assimilatos quosdam sūes coquunt, quos immolent Baccho quoque in eius festo singuli in carnem porcam pro foribus mactant, redduntque subulco qui illam vendiderat. Quin & aliui diem festum Baccho Ægyptij agunt sine porcis, ferè per omnia Græco festo simili. Sed loco phallorum, id est sculpsorum vel corporum à cuncto pendentium, sunt ab eis excogitatae statuae cubitales, è neruis compactæ, quas fœminæ circumferunt per pagos, mentula nutante, quæ propemodum instar est reliqui corporis, & tibia præeunte; quam fœminæ, Bacchum canentes, sequuntur. Cum autem mentulam habeat iusto maiorem statua & unum corporis membrum agitat, redditut ab eis ratio facta adeo ut iam Melampus Amythiconis filius non imperitus huius sacri sed peritus fuisse videatur. Siquidem Melampus fuit qui Græcis Dionysii, id est Liberi patris vel Bacchi nomen & sacrificium, & pompam phalli chartauit, non tamen omnem planè rationem complexus. Verum ij qui post hunc extiterunt sophistæ, tamen in maius explicauerunt. Itaque phallum Dionysio inuidum narrandi Melapus autor extitit. a quo edociti Græci faciunt ea quæ faciunt. Evidem Melampodem virum fuuisse sapientem aio, diuinationemq; fibi pli cōparasse: cundemq; cum alia multa ab Ægypto accepta Græcis enarrasse, tamen verò nonnulla de Dionysio, tamen commutata. Neque enim dixerim quæ in Ægypto sunt huic deo, congrue illa sunt.

§ Philosophi

¶ Phallum certè qui Bacchus circumficitur, Melampus introduxit: & ab eo edociti Gr.

¶ Autemque diuinandi libi comparalle: & cum alia multa, quæ ex Ægyptiis audinetur, Græcis introduxit, tamen verò quæ ad Dionysium pertinent, paucis tamen ex illis commutatis. Neque en.

¶ Sunt autem hanc fictionem ita interpretantur, Neque enim dixerim casu contigisse, ut eadem iuri in Ægypto tum in Græcia huic deo sacra fierent. Sunt enim vires modi apud Græcos, neque recens introducta.

1 sūes farinaeas fingunt, quas coctas immolant. legatur saepe operiunt, ac deinde igni adolent: reliqua carne plenilunij die vescuntur, quo die facta faciunt: alio die non amplus gustarent.

1 Reliquū autē festū Baccho celebrat Ægyptij, exceptis poteris, pariter frē, ceteris in rebus ac Græcijs. + quæ fidiculis tractę mo- uētur canquā vīnū. Sunt qui putent esse no- strā marionet- ū, vel mariot- ū.

+ Viderunt po- trius signū are- oīσηνοι- πρ. ¶ qui au- tor illius fuit. vel Qui introdu- xit. Alij, Qui mœxit. Si est lat- im post oī- οīσηνοιμ- ρος et οīσηνο- οντει, Q. d. Qui illū pre- parat & viam o- p. adit. Id est, Qui magister

1 aut hōc aut  
aliū ritū. Vid.  
2 Nam à bar-  
baris profe-  
tā esse audi-  
ens, ita r.

3 Nā prætet-  
quā Neptuni  
& Dioscuro-  
rum, s quēad.  
à me ē dictū  
et) & Iuno-  
nis & v. &  
Themidis, &  
Gratiarum. &  
Net. & aliorū  
deorū nomi-  
na Agyptij  
semper oīm  
in sua regiōe  
habuerūt. Di-  
co autē, &c.

4 Quidā si.  
Agyptij ve-  
rō heroas nul-  
lis sacrī di-  
gnantur. vel,  
Pro du nō ha-  
bent.

5 Athenien-  
siū enim, qui  
cūc inter tīcl  
lenas cēseban-  
tur, Pelasgi  
cōubernales  
fuerē in ea re-  
gione: unde  
euā cīp. pro  
Grz. haberi.  
Quisquis aut  
Cabitorū sa-  
crī fuit ini-  
tiatus, (qua  
Samothraces  
peragūt à Pe-  
lasgis sum-  
pta)is qua di-  
co intelligit.  
Nam Samo-  
thraciam

re cum iis qua in Græcia. Nam consentanea essent  
Græcis, non autem nuper introducta. Neque tamen di-  
cam Agyptios à Græcis fuisse mutuatos aut hoc aut a-  
liud quippiam. Viderunt autem mihi Melampus qua ad  
Dionysum pertinent audisse ex Cadmo, alijsq. Tyrus qui  
cum eo Phœnices venerunt in terram qua nunc Bœozia  
appellatur. Acomnia ferè deorum nomina ex Agypto in-  
sum. Idque ego ex barbaris scilicetatus,  
ita rem habere comporio, ac reor ex Agypto præcipue ve-  
niisse: Et idcirco illic non esse vsquam nomina neque Ne-  
ptuni, neque Castoris, quemadmodum à me superius di-  
ctum est, neque Iunonis, neque Vestæ, neque Themidis,  
neque Gratiarum, neque Nereidum, neque aliorum deo-  
rum. Dico autem qua ip̄i dicunt Agyptij, qui se negant  
deorum illorum Neptuni & Dioscurorum, agnoscere nomi-  
na. Videntur autem mihi isti à Pelasgis fuisse nominati,  
præter Neptunum, quem à Libybus audierunt. Nam Ne-  
ptuni nomen ab initio nulli usurpauerunt, nisi Libyes, qui  
semper hunc deum in honore habent. Eum Agyptij igi-  
tur putant esse, sed nullo honore prosequuntur. Hos itaq;  
ritus & alios præterea quos ego referam, Græci sunt ab  
Agyptiis mutuati: sed vt Mercurij statuam facerent por-  
recto cum veretro, non ab Agyptiis, sed à Pelasgis didice-  
runt, & primi quidem ex omnibus Græcis Athenienses ac-  
ceperunt, & ab his deinceps alij. Nam præstabant inter  
Græcos ea tempestate Athenienses, in quorum regione  
permixti Pelasgi habitant, ex quo cœperunt pro Græcis  
haberi. Hæc qua dico quisquis Cabitorum sacra initia-  
tur, quibus Thraces initiantur, nouit à Pelasgis esse lūm-  
pta. Nam Samothraciam quondam incoluerunt hi Pelas-  
gi, qui cum Atheniensibus vna habitauerunt, à quibus  
orgia Samothraces acceperunt. Itaque primi è Græcis A-  
thenienses à Pelasgis edocti, statuas Mercurij erecta viri-  
lia habentes fecerunt. De qua re Pelasgi sacrum quendam  
sermonem retulerunt, qui in Samothraciae mysteriis de-  
claratus est. Idem antea in deorum inuocatione tum o-  
mnia immolabant, (quemadmodum ego apud Dodona-  
nam audiendo cognoui) tum nulli deorum aut cogno-  
mena aut nomen imponebant, quippe quod nondum au-  
disserit.

dissent.' Quos autem cognominauerunt, eos ob id cognominauerunt, quod omnes res atque omnes regiones illi tenerent redactas in ordinem. Multo deinde progressu temporis, aliorum deorum nomina audierunt ex Aegypto allata: post quos diu nomen Dionysii acceperunt. Itemque aliquanto post de illorum nominibus in Dodona oraculum petuerunt. Namq; hoc oraculum omnium quae apud Græcos sunt oraculorum vetustissimum esse existimat, atque adeo solum erat ea tempestate. Consulentiis igitur Pelasgis apud Dodonam nunquid nomina quae à barbaris aduenissent asciscerent, oraculum redditum est ut illis vterentur. Atque ita ex eo tempore sacrificauerunt, deorum nomina nuncupantes, & ea deinceps è Pelasgis Græci acceperunt. Vnde autem singuli deorum extiterint, i cognomina dederunt, an cuncti semper fuerint, aut qua specie, hactenus ignoratum est, nisi nuper atque heri, vt sic dicam. Nam Hesiodus atque Homerus (quos q; ad ringentis non amplius annis ante me opinor extitisse) fuere qui Græcis theogoniam introduxerunt, eisque & cognomina & honores, & diversa artificia & figuræ attribuerunt. Quibus & posteriores videntur extitisse hi poëtae, qui fuisse priores feruntur. Et prima quidem illa Dodoneæ sacerdotes meminerunt: posteriora autem ad Hesiodum usque & Homerum, ego referam. At de oraculis quæ in Græcia, & de illo quod in Libya est, talia Aegyptijs commemorant. Narrabant sacerdotes Iouis Thebani duas fœminas, quæ essent sacerdotes, Thebis a Phœnicibus fuisse abductas: & harum unam in Libya fuisse venundatam, se audisse, alteram in Græcia: atque has fœminas esse quæ primæ apud dictas gentes oracula constituerint. Percontaque mihi unde id quod commemorarent, adeo compertum haberent, ad huc responderunt, maiorem in modum se instituisse vestigare de his mulietibus, nec tamen unquam inuenire potuisse, sed postea hæc quæ dicebant de eis audisse. Hec igitur Thebis è sacerdotibus audiui. Antistites autem Dodonæorum, hæc aiunt: Geminas Thebis Aegyptiis columbas nigras aduolauisse, utrunque nigræ, unam quidem in Libyam, alteram ad ipsos: quæ f. g. o insidens, humana voce eloqua sit, eò loci Iouis oraculu*m* condit.

i. Ois autem eos vocantur.  
id est. Dei. q  
res omnes o-  
mnesq; regio-  
nes, vel pronom-  
cias, Hæres et-  
xerit, id  
est disponuerat,  
sine collacione  
ordine.

ii. cognomi-  
na dederunt,  
honoresq; &  
artificia dis-  
tribuerunt id  
est singulis af-  
signarunt. ac  
corū figuræ  
etiam effunxe-  
runt, vel simu-  
lacrū represe-  
tarunt. vel sim-  
pliçim, figuræ  
corum indeca-  
runt.

iii. Qui vero i-  
stis priores  
poëtae fuisse  
dicuntur, po-  
stictores (ve  
mihi quidem  
videtur) fue-  
runt. Et prima  
q. illa Dod. ta-  
cerdotes di-  
cunt: ea vero  
quæ ad Hesio-  
dū & Home-  
rum spectat,  
ego is sum  
qui dico. Ae-  
de orac.

**I** in fatis esse: <sup>1</sup> debere: & sc̄ interpretatos esse, quod ipsis annuntiaretur  
 id esse diuinitus, & ob id se ita fecisse. Eam vero quā ad Li-  
 byas ab̄islet columbam, iussisse illis ut Ammonis oracu-  
 lum cōderent: quod & ipsūm Iouis est. Ita referebant Do-  
 donęorum sacerdotes cum asiensu cæterorum Dodonęo-  
 rum templo vicinorum: quarum antiquissimæ nomen  
 erat Promenax: proximæ, Timaretae: minimæ natu, Ni-  
 candiax: de quibus ita mea fuit opinio: Si te vera Phœnices  
 abduxerunt sacerdotes, & earum altetam in Li-  
 bya, alteram in Græcia vendiderunt: hanc, quæ in Græcia  
 illa quæ Pelasgia vocabatur, venit, cā esse quā apud Thel-  
 protos venit: atque deinde ancillam ibidem, condidis-  
 se sub fago enata fanum Iouis, quemadmodum mos erat  
 Thebis ministrare in Iouis templo. Hinc processit ut hic  
 memoria eius haberetur: atq; hinc oraculum institutum.  
 Et polte aquam illa lingua Græcā accepit, dixisse aiunt,  
 sororem suam in Africa ab eisdē Phœnicibus (vt ipsa fuisset)  
 venundatam. Quod autem mulieres a Dodonaxis co-  
 lumbæ vocare sunt, ob id inibi videtur factum, quia bar-  
 baræ essent, quod videlicet simile quiddam aibus sonare  
 ipsis videretur. Intercedo deinde tempore columbam hu-  
 mana voce loquutam aiunt, postquam quæ ipsi intelligere  
 possent mulier loquuta est, tamdiu volueris modo sonare  
 vita quandiu barbarè loquebatur. nam columba quoniam  
 modo humanam vocem sonaret: Nigram autem colum-  
 bam esse dicentes, Aegyptiam feminam significat. Sunt  
 que penè simillima inter se oracula, & illud apud Thebas  
 Aegyptias, & hoc apud Dodonam. estq; diuinandi in tem-  
 plis ratio ab Aegypto ascita. Ipsi igitur Aegypti exute-  
 runt principes conuentus & pompas & conciliabula fa-  
 citardi, & ab eis Græci didicerunt. Cuius rei apud me  
 argumentum est, quod illa constet priscis temporibus, Græ-  
 canica verò recēs fuisse instituta. Nec verò semel quotan-  
 tis conuentum agunt Aegypti, sed frequenter, cum alibi,  
 tum præcipue ac studiosissimè in vrbe Bubasti in honore  
 Diane. Secundo loco in vrbe Busiri in honorem Isidis. In  
 qua vrbe maximum est templum Isidis, ipsa in medio Del-  
 ta Aegypti sita. Est autem Isis quæ Graeca lingua dicitur  
 Aegypti, id est Cereris. Tertio gradu in vrbe Sait, in horo-

rem Mineruæ. Quarto Heliopoli, in honore Solis. Quinto  
in urbe Buti, in honorem Latonaæ. Sexto in urbe Papremi,  
in honorem Martis. ¶ Ceterum quum se conserunt in ur-  
bem Bubasti, hæc faciunt: Navigant vii pariter & mulie-  
res, magnaq; est in singulis nauibus ut rotundæ multitudo.  
Inter navigadum assidue mulieres aliquot, crepitacula te-  
nentes plaudunt, viri tibis canunt: cæteri cæteræque mo-  
dulantur manusq; complodunt. Atq; ut ad quanq; urbem  
perueniunt nauigando, talia agunt: Appulsa ad terram na-  
ui, mulierum aliæ ea que dixi faciunt, aliæ compellant  
eius urbis fœminas ingerunt probra, aliæ saltant, aliæ sur-

gentes recrabit illas. Talia in singulis ciuitatibus ad su-  
men sitis agunt. Quin ad urbem Bubastin peruetum est,  
diem festum celebrant magnis hostiis offerendis. quo in  
festo plus vini vinealis absumitur quam in reliquo anni  
tempore. Commeant illuc (ut indigenæ aiunt) vitorum ac  
mulierum, præter pueros, ad septuaginta millia. Atq; hæc  
quidem in ea urbe sunt. ¶ At in urbe Busiri quomodo diem  
festum Iudi agant, superius à me dictum est. Verberantur  
enim post sacrificium cuncti & cunctæ, multa sanè homi-  
num millia: quo autem verberantur, non est mihi fas dice-  
re. Sed ex omnibus præcipue hoc faciunt Cares qui Ægyptum  
incolunt: adeo quidem ut gladiis quoque frontes  
concidant. Ex quo facto datur intelligi eos hospites esse,  
non Ægyptios. Vbi vero in Sain urbem sacrificatum con-  
uenierunt, noctu sub die vniuersi circum domos frequen-  
tes lucernas accendunt, imbutas sale & oleo plenas cum  
multo lycno, quod tota ardet nocte. Cui festo nomen im-  
positum est, Accenso lucernarum. Ad hunc conuentum  
quicunque Ægyptiorum non ierunt, obseruantes sacrificij  
noctem & ipsi vniuersi lucernas accendunt: atque ita se-  
cendunt lucernæ, non in Sain modo, sed etiam per vniuer-  
sam Ægyptum. Qui vero gratia nox hæc lumen & hono-  
rem sortita sit, sacra quedam ratio commemoratur. ¶ Ad  
Heliopolin & ad Butin qui veniunt, tantu sacrificasse con-  
tentis sicut. In Papremi vero, quemadmodum alibi, & sacri-  
ficia & res diuinæ peragunt, sed quoad sol circumfer-  
tur, pauculi sacerdotes circa simulacra exercentur: prius  
piures eorum tenentes ligulas clavas itant pro locis us

e pudenda  
reuelant.

2 Quotquot  
autem Cares Æ-  
gypti inco-  
lunt, in eo plus  
etiam faciunt  
illis, quod &  
ferrat frontes  
gladiis.

3 quibus su-  
perstas incu-  
bit ipsum el-  
lychniū. [aliu-  
superne autem  
ineat ipsū el-  
lychniū. S.]

4 Sole autem  
iā inclinante,  
pauci quidam  
ex sacerdotti-  
bus circa si-  
mulacrum oc-  
cupati sunt,  
plurimi autem  
corū, et maior  
autem pars,  
tenentes ligh-  
ntes propter eē-  
ph. Alii vero  
qui vota ex-  
equorū plu-  
res quo mili-  
tae numeri,  
cum singulis

templi, alij ~~er~~egione, plus mille virotū qui vota exequuntur, cum singulis fustibus frequentes alia ex parte constunt. Porro simulacrum ligneum ex ligno facello d'aurato in alias sacras aedes pridie exportant, paucis illis qui ministerio simulaci relictū sunt, trahentibus plaustrum quatuor rotarum, quo vehitur facellum cum simulacro quod intus est. Hos ingredi prohibent iij qui in vestibulo stant. At iij qui vota exequuntur, opitulantes deo, percutiunt hos, scelere ipsi defensantes. Hic vehemens existet fustuaria pugna mutuō capita ferientium, multiq; ex vulneribus (ut ego opinor) pereunt, et h̄ Egypti quenquam morti negant.

*ave qui anteā* Aliunt autem indigenæ cōuentum hunc ideo institutum: ipsum nō vidēsent, nō sūnitse ingredi, sed abegisse.

*Ecōb hanc verberationē die festo solennē te in hanc tuuisse aliunt.* Sed & ne in templo cum f. congregarien-  
tut, néve à cōgredi, *sad verbum, a summi-  
mūnili ablegi templū, et  
rent, hū pumi religiose ca-  
uccūt, vel, sed in templo con-  
gredi.* Et c. *ha-  
primum religio-  
fuit.*

*quarū aliꝝ inter ipſos  
hominēs a-  
bitur, aliꝝ nō  
ueni. Cur au-  
tē abstineat  
ur ab his que  
ſeaſunt, si  
rīx.*

Templum id incoluisse matrem Martis, & ad eam Martem iam adultum ac virilis aetatis venisse gratia coeundi cum matte: quē maternos ministros, ut qui cum a principio non agnolcerent, cum ingredi ad matrem non sinearent hunc, ex alia ciuitate adductis hominibus, illos male multatissime, & ad matrem fuisse introgressam. Et ob hanc rem aliunt solemnem esse Marti die festo hanc rixam, & institutum ne in templo cum fēminis coiretur, néve a venerabilibus templis adiūctūt. Hi sunt qui primi ceremoniis vacauerunt, nam exterī ferē mortales, prater Egyptios ac Grecos, cōcunt in templis: & à venere surgentes, non abluti introcunt templum, putates hominem esse ut careras animantes. Etenim videlicet se pecudes omnes & volvictum greges coire in deorum templis arque infantis: quod si non esset deo grata, ne pecudes quidem id esse facturas dūt. Mili autem ista facientes nō probantur. Egypti porro cum in aliis ad sacra pertinentibus, tamen vero in hiis superstitionē agunt. Egyptius, quem si Libyā finitima, non tamen admodum beltiis abundat: quæ vero illis sunt, eç omnes pro sacrī habētur, partim manuētae, partim immantinet. Quia autem causa pro sacrī habentur, si dixerō, ad res diuinas oratio mea defecat, quas ego in primis enarrare demito: quarumque quicquid ueni. Cur autē abstineat urab his que ſeaſunt, si rīx.

vota persoluunt, supplicantes illi deo cuius illa bestia est, hunc in modum: Derasis filiorum capitibus aut in totum, aut ex media, aut ex tertia parte, appendunt crines una in lance, & altera tantundem argenti: quæ pecunia quum lan-  
cem traxerit, eam traducit curatrici bestiarum. Illa pro hoc  
conclitos pisces præbet bestiis escam.<sup>1</sup> talis enim cibus illis  
præbetur. Quatum siquam quis necauerit, si volēs, morte  
multatatur: si nolens, plectitur ea multa quam lacerdotes  
statuerint. Quisquis tamen ibi aut accipitrem necauerit,  
sive volens sive nolens, necessariò morte afficitur. <sup>2</sup> Quum  
autem multæ sint bestiæ quæ vna cum hominibus vicitant,  
multo tamen plures essent <sup>3</sup> nisi res hac officeret felibus. Feles post quæ sunt enixa, nō amplius adeūt masculos: eas  
isti coecund. gratia indagates, tamē potiri nequeunt: ergo  
contra illas talia communisuntur: Ereptos & subreptos  
earum fœtus occidunt, non tamen occisos edunt. Illæ fœ-  
tibus o: batæ, cupiditate aliorum (amantislima enim fœ-  
tuum bestia est) ita demum ad mares se cōferunt. <sup>4</sup> Felem  
inceps strue diuina res occupat. nam quoties ignem ex-  
tinguere neglexerunt Agyptij, custodias felium dispositi  
egunt. At illæ aut intrudendo se hominibus, aut transili-  
endo in ignem infilant. Hoc dum cōtingit, ingentiluctu  
afficiuntur Agyptij. Quibusq; autem in domibus fe-  
lis oppedit mortem, eorum domorum habitatores cuncti  
sola supercilia eradunt: totum autem corpus & caput, in quo-  
rum domibus vni. i. canis. Efferruntur autem feles mor-  
tuæ ad sacra teatæ, vbi salite sepeliuntur in urbe Bubasti. Ca-  
nes foeminas in sua quisque urbe tumulant, sacratis in lo-  
culis. Eodem modo quo canes foeminas, nichil utræ sepeli-  
untur. Nam mygalas, id est mursaranes, & accipitres in  
urbem Batum important. Ursos autem, qui sacrificunt, & lu-  
pos non multo vulpibus grandiores, eo loci sepelunt vbi  
iacentes inueniunt. Ac crocodilo talis inest natura: Quatuor  
mensib. maxime hybernis nihil omnino edit, & quum sit  
a. v. quadrupes, tamen terrestre & aquatile est. Nam o-  
ua parit humi, excluditque: & plectunque diei in sicco agit,  
sed totam noctem in flumine, quippe calidore aqua quem  
nocturno sereno & rufido. Ex omnibus quæ nouimus  
<sup>5</sup> animalibus, hoc maximum existit ex minimo. siquidem

<sup>1</sup> Et huiusmo-  
di quidem e-  
ducatio ipsi-  
s est cōstituta.  
Quarum, &c.

<sup>2</sup> nisi tale  
quiddam felib.  
accideret.  
<sup>3</sup> Ergo aduet  
sux hoc malum  
tali viciunt  
veritas.

<sup>4</sup> Otto autem  
incendio diui-  
num quiddam  
felib. accidit.  
Agyptij e-  
nim receden-  
tes & ignem  
extinguere  
negligentes,  
feles obser-  
vauit: les autem  
subeuntes &  
superficietes  
homines, in  
igne trahit,  
vel, jacentes su-  
per horribiles.

<sup>5</sup> id est, Canes  
masculi ferarum  
indagantes.  
Gall. Causent de  
chasse. Limous.

<sup>6</sup> ad verbum.  
mortuus.

qua dignit haud multo maiora anserinis, & proportione  
qui fœtus excluditur: at excrescens, ad decem & septem &  
amplius cubitos peruenit: Oculos habet suillos, dentes ma-  
gnos pro portione corporis, & prominentes atque terra-  
tos: cui ex omnibus bestiis soli lingua innata nō est. Idem  
inferiorē maxillam solum non inouet, sed superiorē  
inferiori admouet. Vngues quoque robustos habet, pel-  
lēisque squamatam circa tergum impenetrabilem. Inter  
aquas cæcus, sub diō perspicacissimus. Itaq: quod in aqua  
vitā degat, os fert introrsum hirudinibus refertū. Quām-  
que cum cæterę volutes ac bestiæ fugiant, ' solus ipsi tro-  
chilus pacatus est, quod videlicet ei est vtilis. Etenim post  
eaquam crocodilus ex aqua in terram egressus est, ac de-  
inde huius (semper enim ferè hoc ad zephyrum facere so-  
let) tunc in eius os trochilus penetrans, devorat ilias san-  
guisugas. Quā utilitate delectatus crocodilus, nihil omni-  
notrochilum lædit. Quibusdām Ægyptiorum crocodili  
sacrosancti sunt: quibuldam non sunt, sed \* veluti hostes  
v̄i hostes. 5.

s cū solo mo-  
chilo pacē ha-  
ber, v̄ipote a  
oīo iuictur.  
Etenim p.

\* ali, traQant  
v̄i hostes. 5.

1 constituta.  
2 el dñrta.  
3 & vnu ho-  
neurisme tra-  
cantes.

4 Velle inter-  
preto o' hater  
tām com-  
parantes.

exagitant. Sacros admodum esse eos existimant qui circa  
Thebas & Mærios stagnum incolunt: quorum utrique unum ex omnibus crocodilis alunt cicuram & edocū ma-  
nūtractari, appendentes eius auribus vel gemmas, vel ex  
auro fusiles inaures, & prioribus pedibus catenam in-  
necentes: cibaria quoque accommodata ac sacra præ-  
bentes, conſecrantur tanquam pulcherrimè viuentem.  
At ubi mortem obit, sale conditum sacris in vrnis sepe-  
liunt. At qui circa Elephantinam urbem incolūt, quod ta-  
cos esse non censeant, etiam comedunt. Neque verò cro-  
codili vocantur, sed chimpæ: verū Iones appellauere  
crocodilos, illi genere crocodilorum quod apud eos in se-  
pibus gignitur, ipsorum formam comparantes. Hos ca-  
piendi quum sint cōplura & multiplicia genera, vñū tan-  
tum hoc mihi, quod maximè dignum relatu videtur, puto  
scribendū. Vbi tergum suillum hamo circundatum, ad  
alliciendū crocodilum, pertulit in medium fluminis ve-  
nator, ipse ad eū huminis porcellum, quē viuum tenet,  
verberat, et ius v̄icem crocodilus audēs, secundum illam  
tendit, nact̄. si ergo tergum devorat. Et postea qui attractus  
est, ante omnia ejus oculos venator cōno opplet. Hoc a-

Eto, cæ-

cto, cetera facilè sanè obtinet, alioqui cum labore adeptus  
 pia verò fluiales equi in plaga Paphnitana sacri sunt,  
 in cetera Ægypto non sacri: talem speciem naturamque  
 habentes: Quadrupedes sunt, bifidis pedibus, vngulis bo-  
 uinis, simo naso, equina iuba, cimicentibus & cancellatis : exerto dē-  
 dentibus, fulgida cauda, equina voce, magnitudine maxi-  
 mitauri, tāc ratis corio ut ex eo artefacto hāt pila missilia.  
 + Gignuntur præterea in fluvio aquatilia quædā quæ Ægy-  
 ptij sacrata esse arbitrantur. Arbitrantur itē sacrum esse  
 genus pisces quod vocatur squamolum, atq; etiam an-  
 guilla. Hos pisces aiunt factos esse: ex volucibus verò vul-  
 paleres. Est & alia volucris facta, nomine phœnix, quam e-  
 quidem nunquā vidi nisi in pictura. etenim percara ad eos  
 cōmeat, quingēfimo quoq; (ut aiunt Heliopolitani) an-  
 no, & tunc deinum quum pater eius deceſſit. Is si picturæ  
 ailiūlīs est, talis cantusq; est: Pennæ coloris partim aurei,  
 partim rubet, maxima ex parte cum habitu tum magnitu-  
 dine simillimus aquilæ. Eū aiunt (quod mihi non sit certi-  
 mule) hoc excogitare: Ex Arabia proficitente in templum  
 Solis, gestate patrē myrrha obuolutum, & in eo tēplo hu-  
 mate. hic autem gestare: primum ex myrrha ouum cōpo-  
 nere, quantum ipse ferre possit: deinde terendo illud expe-  
 riri. Hoc experiu, ita demum ouum exenterare, atq; in il-  
 lud parentē interre: & qua partē ouū exinanire, patremq;  
 intulit, eam partem alia myrrha inducere: & quum tan-  
 tumculū ponderis imposito parēte effectum sit, obstructo  
 tunius foramine, baulare illud in Ægyptum, in templum  
 Solis. Hæc facere hanc aueni cōmemorant. At circa The-  
 ba, sunt sacri serpētes, nihil omnino hominibus noxijs, pu-  
 fillo corpore, binis prædicti cornibus, è summo vertice ena-  
 tis: quos defunctos in lous æ de sepeliunt. huic enim deo  
 §2 factos illos esse prædicant. Est autem Arabia locus, ad Bu-  
 tum urbem ferè positus; ad quem locum ego me contuli,  
 quod audirem volucres esse serpentes. Eò quum perueni,  
 os̄a serpentum al̄pexi, & spinas multitudine supra fidē ad  
 entrandū, quarum acerui erant magni, & his alij atq; alij  
 minores, ingenti numero. Est autem hic locus ubi spinæ  
 proiecta iacebant, huiuscmodi: Ex arctis montib. expor-  
 nitur in vastam planitem Ægyptiæ contiguousam. Fer-  
 h. ij

tur ex Arabia serpentes alatos in eunte statim vere in Ægyptum volare, sed eis ad ingressum planicie occurrentes aues ibides, non permittere, sed ipsos interimere: & ob id opus ibm magno in honore ab Ægyptis haberi Arabes aiunt, confitentibus & iptis Ægyptis idcirco se his auribus honorem exhibere. ¶ Eius auis species talis est: Nigra tota vehementer est, crutibus gruvis, rostro maxima ex parte adunco, eadem qua crex magnitudine. Et hec quidem species est nigrarum quæ cum serpentibus pugnant. At earum quæ pedes humanis similes habent, nam bifariae ibides sunt) gracile caput ac tetum collum, pennæ candidæ, præter caput ceruicemque, & extrema alatum & naticum, quæ omnina quæ dixi sunt vehementer nigra, crura & rostrum alteri consentanea. Serpentis potro figura qualis hydrarum: alas pennatas non gerit, sed glabrae & alis vespertilionis valde similes. Hacenus de sacris bestiis dictū sit.

¶ Ipsilon autem Ægyptiorum, ij qui circa partem Ægypti frumentariam habitant, memoriam omnium hominum commentantes, sunt ferè eorum in quorum ego veni experimentum, longè excellentissimi. Tali autem vitæ genere vivuntur: Singulis membris triduo purgant le, vomendo atque intestina diluendo, gratia sanitatis conservandæ: existimantes omnes languores hominibus creati ex cibis quibus aluntur. Nam sunt alioqui Ægyptij omnium hominum, secundum Libyas, maxime alubri corpore, actris (vt mihi videtur) beneficio, qui nunquam imminatur: ex cuius mutationibus præcipue existunt in hominibus morbi. Panem veicuntur quem ex farre conficiunt, quem parvum collesteum nominat. Vino utuntur facto ex hordeo: defunt enim in ea regione vites. Vicitant quoque tum pisibus (partum crudis ad solem arefactis, partum saltagine conditis) tum auibus crudis, prius tamen sale conditis, coturnicibus anatibusque atque auiculis.

¶ Ceteris autem quæ cū aurib. aut pisibus atunitate ali- ceteris autem vel volucribus vel pilicibus qui ipsis in pro- ximo sunt, (præter illos qui ab eis sunt recepti pro sacriss) partum atlis, parum elixis. Apud locupletes eorum, quum quæ habent, multi conuenerunt, & a corna dilcelum est, circumfert aliquis in loculo mortuum ē ligno factum, sed pictura & opere verum maximè mutantem, longitudine cubitali omnino

omnino, aut bicubitali, ostendensque singulis coniunctis, ait, in hunc intuens pota & oblectare, talis potest mortem futurus. Hoc illi apud coniuncta faciunt & contentique moribus patris: nullum alium asciscunt. Quibus cum alia sunt egregia industria, tamen vero illud, alicubiendi modulatorem, qui & in Phenice & in Cypro, & alibi nomine pro differentia gentium habet. Idem tamen congruit cum coquem Græci decantant, appellantes Linum, ut ego admittere cum alia multa que sunt apud Aegyptum, tamen vero unde id nomen Linu acceperint, quem semper quodammodo decantare cognoscuntur. Vocatur autem Linus Aegyptiacè Nianeros: quem Aegyptij tradidierunt, quum filius unicus extisset primi ipsorum regis, prematuraque morte decollisset, his lamentis ab Aegyptiis fuisse decoratum, & cantilenam hanc eamque solam ipsis institutam. Congruunt præterea in hoc cum solis Græcorum Lacedæmoniis Aegypti, quod minores maioribus natu obuij cedunt via, ac deflectunt, aduenientibusque è sedili affurgunt: qua in re cum nullis aliis Græcorū conueniunt. Inuicem compellandi se mutuo in viis adorant, genu tenus demissa manu. Vestibus amiciuntur linea, circa crura fimbriatis, quas calatiris appellat, super quas candida ferrunt amicula linea superiecta. Laneæ tamen vestes neque in ædes sacras gestantur, neque una cum cadavere sepeluntur profanum enim est. Cœlentanea vero hæc sunt iis quæ Orphica & Bacchica appellantur, sunt autem Aegyptia & Pythagoreæ. Nam his quoque ceremoniis participantem, laneis indutum vestibus humari religiosum est, de quibus sacra redditur ratio. Alia insuper sunt ab Aegyptiis exco- gitata, quis mensis diesve cuius deorum sit, & quo quis die genitus, qualia sortietur, & quam morteni obibit, & quæ si existet. Quibus rebus qui in poesi versati sunt, vñi fue- amicula amicula tamen runt. Plura quinquaginta ab eis prodigia comperta sunt quæ super quam à ceteris omnibus hominibus, nam quum prodigiū extitit, scribunt id, obieruantes quomodo euenerit: & si quando postmodum huius simile extiterit, exemplo prioris putant eventurum. Divinatio apud eos ita est constituta ut eius artificium nulli mortalium vendicetur, sed eis diis. Siquidem Herculis illic oraculum est, & Apolli-

nis, & Mineruæ, Dianaq; ac Martis & Iouis. sed quod præcipuo honore colunt ex omnibus otaculis, Latonæ est, in urbe Buti. Verum hæc vaticinia non eodem modo sunt omnia instituta, sed differēt: Nam verò medicina apud eos hunc in modum est distributa, ut singulorum morborum sint medici, non plurimi. itaque omnia referta sunt medicis. Alij enim sunt oculorum, alij capitis, alij dentium, alij alui partium, \* alij morborum occultorum.

*Hier. Mercuriū Var. lect. Eb. 1. c. 3. purat pro alijs legi posse: ut hac sequentia expedit. ut precedet. S.*

Lucretus corundem ac sepulturæ tales sunt: Quibusunque aliquis ex domesticis decessit homo alicius momenti, ibi omnes foeminæ illius familiæ caput sibi & vultum oblinunt luto. deinde relicto domi cadavere, ipsæ per urbem vagantes se plangunt, succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis proximæ quæque. Altera ex parte viri, & ipsi expectorati se verberant. His actis, ita demum ad conditendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificium facitant: qui, quum ad ipsos cadaver portatum est, ostendunt iis qui portauerūt, exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. Et eorum unum accuratissime fabrefactum esse aiunt, (cuius ego nomen si nuncupauero, haud faciam sanctè) alterum illo inferius, ac vilioris pretij: tertium, vilissimi. Quibus expositis sciscitantur ab iis ad quod exemplum velint effigi mortuum suum. Isti ubi de pretio conuenerunt, illincabeunt. At hi relicti in ardibus, hunc in modum diligentissimè condidunt corpus: Ante omnia incuruo ferro cerebrum per nares edificant, ut quanque partem educantes, ita locum eius medicamentis expletantes. Dehinc acutissimo lapide Æthiopicō circa illa consindunt, atq; illac omnem aluum protrahunt: quam ubi repurgarunt, ac vino palmeo cluerunt, rutilis odoribus contulit proluunt: tum aluum compleantes contusa myrrha pura, & cassia, & aliis (excepto thure) odoribus, iterum considunt. Vbi hæc fecere, saluat nitro abditum septuaginta dies. nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, sindone byssina totum incisis lotis inuoluunt, gummī illuentes: quo Ægyptii glutinis loco plerunque vtunq; Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox intercut mortuum, inclusumque

1. alui & vicinariū partiu.

\* Hier. Mercuriū Var. lect. Eb. 1. c. 3. purat pro alijs legi posse: ut hac sequentia expedit. ut precedet. S.

2. Inter coquates. vel necessarios. nisi officiis de prouatum est, aut pro oīnū pugnū positiū.

3. aliis oīnæs.

4. succinati s. nomine non capate nefas esse doco.

5. ipsi qui dicem sic elutentes, pharmaca vero infundentes.

sumque ita, reponunt. Eos autem qui mediocria volunt, & reponunt te-  
 nuntur sanguientes tumptum, ita apparant. Clysterem un- loculo vel pos-  
 guine quod e cedro sanguinatur complent: deinde ex hoc al- tura in loco se-  
 uum mortui ipsam neque scindentes neque extrahentes, pectoris & re-  
 sed per fecesum, prehensio via posterioris huatu, infet- cluatur ad  
 ciunt: & tot quod dixi debus sale condunt. quorum die- pectorum. Si  
 rum ultimo cedri num vnguen, quod prius ingeferant, ex quod i' mor-  
 alio egerunt: quod tantam habet vim ut una secum al- i' nos sup tuos  
 um atque ingestu tabesfacta educat. Nitrum autem ranc. vel ador-  
 carnes tabesfacit, mortuiq. tantum cutis & os la relinquiun- tam. Eos au-  
 tur. Vbi ista fecerit, ex quo sic traidere mortuum, nilius tem, &c.  
 amplius negoti suscipiunt. Tertia conditura hec est qua & si mortuus  
 adornantur eorum mortui: Quicquidem fortuna, ab propinquus red  
 iutionibus extrem abstergunt, atra faciuntque sale septua- dunt. nullate  
 ginta per dies, deinde tradunt reportandum. Vxores ta- alia f. q. a.  
 men insignium virorum, non statim vita defunctas tra- lerr.  
 dunt cōliendas, ac ne eas quidem fœminas quæ formose  
 valde & maioriis momenti fuerint, sed triduo atque qua- & in pretio  
 triduo ante defunctas. Ea de causa facientes, ne cum fœ- habent s.  
 minis isti salinarij concubinat. Deprehensum enim quen-  
 dam aiunt coeuntem cum recenti cadavere muliebri, de-  
 latumque ab eiusdem artificij socio. Quisquis autem vel i-  
 psorum Ægyptiorum vel externorum compertus sit mor-  
 tuus, siue a crocodilo raptus, siue ab ipso flumine, necessa-  
 rium prorsus est ei ciuitati ad quam ciectus est, condire, &  
 quam honestissimo funere sepelire, in sacris monumen-  
 tis. quem ne cōtingere quidem fas est alteri aut proximo-  
 rum aut amicorum, nisi ipsis Nili sacerdotibus, vt pote 4. Sed eū iphi  
 maius quiddam quam hominem mortuum tractantibus lacerdotes Ni-  
 ad sepeliendum. Græcanicis institutis vt recusant, & (vt se- li, veluti ma-  
 mel dicam) nullorum hominum aliorum institutis vt vo- lius quiddam  
 lunt. Et hoc quidem cæteri Ægyptij obseruant. Est au- quam huma-  
 tem Chemmis oppidum grande Thebaicæ prouinciae, nū c. dauer,  
 prope Neam urbem, quo in oppido est templum Persei, manit us cō-  
 Danaæ filij, quadratum ac palmeto circundatum, ingen- tractantes se-  
 ti sanè è taxis vestibulo, stantibus de super duabus gran- pelunt.  
 dibus è lapide statuis. In hoc ambitu est templum, & in  
 eo simulacrum Persei: quem Chemmitæ in memorant si-  
 bi appareat frequenter è terra excuntem, frequenter

intra templum. Eiusque sandalium quod gestabat, inueniri, bicubitali magnitudine: quoq[ue] postquam apparet, exuberate omnem Ægyptum. Hac quidem illi aunt. Faciunt autem Perseos Græcanicè gymnicos ludos, per omne certandi genus, propositis premis tam pectorum, tam palliorum, tam pellum. Percontantq[ue] nabi cur eis solis consueisset apparere Perseus, & cur in eodem gymanico certamine ab Ægyptis derrepent, aiebant l'esseum ex ipso iuitate esse orandum. Damnum enim & Lynceum, qui essent Chemnitæ, navigatis in Cœnam; 54 a quibus originem gradatim ducendo, deueniebant ad Periculum. Hunc in Ægyptum profectum eam ob causam quam & Græci dicunt, gratia afferendi ex Libya caput Gorgonis, venisse quoque ad ipsos, ac cognatos eum agnouisse. quos postquam agnouisset, & domen Chama mis ex matre audisset, in Ægyptum venisse, & gymanicum certamen celebrari iussisse. Hac omnia ex Ægypti et Ægyptij qui supra paludes incolunt. Quis vero in paludibus, utuntur eisdem quibus ceteri Ægyptij moribus, eam in aliis, tam in habendis singulis uxoriibus, quemadmodum Græci. Ceterum ad victus facilitatem alta fuit eis excogitata. Si quidem quin flumus plenus camporum produxit, in ipsa aqua exoritur ingens visibilium, pro totum Ægyptij vocant, eavbidiem effuerunt. ad felici exiccati deinde quod medium loti est, papaveri alium, post juam coixerunt, ex eo faciunt panes alios. Est autem hucus loti radix quoque esculenta, etiam suavitate praestanti orbiculata, mali magnitudine. Sunt & alia hucus similia, & ipsa in lumine nascentia: quorum fructus in alio calyce germinans è terra, similius specie est fauo vesparum. In eo esculenta quadam instar nuclei obux coagulata innascuntur, que & tenera comeduntur & arcfacta. Iam vero byblum annum ubi è paludibus exaspererūt, superiorem eius partem amputant, quam in aliud quiddam convertunt: quod relictum est inferius, longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo si qui admodum suavitati cupiunt, in luculento furao torrefactum ita comedunt. Sunt præterea ex eis qui solum pilibus vicitant, quos ybi ceperunt, exenteratos ad solem desiccant, exiccatisque

deinde

<sup>i</sup> quorū genealogiā de scribētes, deuen.

<sup>2</sup> Se igitur certanich gymanicū ipsius iussu petage te. Et hi qui dē sunt titus Ægyptiorū qui sup.

<sup>3</sup> calyce ad natente è ra dice, simil.

deinde vescuntur. In fluminibus non ferè gignuntur pisces gregales; sed nutriuntur in stagnis: qui hęc faciunt: Simulac incitit eis libido gignendi, gregatim in mare emant, ducibus masculis genitaram spargentibus, quam feminæ conlectantes, recurando se ex ea concipiunt. Ex-  
dem vbi prægnantes in mari sunt effectæ, remeant omnes rursus ad loca sibi conlucta, non amplius eorumdem du-  
ctu, sed feminarum. Gregatim autem præcuntes, faciunt quemadmodum fecerant mares, oua fundentes in larmi-  
lij parua, quæ mares venientes deuorant. Sunt autem ca-  
tanquam nūlij grana, pisces: quum ex illorum granorum  
reliquis non deuoratis, sed nutritis, pisces sunt. Ex his pi-  
scibus qui capiuntur, dum in mare recesserint, his dextera dex-  
tra: quod ea de causa patiuntur, quod in mare dum ten-  
dunt, à sinistra terram legunt: rursum eadem via reuerten-  
tes, incurvant atque offensant contingendo terram ple-  
runque, ne itinere aberrent propter aqua decutsum. Nilo  
incipiente augescere, in primis deprecta lata terra & la-  
cuna fluuo proximæ impleri incipiunt. Confestimque suscitata ap-  
redundante a flumine aqua, hęc plena sunt, & continuo  
cuncta pisciculis minutis opplicantur. Vnde autem veri-  
mille sit eos gigni, hoc mihi video causa intelligere, quod  
superiore anno postquam Nilus abscessit, pisces qui oua  
in cæno pepererant, yni cum postremis abeunt aquis: cir-  
cumacto rursus anno, vbi aqua restagnauit, protinus ex  
his ouis gignuntur pisces. Et ad pisces quidem quod attinet  
ita se res habet. Potto Ægyptij qui palustria accolunt,  
vnguento vtuntur ex fructu sillicypriorum, quod appel-  
lant Ægyptij, kiki, hunc in modum confidentes Sillicy-  
pria hęc, quæ apud Gr̄cos vltro nascuntur, ad oras flumi-  
num stagnorumq; serunt, multum quidē fructum feren-  
tia, sed grauolentem. Hunc vbi collegerint, alij contusum,  
ad ignem, alij in faragine coquunt, & quod ex eo defluit  
excipiunt, pingue quiddam, & non minus ad lucernas  
idoneum quam oleum, sed grauolentiam exhibens. Sunt  
autem aduersus culices, quorum magna vis est, hęc ab eis  
excogitata, illos quidem qui supra paludes incolunt, iu-  
uant turres quas dormituri ascendunt. nam culices ven-  
tus prohibet in altum volare. At qui intra paludes habi-

i. consecrata.  
eos, abiur-  
bene. & ex ea  
conce. Lega-  
dum in or-  
z. scyphizos

ex vob. c. d.  
non z. scy-  
phizos, cum  
V. II. , nec  
z. scyphizos  
et, cum vob.  
ed. t.

i. his capita  
limitem vob  
suscitata ap-  
patet: qui ve-  
ro capiuntur  
dum remeant,  
dextram ha-  
bet attritam.  
idq; obcam  
cautam pac.

3. Vergili-  
nus esse exigit-  
matur.

<sup>1</sup> Nocte ve-  
rò sic vtun-  
gur: Cubile in  
quo quiescunt  
circum-  
dant; deinde  
op. ut legatur  
ut, non av-  
tq.

<sup>2</sup> Nauigia  
eorum one-  
taria sunt sa-  
ta è sp.

<sup>3</sup> in formam  
litteris comp.  
hunc in mo-  
compiagin-  
es: Cuneis  
frequentibus  
& longis' cir-  
cinaedunt  
bicubitali li-  
gna. Vbi huc  
m.

<sup>4</sup> curvatis  
autem in gy-  
rum lignis  
bona ve-  
suum fac.  
tr, pro quo hic  
legit ev.  
ccatis

<sup>5</sup> ex asun-  
dinum rese-  
ginibus co-  
futa, vel con-  
texta, & lapis  
peitoratus,  
duorum f.  
&c.

<sup>6</sup> cratera  
<sup>7</sup> Cratis ita-  
que imp.  
<sup>8</sup> Memphis  
versus nau-  
ganti, iuxta ipsas pyramides est cursus, id est tenetur, vel derigitur. at ne hic qui-  
dem est rursus, sed est aliis iuxta ac.

tant, alia tertiū vice sunt machinati, hæc videlicet: Singuli sua habent retia, quibus per diem pisces capiunt, eisdem noctu vtuntur cubili in quo requiescunt. Circundatis illis, deinde operti somnum capiunt. qui si in vestimento inuoluti aut in sindone dormitent, eos per ipsa indumenta culices morderent: per retia verò ne tantulum quidem mordere conantur. Naves eorum onerariæ sunt factæ è spina, cuius figura simillima est lotu Cyrenæo, & cuius lacryma gummi est. Ex hac spina ligna concidunt, quæ magnitudine bicubitali tanquam lateritio opere componunt, hunc in modum compingentes: Ligno cubitali circum densos ac longos stipites appendunt: vbi hunc in modum compegeruat, desuper frequentia transstra extendunt. <sup>4</sup> Commissuris nequaquam vtūt, sed introrsum compages byblio innectunt. Gubernaculum scitè faciunt, & hoc per carinam transit. Malo quoq; spinacco, & velis ex byblio vtuntur. Hæc nauigia contra flumen meare non pos-  
sunt, nisi luculentus ingrat ventus, verū a terra protra-  
hantur. Secundum decursum hoc pacto feruntur: Est <sup>5</sup> ia-  
nua ex myrica facta, <sup>6</sup> pataminibus aruodinacis strata,  
& lapis politus duorum ferè talentorum pondo: huius-  
modi <sup>7</sup> ianuam fune alligatam, in anteriore parte nauis  
sinunt deferti: lapide vero retrorsum alio sene. <sup>8</sup> Ita ianua,  
imperu aquæ infidente, protinus meat & trahit batim: hoc  
enim his nauigiis est nomen. Lapis autem dum retrorsum  
trahitur, fundo admotus dirigit nauim. Horum nauigio-  
rum ingens apud illos est copia, quorum quedam ferunt  
multa millia talentorum pondo. Quum regionem super-  
gressus est Nilus, solæ vrbes apparent, eatenus extantes ut  
insulis Ægæi maris ferè assimiles esse videantur. Nam cæ-  
tera Ægypti, pelagus efficiuntur: ipsæq; vrbes, solæ extant,  
que stationes nauium faciunt. Nec iam, quum hoc contin-  
git, per alueum fluminis sed per medium campi nauigatur. Ex Naucrate quidem <sup>9</sup> Memphis versus, non iam  
iuxta pyramides ipsas, sed iuxta acumen Deltæ & urbem  
Cercalorum. Amari autem & Canobo Naucratem versus  
per campum ad Anthyllam urbem venies, & ad urbem  
ganti, iuxta ipsas pyramides est cursus, id est tenetur, vel derigitur. at ne hic qui-  
dem est rursus, sed est aliis iuxta ac.

qui vocatur Archandri. Hacrum urbium Aothylla, quæ est insignis, datur peculiariis in calceamenta uxori semper eius qui in Ægypto regnat. quod factum est ex quo Ægyptus fuit ditionis Persarum. Altera videtur mihi nomen habere ab Archandro Danaï genero Phthij Achaxi filio. Archandri enim urbs nominatur.<sup>1</sup> Quod si alius quisquam Archander esset, nequaquam Ægyptum nomen foret. Haec tenus quæ vidi, quæ noui, quæ interrogaui, dicta sunt: hic pergam differente de Ægypto quæ audiui, addens & aliquid quod ipse viderim. Nenem, qui prius apud Ægyptum regnauit, aiebant sacerdotes iuxisse pontibus Nilum ad Memphis. nam eum, Libyam versus, totum præterlabi montem Plamnum: & supra Memphis cœcum circiter stadia meridiem versus aggesta humo ad anfractum fluminis arefecisse pristinum alueum. ita flumen facto alueo per medium montium fluere. Adeo nunc quoq; sub Persis iste anfractus Nili qui coercitus fluit, magnis præsidis custoditur, quotannis obseptus aggeribus. Quos si refringens flumen velit ea parte redundare, omnis Memphis adibit periculum ne aquis operiatur. Ab hoc Mene, qui primus extitit rex, id unde fluit amnis effectum terrestre, ibi q; ab eodem urbe hanc conditam quæ nunc Memphis appellatur (est enim Memphis in angustiis Ægypti sita) & exterius aquilonem versus & vesperum, ex flumine effossum esse stagnum, (nam ab aurora ipse Nilus coerat) & ab eodem in ea urbe extructum hoc templum Vulcanitū magnum, tum memoratu dignissimum. Post hunc recensebant è libro sacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot statibus honi- num, decem & octo fuissent Æthiopes & una mulier alienigena: cæteri, viri Ægyptij. Mulieri quæ regnauit, fuit no-men idem quod reginæ Babylonicæ, Nitocris: quam dicebant ultam fuisse fratrem ab Ægyptiis, apud quos regnabat, interemptum: quum eo interempto, regnum ad hanc detulissent. Ultam autem fratrem, multis Ægyptiorum dolo absumpcis.<sup>2</sup> Nam extruxisse eam per magna ædificium subterraneum, per causam quidem noui operis, animo autem aliud agitantem: & conuocatis ad conuicium multis, quos p̄cipue nouerat frater-

<sup>1</sup> Sed fieri potest ut aliquis alius Archander tunc non tam Ægyptum est hoc nomen.  
<sup>2</sup> Aggestisse Memphis. Huius enim totum præterlabi solitum monte subiulata Libya versus: Mene autem supra stadia circiter centum a Memphi, finu qui meridiem versus serebatur obstrudo, a ref. pr.

<sup>3</sup> quum ea pars aqua fluuium arcuerat, cœuiens facta esset, valle terrestre, ibi ab e.

<sup>4</sup> Nam quum dolum conderet, specum subterraneum & cum quidem valde longu exiisse, ut ipsi quidem dicebat, mente autem aliud machinatum esse. & conuocari ut legatus, & noui

<sup>1</sup> sese con-  
secisset in do-  
mum cinere  
plenum, quo  
imp.

<sup>2</sup> Hunc locum  
Budens ita ver-  
tu: Primum

omnium re-  
gum longis in ambi-  
tu stadia, posterius aperiam:

& populos  
subri maris  
accolas in po-  
testatem sua

redegisse: in-  
diquatio*n* i*l*-  
dem velligis

reductum, &  
coacto regen-  
tibus copias

transgressum  
in continentem

inferto exer-  
citu obuias

vbiq; gentes  
subegnit:

quicunque  
autem erat na-  
tus gentes

strenuas, &  
ero libertate

ac per capide  
dimicantes,

per horum il-

le regiones id est  
cypos lapides,

statuebat, li-

nx cædis autores fuisse, per occultum quendam specum  
immissile flumen dilucubentibus. Hęc denum de illa re-  
ferebant, præterquamquid, ubi hoc fecisset, conspersisse  
eam multo cinere ædilicium, quo impunita esset. Aliorum  
autem regum nullum referebant clarum opus elituin, ni-  
si vnius, qui postremus horum extitit, Mœris. Hunc enim  
ædificasse memoratu digna Vulcani vestibula, ad ventum  
a quilonem vergentia: & stagnum effodisse, cuius quot sint  
struxisse, de quatum magnitudine simul cum ipsius lacu  
mentionem faciam. Hunc itaq; tantum operum edidisse:  
alios autem nihil protulit. Quos ego prætergressus, eius  
qui his successit, nomine Sesostris, mentionem habebo.  
Iltum dicebant sacerdotes, <sup>1</sup> primum longis nauibus ex  
Arabico sinu profectum, rubri maris accolas in suam po-  
testatem redegisse: progressumq; longius, venisse in mare  
iam vadousum: & proinde non nauigabile. Illincvbi retro  
se ad Ægyptum recepisset, secundum sacerdotum cōme-  
morationem, coacto ingenti exercitu per continentem  
perrexisse: omnesq; gentes, ut in quamq; incidebat, sube-  
gisse. Et quascunq; earum nanciscebatur feroces & vehe-  
menter studiosas libertatis, in earum regionibus cippos  
statuebat, inscriptos literis sui nominis & patriæ, & que re-  
ferrent ipsum illos vi subegisse: quarum vero urbes nullo  
prælio nulloq; negotio cepisset, his cippis inscriptis tum  
ealde litteras quas scripsisset eis gentibus que viriles ex-  
stiterant, tum muliebria genitalia: planum facere volens,  
grahat continentem, donec ex Asia in Europam transgres- 56  
sus, Scythes subegit & Thraces: ad quos usq; & non ulterius  
mihi videtur Ægyptius exercitus peruenisse, quoniam in  
istorum terrarum tituli, non ultra, positi apparet. Hinc digres-  
tetas, id est sus retro abiit, & posteaquam ad Phasin subsedit <sup>1</sup> quid de-  
cypos lapides, inceps, non habeo quod dicam, an ipse rex Sesostris, diuiso  
tetis lignific intes ipsius regis nomine & patrem, & viciniis eius propitiis ac  
viribus subegerat. Quorum vero urbes nullo negotio aut inceuento certa-  
mine cepillerat, apud hos niderem ut apud illos qui strenuitatis specimen exhibe-  
runt, cippos juvē, statuebat, atq; eo amolius muliebria genitalia adsculpe-  
bat, significare volens eos ignavos esse. Und, 3 Deinceps pro comparto  
dicere non possum et ipse t.

suo exercitu, aliquantum copiarū reliquerit ad eam regionem incolendam, an aliqui militum pertæsi peregrinationis, circa fluuium Phasis substituerint. Nam Colchi videntur Aegyptij esse, quod ipse prius notum quam ex aliis auditum tetro. Cuius rei quum mihi cupido incessisset ut utrosq; percontarer, magis Colchi reminiscebantur Aegyptiorum, quam Aegyptij Colchorum. Dicebant autem Aegyptij se opinari Colchos è Sesostris esse exercitū. Ipse autem ex hoc conjectarū capiebam, quod atro colore sunt & criso capillo (tametsi hoc pro nihilo putari posset, quū & alij sint huiuscmodi) sed quod isti præcipue. Præterea quod soli omnium hominū Colchi & Aegyptij & Aethiopes ab initio statim pudenda circuncidunt. Nam & Phœnices & Syrii, qui sunt in Palæstina, didicisse id ab Aegyptiis & ipsi confitetur. Syrii verò qui fluuium Thermodontem & Parthenium accolunt, & horum contermini Macrones, à Colchis se nuper didicisse aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt qui circunciduntur: & in hoc faciendo, agnoscuntur Aegyptij esse. Aegyptij verò atq; Aethiopes, nō queo dicere viri ab utris didicerint. nam videtur esse per antiquū. Sed quod ex Aegypto, quum illuc commercium haberent, didicerint, magnum mihi sit hoc testimonian: quod hi Phœnices qui cum Græcis commercium habent, non amplius circa virilia imitantur Aegyptios, nec eorum qui nascuntur, virilia circuncidunt. Agedum & aliud de Colchis dicam, in quo sint similes Aegyptiorum. Hi soli atque Aegyptij linum eadem ratione operantur: omnisque utrumq; vita pariter & lingua similis est. Linum autem Colchicum à Græcis Sardonicum appellatur, quū illud quod ab Aegypto venit, appelleatur Aegytiacum. Titulorum quos Sesostris rex Aegypti regionatum erexit, pletique iam incolumes non extant. quosdam in Syria Palæstina i- pse vidi inscriptos, tum quibus dixi literis, tum muliebris genitalibus. Circa Ioniam quoq; duas huius viri figuræ visuntur in peccis incisæ: una quidem qua ex Epheso in Phœcam itur, altera verò, qua è Sardibus Smyrnam versas. In quatū utraq; insculptus est vir magnitudine quinū in palmorum, dextra spiculum tenens: sinistra arcus, ceteramq; item armaturam & Aegytiacam & Aethiopicam gestans:

Ipse pue-  
tim ex hoc

2 sed ex istis  
magis, quod  
soli, &c.

; & in eo i-  
stos Aegypti-  
orum cōfuc-  
tudinem se-  
quitos con-  
stat.

4 elaborant.  
vel. apparant.  
Gall. accor-  
diant.

; per singulas  
regiones

& ex altero ad alterum humerum cunctes sacrae literæ Ægyptiacæ sunt insculptæ in hæc verba, HANC EGO REGIONEM MELIS OBTINVI HVMERIS. Quis tamē aut cuias fuerit, ab hac parte non indicant, sed ab altera. Ea qui jam conspicati, Memnonis imaginem esse coniectant, multum à veritate deficientes. Hunc igitur Sesostrin Ægyptium sacerdotes dicebant, redeuntem, multisq; mortales earum gentium ac regionum quas subegerat, reportantem, eundem, posteaquam ad Daphnas Pelusias se receperat, fuisse à fratre, quem Ægypto præfecerat, vna cum liberis inuitatum: & quum ille domum exterius materia circumstipasset, struemque incendisset, re hunc intellecta extemplo cum vxore deliberasse, (nam & vxorem secum duxerat) & ea suadente ut duos è sex liberis super ardenter pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi translantes euaderent, ita fecisse & duobus filiis ita incensis, cæteros vni cum patre fuisse seruatos. Sesostrin in Ægyptum reuersum, vltionē de fratre sumprosse: quam vero multicudinem è terris in potestatē redactis abduxerat, ea vsum in hæc fuisse: Nempe illi fuerunt qui sub hoc rege immensæ magnitudinis lapides in templum Vulcani portatos pertraxerunt, quique ad diuortia aquarum, quæ nuocin Ægypto sunt, cuncta effodienda sunt adacti, quia inuiti faciebant ut Ægyptum, prius equis & plaustris agendis vbiique idoneam, redderent non idoneam. Nam ab eo tempore Ægyptus, quæ omnis plana est, tamen inequabilis & plaustris inhabilis exitit, propter multiplices tollas & vniuersa loca occupantes: quas ideo rex fodendas putauit ut ciuitates quæ non accolerent flumen, sed in medio Ægypti essent, refluente flumine non laborarent penuria aquæ ad potandum, sed ea suppeditaretur a puteis. Hac de causa Ægyptus intercessa est, & ab hoc rege, ut dicebant, in omnes Ægyptios disposita, soli quadrati æqua portione viritim per lortem data: atque hinc prouentus instituti, imposita certa pensione, quam illi quotannis soluerent. Quod si caius portionem assuovere flumen decūrtasset, is adiens regem, rei quæ coniugrat certiorem faciebat. rexque ad prædium inspicendum mittebat qui metirentur quanto deterius factum esset.

*¶ His quidam  
non declaratur,  
sed alibi  
declaratum  
est.*

¶ quum in redditu Da-phnae Pelusi-as venisset,

*¶ & per imprudentiam fe-  
cerunt ut Æ-  
gyptus prius  
equis &  
plaustris age-  
dis vbiq. quo-  
dicit, conno-  
ditate illa ca-  
ret. Nā &c.*

*¶ & varias forinas, vel va-  
ria deserticia  
habentes. Re-  
gionem autē  
idcirco rex  
incidit ut ci-  
uitat. His pr-  
teguntur legi-  
tates.*

¶ & per imprudentiam fe-  
cerunt ut Æ-  
gyptus prius  
equis &  
plaustris age-  
dis vbiq. quo-  
dicit, conno-  
ditate illa ca-  
ret. Nā &c.

¶ & varias forinas, vel va-  
ria deserticia  
habentes. Re-  
gionem autē  
idcirco rex  
incidit ut ci-  
uitat. His pr-  
teguntur legi-  
tates.

ut ex residuo proportione taxatum vestigia penderetur: atq; hiuc geometria orta videtur in Græcia transcendisse.

57 Nam polum & gnomonem, *id est normam*, & duodecim diei partes à Babyloniis Græci didicerunt. Solus hic Aegyptius rex in ipso potius est Æthiopic: monumentū quoque sibi reliquit ante xdeim Vulcani, lapideas statuas, duas quidem tricenūm, unam suam, alterā uxoris: quatuor autē vicenūm cubitorū, totidem filiorum. Huic statu longo post tempore quum Darij Persæ statua anteponeretur, nō tulit id sacerdos Vulcani, negans Darium tales res gessisse quales gessisset Sesostris Aegyptius: quippe qui cum alias nationes non pauciores quam Darius, tum verò Scythas subegisset: eoq; iniquū esse huius ante illius sibi donaria, qui rebus gestis non esset illum supergreditus. Hæc loquuto sacerdoti tamē ignouisse Darium ferunt. Defuncto Sesostris, regnū suscepisse Pheronem eius filiū aiebant, & huic nullā sumptuose expeditionē, sed ei contigilē ut luminibus caperetur. idq; hac de causa: Quin flumē eō tempore copiolissimū manaret, ita ut supra decē & octo cubitos rura transcederet, vento ingruente, qui fluctus ciceret, ferunt hunc regem facinus admisisse, quod sumptum spiculū in medios fluminis vortices contorserit: statimq; laborasse ex oculis, ac visum amissile, decenniōq; cæcum fuisse. Undecimo autem anno ex urbe Buti ei oraculum aduenisse, iam exactum esse tempus calamitatis: vitumq; ei redditum, si oculos ablueret lotio mulieris quæ ad suum solius virum accesseret, aliorum virorum expers. Eum ergo antea omnia viri uxoris expertum, quum nihil amplius cerneret, ceteratū deinceps virum expertum, tandem vidisse. Tumq; omnes mulieres quas fuisse expertus (præter eam cuius lotio lotus vitum receperet) unam in urbem coegerint, quæ ἦρει βαλλοῦ, *id est rubra gleba*, dicitur, & eas illic coactas cum ipsa urbe omnes concrematae: & eam cuius lotus vitum receperisset, uxori duxille. Ergo ea clade liberatus cū alia in aliis templis donaria posuit, omnia memoratu digna tū maximè memorabilia ac spectaculo digna in tēplo Solis gemina laxa, quos obelos vocant, à figura virtus, centenūm cubitorū longitudinis, octonām latitudinis. Huic in regno successisse aiebat virū Memphis cui nomen erat

*i Her adda  
post Subegisse:  
Darium autē  
Scythes vincere non po-  
tuisse. Ideoq;  
im.*

*a proteru-  
itate quadam  
sumpt.*

*et pōezias  
mulierem;*

lingua Græca Proteus. cuius nunc apud Memphio visitur  
fanum, decorum sanè ac valde adoratum, ad australē  
partem templi Vulcani positum, circunquaq; Pacchicibus  
Tyriis habitantibus: qui lotus omnis castra Tyriorum ap-  
pellatur. In hoc fano Protei est aedes quæ vocantur Venetis  
hospitæ: quam coniicio esse Helenæ Tindatifiliæ: cum  
quia apud Proteum suisse diversatam audiui, cum etiam  
quod cognomine Veneris hospitæ appellatum est. Nam  
quæcunq; sunt alterius Venetis templo, neque quam ho-  
spitæ appellantur. Et sanè percontanti mihi sacerdotes de  
Helena, referebat ita rem esse gestam: Alexandrum, rapta  
è Sparta Helena, quum reauigaret domum, in mari Æ-  
gæo ventis cursu excussum in Ægyptiacum pelagus: atq;  
illuc, non remittentibus flatibus appulsum, in Ægyptum  
ad ostium Nili quod vocatur Canobicum, a:que ad Tari-  
cheas. Erat in eo litore, Herculis templū, quod nunc quo-  
que est: ad quod si quis cuiuscunque hominis seruus con-  
fugiens capiat sacras notas, scelē deo tradens, cum nefas est  
tangere. Quæ sanctio ad meam usque attatem prorsus im-  
mutata perseveravit. Eam templi legem matcipia Ale-  
xandri quum audissent, ab eo profugerunt: assidentesque  
deo supplices, Alexandrū insimulabant, eum destructum  
volentes, temque omnem exponebant ut circa Helenam  
gesta erat, & illatam Menelao iniuriam. Insimulabant au-  
tem de his apud sacerdotes & apud huius osij Nili præfe-  
ctum, nonum Thonin. His auditis, Thonis quam captiili-  
mè Memphio ad Proteum mittit hæc nunciatum, his  
verbis: Peregrinus quidam venit genere Teucer, qui rem  
nefariam in Græcia perpetrauit: quippe seduxit hospitis  
vxorem, quam secum ducens cum multis admodum op-  
ibus, in tuam terram ventis appulsas est: utrumque sineimus  
eum abire impunem, an ea quæ attulit secum eripiemus?  
Ad hæc remisit Proteus qui diceret, Virum istum, vnde-  
cunque is sit, qui rem nefariam in hospitem suum perpe-  
trauit, comprehensum ad me deducite, ut quidnam dictu-  
r supplices, rus sit sciām. Hoc ubi accepit Thonis, Alexandrum com-  
ixeras: pro prehendit, nauesq; eius distinet: deinceps illum Helenamq;  
quo hic legit cum opibus, atq; etiam seruos Memphis dicit. Quibus  
omnibus representatis, Proteus percontatus citè Alexan-  
drum

drum quisnam esset. & vnde cum nauibus profectus. Alexander illi & genus suum commemorauit, & patriæ nomen, & vnde nauigasset, & quò. Sed interrogante Proteo vnde Helenam accepisset, titubante in loquendo ac tergiuersanter coarguebant iij qui fuerant supplices, <sup>Ad verbum.</sup> Non dicu- <sup>tem verita-</sup> nentes omnia quæ in scelere admittēdo gesta essent. Tan- <sup>tem.</sup>

<sup>35</sup> dem Proteus apud eos hanc sententiam tulit, inquiens, Ego, nūlī magni interesse arbitrater de nullo peregrino sup- plicum capitis sumere, ad terram meam ventis appulso, supplicium pro Græco illo de te sumerem. \* omnium ho- lopitum deterreme, scelestissimum facinus admisisti, à tuo ipsius hospite creptavxore: neque his contentus, cum ea abisti. Ac ne his quidem satis habens, compilata hospi- tis domo venisti. Itaque quoniam magni momenti esse duco necare hospitem, mulierem hanc atque opestibi ut abducas non sinam, sed ego hæc Græco hospiti reserua- bo, dum ille ipse constituerit venire ad ista reportanda. Ti- bi verò ipsi, tuisque conuectoribus, ut è mea terra in alieni triduo trāsfretetis præcipio, alioqui vos pro hostibus per- sequuturus. Hunc Helenæ ad Protea aduentum fuisse sa- cerdotes referebant. Quam famam videtur mihi & Ho- metus accepisse, sed quia non perinde decora res erat in carmine, alio loquendi modo est usus, in quem trastulit, declarans se hunc famæ sermonem notum habuisse. Id manifestum est ex eo quod in Iliade facit mentionem e- iusdem istoris Alexandri: nec vsquam alibi retractat. Ale- xandrum abducentem Helenam, cum alibi fuisse erra- bundum, tum etiam Sidonem Phœnicia applicuisse. Me- moravit enim huius rei in laudanda virtute Diomedis, ita versibus inquiens,

I' clutata intrant ibi pallia, opus mulierum  
Sidonidum, quas ipse Paris formosus ab urbe  
Sidonia duxit fulcans freta lata carinu;

Quam restulit magnum Helenam natalibus ortam.

Menominat quoque in Odyssæa his verbis,

Hoc habuit longe nota probum prejensq; venenum;

Quod Polydormna sibi Thrinis donauerat uxori:

Agypti qua terra ferax feri plurima mixta;

Multa quidem proba, multa autem damnosa venena:

<sup>2</sup> Qui dō o-  
nimum ho-  
minum detec-  
tione ) hospi-  
cio exceptus.  
scelestul. At  
hic pro ξεν-  
ωρ, μηνγες  
cum αρδγατ,  
Ο omittens  
τυχων.

\* Neque verbū  
tibi satis fuit  
cum illa rem  
habuisse, sed  
etiam sublata  
illa abisti. Ac  
ne his quidē  
contentus, di-  
repta hosp.  
Forçat οι αι-  
τερ επονι α-  
νακτησεων:

Iliad. ζ:

Odyss. Ι.

Huc quoque alia ad Telemachum Menelaus inquit,

*Odyss. A.*

*Huc etiam Aegyptum du met tenereremur*

*Conantem, quibus haud tamen solennia sacra.*

In his carminibus satetur Homerus se nosse errationem Alexandri in Aegyptum. Est enim Syria Aegypto contermina, & Phoenices (quorum Sidon est) in Syria incolunt, Itaque cum hi verius, tum vero hic locus, non minimus, immo maxime probant Cyprius versus non Homeri, sed cunctipiam alterius esse: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium peruenisse secundo vento vsus ac tranquillo mari: quum in Iliade dicat illum, quum Helenam duceret, errasse. Sed Homerus & Cypria carmina valeant. Ceterum, nunquid Graeci vana quæ circa Ilium gesta memorant necne, petcontanti mihi, facetdores respondebant, se cognovisse ex ipso Menelao, raptâ Helena magnas Græcorum copias auxilio venisse Menelao in regionem Teucriam: quæ in terram egressæ, locoq; communito, misserunt Ilium legatos, cumq; eis & ipsorum Menelaum ille. Hlos, postquam ingressi sunt moenia, tum

*etiam Resque.*

Helenam opesque quas Alexander furto asportasset, reponscisse, tum iniuria satisfactionem. Teuctros autem nunc eadem narrasse, deinde & iuratos negasse habere se Helenam atque opes de quibus arguerentur. sed ea in Aegypto esse omnia, neq; se iure reatum sustinere carum rerum quas Proteus Aegyptius rex teneret: Græcos, quum se ab illis derideret arbitrarentur, ita obledisse Ilium, donec expugnauerunt. Urbe capta, quum Helena non appareret, & eadem orationem quam prius audirent Græci: ita demum habita prioribus verbis fide ipsum Menelaum ad Proteum mittunt. Hic ubi ad Aegyptum peruenit, & Memphis ap-  
pulit, exposita tergesta veritate, honorificeissimè hospi-

*2. V. Res  
suas.*

Nauibus in Libya pro- super omnes pecunias suas. Et quum haec allequitus effigit. inde set Menelaus, tamen iniutius in Aegyptos exiuit. nam quoniam nec cōuerteretur ampl. 1. n. interpr. fr. n. legi regi. etiam iam du, rem nef. r. in excoitaui. Sumptis enim duobus pueris quorundam indigenarum filiis, exectisq; haruspiciis etiam fecit. Quod ubi cum facile reficietur est multus & exagitatus fuga in insulas Africæ obiacentes. Et postea-

quam

quam se contulit, nihil amplius quod referrent Aegyptij  
habebant. Atque horum alia sese ex historiis nosse dice-  
bant, alia ut apud ipsos gesta, sese magis habere comperta.  
Et hæc quidem aiebant Aegyptiorum tacerdotes. Egove-  
rò ad ea quæ de Helena, commemorata sunt, & ipse adiicio  
hoc coniectu: x. Si intra illum fuisse Helena utique fui-  
sse Grecis tradita, siue volente Alexandro siue inuito. Ne-  
que enim ita despicebat Priamus, aut alij eius propinquii,  
ut tuis ac liberiorum corporibus, atque etiam urbe pericli-  
taru: vellent, quò Alexander Helenæ contubernio potire-  
tur. Quod uero inter initia ita sensisse, tamen, posteaquam  
55 cum multis aliorum Trojanorum, cum vero Priami filio-  
rum duo tres aut plures perierant cum Græcis prælian-  
tes, si quid referentibus credi verificatoribus debet: hæc  
in pia, omnia quum contigissent, ego crediderim Pri-  
amum, vel si ipse in contuberno Helenam habuisset, Achæ-  
is rediitum facile, cupiditate præsentia mala deuictandi.  
Neque vero regnum ad Alexandrum erat peruenturum,  
ut iam luceores essent, seniore Priamo, quum Hector &  
natu maior & virtute præstantior quam ille, regnum esset  
defuncto Priamo suscepturnus: quem haudquaquam decu-  
iulet fratri iniuite agenti indulgere, quum præterum tan-  
ta mala propter eum, tuin priuatim iphi, tuin ceteris Tro-  
janis omnibus euenerint. Sed nec poterant reddere He-  
lenam, nec etiam dicentibus eis Græci fidem habebant,  
numine (ut quod sentio dicam) disponente, ut fundi-  
tas eueri planum facerent hominibus magnarum in-  
iunatum magna: à diis esse vnuones. Et hæc quidem,

<sup>1</sup> & ipse ab  
senior iis  
quæ de Hel-  
&c. his adie-  
ctis, si. &c.

<sup>2</sup> ex opinâ  
one meâ &  
<sup>3</sup> Monumen-  
ta  
<sup>4</sup> id Astatem  
vocant, & cù  
quidem ador-  
ant atq; be-  
neficiis pro-  
sequuntur. &  
autem qui ad  
Hymen et, &  
Hymen voca-  
tur conserua-  
tus faciunt.

\* ut multi videntur dicta sunt. Protei autem regnum  
dicebant sacerdos Rhampinitum qui memoriam  
facti levigatibula ab occatu spectacula templum Vul-  
cani. & e regione vestibulorum statuit duo simulacra  
quorum & vicinum cubitorum longitudinis: quorum  
quod a pilone spectat, <sup>4</sup> id Astatem: quod australi,  
id Hylem Aegyptij vocant, præpoterè facientes. Huic  
regnigenem eiusu pecuniarum viu: fuisse, quam ne-  
mo regum qui deinceps scripti sunt, superare potuerit,  
ac ne proxime quidem accedere. Et quoni in tuto eam  
pecuniam collocare vellet, ædificium extruxisse lapi-

deum, cuius parietum unus in exteriorem aedium partem pertingebat. sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum: Is unum è lapidibus ita struxit ut è pariete facile tolli a duobus viris atque adeo ab uno posset. Ædificio absoluto, regem in eo pecuniam reposuisse: interiecto tempore, structorem illum, quem esset vita excessurus, vocasse ad se filios ( nam duos huic fuisse ) eisque narrasse, se illis prospiciente, via fluenter vitam degerent, astutæ ædificas-

<sup>1</sup> Denique quoniam illis omnia quæ ad lapidem amouendum docuisse, ac dixisse, illos hæc obliterantes regij æratij quæstores fore. Patre vita functo, haud in longum filios rem distulisse. noctu enim ad regiam accedentes, lapidem ædificij inuentum nullo negotio amouisse, multūq; pecunia expilasse. Quum scilicet eius mensura dedisse, autem rex forte fuisse ædificium ingressus, videreturque vasā nummorum imminuta, obstupuisse: nec habuisse quem insimularet, quum & signa salua & ædificium obseruarentur. Vbi autem iterum ac tertio aperienti minor regij ær.

<sup>2</sup> apparebat (nā fures non delinere di- pete) ipsum hac fecisse. Laqueos, &c. vel ( ut pote- ribus apud am- plicientibus) faciendo curasse, & eos circa vasā in quibus pecuniae inerant collocasse: fures, quem admodum superiori tempore, quum venissent, & alter eorum penetrans ad vas recta perrexisset, eum fuisse laqueo retentum: & ubi agnouit quo in malo esset, protinus fratem vocasse, & præsentis conditionis suæ certiori fecisse: iussisse que vt quam celeriè introgressus sibi caput abscederet: ne ipse conspectus agnitusque quis esset, etiam illum vita perderet. Qui quum vilis esset probè dicere, statrem ei obliquevitem ita fecisse: & adaptato lapide domum abiisse, frattis caput asportantem. Vbi dies illuxit, ingressum in ædificium regem expandisse cernentem corpus furis in laqueo sine capite, & ædificium incorrupti, nullūq; neq; ingressum, neq; egressum habens. Ita abiisse, atq; ita faciendū statuisse vt turris cadaueret ē muro suspenderet: custodesque illic apposuisse, iussos vt si quem plorantem aut maledicentem animaduertissent, eum ad se perducerent. Suspensi cadauere matrem indignè tulisse, alloquitamque filium qđ supererat, imperasse vt quacumque ratione machinari posset, corpus frattis resolueret asportaretque:

retque: id si negligiceret, minatam se regem esse aditaram ad eum indicandum quod pecunias regias haberet. Aduersus hanc quum filius multa verba faceret, nec persuaderet, quod illa rem grauiter accipiebat, cum talem rem fuisse commentum: Instratis alios utres vino plenos impoluisse: & postquam agendo alios iuxta custodes fuit ante suspensum cadauer, reuultis ligaculis, duos tresque pedes resoluisse: & quum vinum proflueret, tum caput cedentem, vehementer vociferatum esse, tanquam nescientem ad quem prius aliorum se conuerteret. Custodes quum multum vini profluere viderent, concutisse cum valis in viam: & id quod proflueret, luctifacientes compotasse. Istum simulata iracundia omnibus maledixisse, aliquandoque post illis consolantibus, finxitse se mitigatum & ab irascendo desisse. Tandem seduxisse est via atinos atque instruxisse: & quum plura verba inter eos fierent, & quidam faceto dicto hominem lacesseret, ut risum eliceret, donasse illis unum ex vtribus. Atque eos illic, ut erant sic discubentes, potare constituisse, prehensantes hominem in oraculo ac iubentes ut secum ad compotandum maneret, atq; istum ~~negigeret~~ <sup>xgū tōdēr</sup> obsequutum remansisse: & quum inter potandum comi- ~~dicatur penit.~~  
ter acciperetur, donasse insuper alterum utrem. Ita se vino ~~gū c ventre~~  
ingurgitantes custodes, admodum temulentos esse factos somnoque oppressos, ibidem ubi potauerant obdormisse. Istum, ubi multum noctis erat, tunc corpus fratribus dissoluisse, & custodum malas dextras in contumeliam derasisse, & alios imposito cadavere jdomum versus agitasse, exequutumque imperia matris. Regem, ubi ei renuntiatum est furem cadauer surripuisse, acerbè tulisse: & quum vellet quoquomodo inuenire quisnam esset ista machinatus, hoc fecisse, quod apud me caret fide: Filiam suā domi prostituisse, iussim omnes indifferenter excipere: sed priusquam coirent, adigere ad sibi dicendum quidnam in vita esset actum a se solertissimum ac scelerissimum: & qui narraret quæ circa furem acta essent, cum comprehenderet, neque exire permitteret. Quum itaque filia patris imperia faceret, furem, quod audisset quamobrem ista fie-

<sup>i Detracis</sup>  
vtrium duobus aut tribus petiolaribus, ~~sem~~ facili, resoluisse illos laxatis vinciles.

[Leopard E-  
mead lib. 7. e.  
i a. vertit, duos  
aut tres vtrium  
petiolaris peti-  
culos reuoluti  
s. Infra sunt  
discubentes, potare constituuisse, prehensantes hominem in oraculo ac iubentes ut secum ad compotandum maneret, atq; istum ~~negigeret~~ <sup>xgū tōdēr</sup> obsequutum remansisse: & quum inter potandum comi- ~~dicatur penit.~~  
ter acciperetur, donasse insuper alterum utrem. Ita se vino ~~gū c ventre~~  
ingurgitantes custodes, admodum temulentos esse factos somnoque oppressos, ibidem ubi potauerant obdormisse. Istum, ubi multum noctis erat, tunc corpus fratribus dissoluisse, & custodum malas dextras in contumeliam derasisse, & alios imposito cadavere jdomum versus agitasse, exequutumque imperia matris. Regem, ubi ei renuntiatum est furem cadauer surripuisse, acerbè tulisse: & quum vellet quoquomodo inuenire quisnam esset ista machinatus, hoc fecisse, quod apud me caret fide: Filiam suā domi prostituisse, iussim omnes indifferenter excipere: sed priusquam coirent, adigere ad sibi dicendum quidnam in vita esset actum a se solertissimum ac scelerissimum: & qui narraret quæ circa furem acta essent, cum comprehenderet, neque exire permitteret. Quum itaque filia patris imperia faceret, furem, quod audisset quamobrem ista fie-

"i vel, qui in-  
rent, cupientem euadere versutū regis, hoc egisse: Recen- telligeret  
tis mortui amputatam ex humero manū sub pallio feren-  
i ii]

tem iste, atque ingressum ad filiam regis, quoniam interrogatus esset eadem qua ceteri, enarrasse, hoc se teles lithum perpetrasse, quod fratris in aerario regis la jucocapti caput amputasset: soleritimum autem, quod cadaver fratris suspensum resoluisset, custodibus prius cibis factis. Illum quum haec audisset, manum in hunc iniessisse, eique furem in tenebris magum mortui portavisse. Quam mulier quum apprehendisset, manum se huius tenere rata, illum per foras se proripiisse muliere delusa. Postquam & haec repudiata sunt regi, stuporem incussisse tum altum, tum audaciam hominis. Ad extremitum dimissis per omnes vites nuntiis, regem edixisse, non modo venientem sed etiam

magna munera manere furem, si in conspectu in epius

veniret: ita furem, fide habita, ad eum venisse: et Rham-

plinitum, magna viri admiratione ductum, filiam suam

enip, iam sic collocasse, tanquam ex omnibus mortalibus plurimam facie.

Sciriatur Aegyptius, assere-  
te non pos-  
sum. Sacer-  
dotes autem

pallium quod  
dam eo ipso  
die coextrem  
vni ex suis in

duis, & oculos  
mitta ob-  
ducere: quem  
in via de jux. q.  
f. ad C. tem-  
plum ipsi re-  
deundillo re-  
lido.

Et haec qui-  
dem sum ab  
Aegyptius re-  
lati sunt, qua-  
cuscum erit id is  
et nunc Mi-  
hi uenit to-  
to hoc opere.

Et respondebat  
Hannibal con-  
sule,

Nam Aegyptios quidem ceteris, huic autem Aegyptius

antecellere. Post haec aiebant regem hunc descendisse

viam sub terram, cum ubi Graci opinantur sedes infernas

esse, & ibicum Cerere alea luisse: & aliquando victorem,

aliquando victum fuisse: & sui sum iterum fuisse reuictum

munus ab ea obtinentem mantile aureum. Quod tempus

a Rhampliniti descensu ad redditum, dicebant seriatum

esse apud Aegyptios. Idque ego ad meam memoriam feci

obseruatum. Verum an ob id sic seriatu fiat Aegyptij, at-

serere non possum: sed sacerdotes pallium quoddam, quod

intra unum dictem detexuerunt, vni ex suis induere, & oculos

mitta obducere: quem gestantem pallium ubi in viam

deduxerunt quae fert ad Cereris templum, ipsos redire illo

relitto. Hunc autem sacerdotem oculos relativos habentem

aiunt a geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab

urbem viginti stadia abest: & rutilus a templo in eundem lo-

cium a lupis reduci. Quae ab Aegyptius referuntur, cuiusun-

que credibilia videntur, is eis utatur. nulli autem in omni

sermone constitutum est ea scribere quae auditu cognoui.

Inferorum principatum tenere Ceretem & Liberum Aegyptij aiunt. Hi denique primi extiterunt qui dicerent ani-

mam hominis esse immortalem, quae de mortua corpo-

re sebinde in aliud atque aliud corpus, ut quodque gigas-

scire,

zetur, immi graret. Acque ubi per omnia se circumtulisset,  
terre lata, marina, voluctia, rursus in aliquod hominis  
corpus genitum introire. atque hunc ab ea circuitum fie-  
ti intra annorum tria milia. Hanc rationem sunt è Græ-  
cis qui vñtpauerine tanquam suum ipsorum, alij prius,  
alij posterius. quorum ego nomina scripsi, non duco scri-  
benda, Ad Rhamphitum usque regem aiebant in Æ-  
gypto viguisse fane ius omne. Post hunc autem, qui in  
regno succedit Cheopē in omne Ægyptiū fuisse prolapsum.  
Cūnibus nanque cum templis obseratis, ante omnia  
Ægyptiis ne sacrificarent interdixisse. Deinde iussisse  
ut nū ius ipsius operibus exercerentur: aliis, ut ex lapidi-  
ciniis Arabici in montis saxa exciperent, & illinc ad Nilum  
vi que protraherent: aliis, ut transmisso flumine, illa acci-  
perent, & ad montem qui dicitur Libycus traherent. Fa-  
ciebant autem opus circiter decem hominum myriades,  
~~id est centum~~ <sup>1</sup> milia, ternis semper mensibus singulæ. In  
ea via populus dum trahendis saxis atteritur, decenne  
tempus triuit, quod non multo minoris operis mihi vi-  
detur quam pyramidem extruxisse. Cuius longitudo est  
quinque stadiorum, latitudo decem passuum. <sup>2</sup> Altitudo  
( ubi maxima est ) octo passuum, lapide polito & anima-  
libus insculpto. In hac decem annos fuisse consumptos,  
& in subterraneis ædibus in tumulo, supra quem pyrami-  
des stant, quas fecit tibi pro sepulchro, in insula intromis-  
so per fossam Nilo. Verum in pyramide hac annos viginti  
absumptos: cuius singulæ frōtes ( nam est formæ quadra-  
tæ) sunt <sup>3</sup> octogenūm iugerūm pari altitudine, saxis do-  
siguile.

<sup>61</sup> latis decentissimeque coagmentatis quorum nullum  
est minus triginta pedum. Fuit autem extorta hæc pyra-  
midis in speciem graduum, quas quidā scalas, quidam aru-  
las vocant. Posteaquam eam principio talem fecissent, at-  
tollebant reliquos lapides brevibus machinis è ligno fa-  
ctis, ex humo in primum ordinem graduum leuantes.

\* Vbi super hunc gradum lapis erat, alteri machinæ impo-  
nebatur, quæ in ipso primo gradu stabat. Ab hoc deinde in  
alterum ordinem trahebatur, super alteram machinam.  
Nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant,  
sive eandem machinam, quæ una & facilis ad ferendum

<sup>1</sup> omnem la-  
gum exquisi-  
tem, &c.

<sup>2</sup> Altitudo  
autem, qua pat-  
te est altior se-  
ipsa Sic ad ver-  
bum. Intelligit  
autem sapientia  
cum ipsius pyra-  
midu. Gall. La-  
ponie, vel,

sigillu.

<sup>3</sup> octoge-  
num pedum  
4 Atq; pro-  
ut in eū lapis  
attollebatur.

¶ Dictum enim sit à nobis quod aut invicem patet.

2 raphano.

3 vestem. id est vestitum, operiorum dum per id quod dixi tempus opera exstructae.

4 sesquiplethrum sive spuum habet. Ad verbum, sesquiplethrum est, id est, 150 pedes.

5 Primo autem etificio ex lapide Aethiopico verticolore et dificato, quadraginta pedibus infra, alteram etificauit eadem magnitudine, magus et nigrum. et iugatur origo proposita.

esse, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amoliebantur. Dictum sit à nobis de utroq., quemadmodum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæq; ex pyramide, quæ erat altissima: deinde gradatum sequentia: non uissimè vero quæ solo sunt iuncta & insima. In ipsa pyramidide litteræ Aegyptiacæ scriptæ, indicant quantum sit erogatum in operios pro apio, cæpis, & aliis: quod interpres earum literarum (ut probè reminiscor) aiebat in summa mille & sexcenta talenta pecuniae esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est suisse consumptum, vel in ferramenta, vel in cibos, vel in vestiarium operiorum? Atque per id quod dixi tempus opera extruebant. Alio item tempore (ut ego opinor) lapides exciderunt atq; portarunt, & alio non exiguo subterranea fossam effecerunt. Propter quod eo flagitijs deuenisse Cheopem, ut pecunia defectus, filiam suam in quodam ædificio prostituerit, imperans quantumcumque facheret quæstum. (non enim dicebatur quantum) eamque cum patris iussa fecisse, tum vero priuatim de relinquenda sui memoria cogitasse. Itaque singulos ad se intantes orasse ut sibi ad opera singulos lapides donarent. Ex his lapidibus aiebant extructam fusile pyramidem quæ stat in medio trium, in conspectu pyramidis magnæ, cuius unumquodque latus et sesquiuplrum est. Quinquaginta annos regnasse hunc Cheopem Aegyptij dicebant, eoq; defuncto accepisse regnum fratrem Chephrenem: & hunc eodem instituto vnum cum in aliis, tum vero in facienda pyramide, non tamen quæ ad magnitudinem fratrem accederet. eas namque & nos sumus dimensi. Nam subterranea non subsunt ædificia, neque per fossam deriuatus in eam Nilus (quemadmodum in alteram) influit, sed exstructo aquæductu introrsum insulam circumluit, in qua situm esse ipsum Cheopem aiunt. Fultisse tum ex Aethiopico lapide verticolore primum donum, quadraginta pedibus depresso altera, sed habentem idem quod grande edificium, magnitudinis. Stant autem super eundem tumulum amba, centum ferè pedum celsitudinis. Porro quinquaginta sex annos regnasse Chephrenem aiebant. ita centum & sex anni supputantur quibus Aegyptij in omni calamitate verlati sunt, nec templi

templa aperta, sed semper fuerunt oclusa. Hos reges Ægyptij præ odio ne nominare quidem volunt, sed eorum pyramidas vocant pastoris Philitionis, qui ex tempestate pecudes per hæc loca pascebatur. Post hunc regnasse in Ægypto dicebant Mycerinum Cheopis filium, cumque paterna perosum facta, & templo referasse, & populo ad ultimum calamitatis afflito fecisse potestatem res agendi & sacrificandi: quin etiam super omnes reges iustitiam exercuisse. Quo nomine ex vniuersis regibus hunc Ægyptij maximè predicabant, tum ob alia quæ bene iudicabat. tum verò quod conqacerenti de ipsis sententia, de suo donabat, ut indignationi hominis satisficeret. Quum autem  
esset in ciues ita clemens Mycerinus, atque ita studiosus, ita se geteret.

principium ei malorum contigisse obitum filiæ, quæ domi vnicafoboles erat. Quæ clade supra modum dum doloreret, velletque filiam excellentiori aliquo genere sepelire quam cæteri, fecisse ligneam bouem cauam, quam quum inaurasset, in ea filiam sepelisse defunctam. neque humo bos hæc condita est, sed ad meam usque memoriæ in proposito fuit in urbe Sai apud regiam, in conclave quodam exornato posita. Cui singulis diebus omnifarij odores inferuntur: noctibus autem perpetuò incensa lucerna astat. In altero contiguo conclave imagines stant concubinarum Mycerini, ut in urbe Sai sacerdotes aiebant. Stant enim colossi, id est, grandia simulachra, circiter viginti, è ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum sint mulierum non possum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boe & colossis hæc referant: Mycerinum amore filiæ suæ captum, vim ei intulisse: deinde illam quum præ mærore se suspendisset, patrem in hac boe sepelisse: matrem autem manus ministrarum quæ filiam patri prodidissent, præcidisse: & nunc earum hæc esse simulachra eius mali quod viuæ passæ fuissent. Hæc (ut ego opinor) dicunt nugatores, ut alia, ita & de manibus colosorum: quippe quas ipsi vidimus temporis diuturnitate delaplas, quæ ad meam usque ætatem ad pedes eorum stratae visebantur. Bos quoque cum cæterum corpus operta est Phœnicio pallio, tum verò cervicem & caput crasso admodum auto: cuius inter media cornua

<sup>2</sup> extabat in  
urbe, &c. vel,  
visebatur.

<sup>3</sup> adolescentur:

**t** orbis est so-  
lis aureus af-  
finitatus.

'circulus annexus inest, solum assimilatus. Neque stans est  
bos, sed in genua cubans, magnitudine quanta est grandis  
vacca viua. Effertur autem e conclavi quotannis, & post-

quam Aegyptij verbaverunt deum quendam, quem in tal-  
i negotio non puto mihi nominandum, tunc & boalem  
in lucem proferunt. A iunctenim eam orasse patrem Myce-  
rinum, ut defuncta quotannis semel solem intueretur. Hinc  
regi, post calamitatem filiae, secundo loco hæc accidit:  
Ex urbe Buti venisse oraculum, fore ut sex omnino annos  
viveret, septimo defunctus. Id hunc ægrie feruimus, vi-  
cissim missile ad oraculum contumelias querimontas:  
quod, quum pater sius & patruus qui deorum immemo-  
res templo clauserant, hominesque perdidierant, tandem  
vixissent, ipse piè faciens tam citò foret vita defuncturus.  
Rutlus ei venisse dicuntur ex oraculo responsa, capropter

**s** quod in fa-  
cis esset ut fa-  
ceres.

ipsum properè vitam finiturum quod nō id faceret quod  
deberet. Oportuisse enim Aegyptum centum quinqua-  
ginta annis affigi: idque duos qui ante eum fuissent reges  
didicisse ipsum vetò, ne quaquam. Hæc ubi accepit Myce-  
rinus, se iam à numinibus damnatū, lucernas fecisse per-  
multas, quibus quin nocte secesset accentis, potaret, ac se  
oblectaret: neque diu neque noctu intermittentem quin

**s** & ubi intel-  
ligere conu-  
cula esse com-  
modissima.

per paludes perque nemora vagaretur, vtque audiretur  
iungilibus in rebus studiosissime verlan. Hæc autem id-  
circo excogitarat, quo vellet oraculum convincere men-  
dacijs, ut duodecim profex fierent anni, diebus factis ex  
noctibus. Pyramidem & hic reliquit longè minorem pa-  
terna, vicenis pedibus ex omni parte(nam est quadrangu-  
laris) breuiores, que est trium iugorum, Ethiopico ex

**4** trium ple-  
thronū, id est.  
quadrum 300.

lapide ad medium usque. Hanc quidam Grecorum volunt  
et se Rhodopis mulieris prostantis, non recte sentientes:  
qui ne nosse quidem videtur quamnam fuerit Rhodopis de-  
qualoquuntur. Neque enim tales Pyramides illa fibi fa-  
cere destinasset, in quatalentorum infinita (vt sic dicimus)  
millia consumpta sunt. Ad hæc, non istius sed Amalis regis  
temporibus Rhodopis floruit. Multis enim post hos reges

**¶** Nam & hic  
Ladmoni su-  
tit, ut hinc in  
zine ostendit.

annis qui illas Pyramides reliquerunt, Rhodopis extitit,  
genere Thracia. ancilla Ladmonis Sami, ex urbe Vulcani,  
conferat Esiopi fabularū scriptoris, nam & hic Ladmonus  
fuit

fuit postquam is huic mulieri non minimum cordi fuit.

Siquidem quom lāpennumero Delphi ex oraculo pronuntiarent, si quis sumere pēnas vellet animis Aēlopi, aliis <sup>i id est vita, ne  
pro vita.</sup> nullus extitit qui sumere vellet nisi Iadmonis ex filione-  
pos, aliud Iadmon. ita & Aēlopus Iadmonis fuit. Rhodo-  
pis autem in Aēgyptu abuit, à Xantho Samio transpor-  
tata. Et quum eo ad quāstum faciendum venisset, magna  
pecunia fuit redēpta a Charaxo viro Mitylenæ, Scaman-  
dronymi filio, Sapphias poematum conditricis fratre.  
Hunc in modum Rhodopis libertatem nacta est, & in Aē-  
gypto remansit: gratiosaque vehementer effecta ingen-  
tes opes comparauit, quæ Rhodopin transcenderent, non  
quæ ad talēm pyramidem faciendam alcenderent. Ex  
quarum opum decima parte cuicunque etiam hoc volen-  
ti cognoscere licet, non magnam ab illa pecuniam fuisse  
repolitam. Quum enim oparet memoriam sui in Græcia  
relinquere, fecit opus quod ab alio excogitatum non est  
neque donatum, idque donauit in templo Delphico ino-  
numentum sui. E decima enim suarum opum tot è ferro  
verua ad boues torquentos fecit, ad quot facienda sufficeret  
decima ipsa: quæ Delphos misit: quæ nunc quoque posita  
sunt eregione templi, post aram juam Chij donauerunt.  
Gaudent autem quodammodo in Naucrate prostibula  
ficti gratiosa, nam hinc de qua menuo habetur, adeo no-  
bilitata est fama, ut nemo Græcorum non edidicerit Rho-  
dopis nomen. Alterius quoque quæ posterior fuit no-  
mine Archidice, fama per Græciam celebris extitit, sed  
minus quam prioris: cuius amore Charaxus insaniens  
Mitylenen rediit, vt meminit Sappho, conuiciis cum  
infectata. & de Rhodope quidem hactenus. Post My-  
cenium autem Aēgypti regem fuisse dicebant sacer-  
dotes Asychin, cumque fecisse Vulcano porticum ad so-  
lem orientem, longè pulcherrimam longeque maxi-  
mam. <sup>4</sup> Habete enim ubique cum figuris insculptas,

<sup>5</sup> Hibere enī nū cum alias ponitis, figura que bene sculperas, & alias ināni-  
tas & deliciosa specie, cum vero ista longe piuati. Hoc tegnante quom non si-  
ne magna difficultate per unius alij cum aliis communicare, tē enī hanc Aē-  
gyptus fuisse dicebant, ut ita denum, &c. ut distinguatur post pædias, ita  
temen & hercules ad se pente referri perfici. q. d. Ita que pugnantur: quoniam  
difficile, non raro, non rado.

tum aliam infinitam ædificiorum speciem. Illud vero maximum ab hoc rege fuisse factum, ut quum vehementer laboraret ex ære alieno, legem hanc Ægyptiis promulgauerit, ut ita demum quis pecuniam murio acciperet, si cadauerat patris pignori traderet. Hunc autem ad hanc legem adiecisse, ut penes creditorē esset potestas omnis sepulchri debitoris, utque hæc irrogaretur mulcta pignus deponenti: cui, si dissoluere æs alienum recusaret, fas non esset sepeliri aut in paterno aut in alio sepulchro: ac ne alium quidem ex seipso progenitorum sepulturæ manda-re. Hunc præterea regē superiores antecellendi cupidum, reliquissimæ memoriam sui pyramidem lateritiam, incisis lapidiliteris in hæc verba, NE ME LAPIDIS PYRAMIDIBVS COMPARES, QVAB TANTVM ILLIS PRÆCELLLO QVANTVM IVPITER CAETERICIS DIIS. NAM FUNDVM LAGVS CONTO VERBANTES, QVICVID LVTI CONTO ADHÆRSECEBAT, ID COLLIGENTES, ME COMPOSVERVNT, ET IN TALEM MENSVRAM REDEGVERVNT, atque id demum operis hunc regem edidisse. Post hunc regnasse cæcum quendam ex urbe Anysi, nomine Anysin: atque eo regnante, excurssus in Ægyptum magna cum manu Æthiopum Sabacum regem: & quum cæcus hic fuga se in palustria protipuisset, illum regnasse in Ægypto quinquaginta annos: idque intra tempus ista edidisse. Quoties Ægyptiorum quisquam aliquid deliquerit: neminem voluisse morte afficere: sed pro sui quenque delicti magnitudine, damnare ad aggerandam certam mensuram aggerum intra urbem unde quisque incolentium erat. Atque ita urbes sunt etiam sublimiores effectæ. nam primùm humus aggesta fuerat ab iis qui sub rege Sesostris riuos effoderant: iterum sub rege Æthiope valde sunt urbes factæ excelsæ, cum cæteræ quæ in Ægypto sunt, tum vero (ut mihi videtur) Bubastis urbs, ubi præcipue terra exaggerata. In qua urbe templum est Bubastis, quæ nostra lingua dicitur Diana, omnium maximè memorabile. Quo etiæ alia sunt tum grandiora, tum sumptuosiora, nullum tamen est aspectu iucundius. id ita se habet: Cætera præter accessam insula est: cuius ad ingressum usque duo e Nilo fluenter

*x Videtur aliud  
legisse quam  
genus dñe.*

*ii: lateres du-  
xerunt, & me  
in tale formâ  
redig.*

*ii: docentiū*

*iii: Est autem Bu-  
bastis, ea quæ  
lingua Gæcia  
Attemis dici-  
tur, i. Diana.  
Sed haec verba  
habentur in cod.  
Greco post ista,  
huiusnam  
est aspectus  
Dianæ.*

Buena vicina currunt, nec confluunt, binc atq; illinc præterfluenta, centum verunque pedum latitudinis, arboribus inumbrata. Eius vestibulum decem passibus sublime est figuris tenūm cubitorum adornatum. Id templum in media vrbē situm, vndique circumcunctum oculis subiicitur. nam quum vrbē sit aggestu terræ sublimis, templum quemadmodum à principio conditum, nec loco motum, pro speculo est. illud <sup>t</sup> materia figuris exculpta ambit. In-

<sup>t</sup> Septē figu-  
ris exculpta

terius delubrum, ingenti procerissimum arborum ma-  
nu consitarum luco ambiente, in quo delubro statua est.  
<sup>2</sup> Lōgitudo templi quoquaversus viiius est stadij. Ab eius  
ingressu via per forum orientem versus, quæ fert ad Mer-  
curij templum, tria circiter stadia lōgitudinis &<sup>3</sup> quatuor  
iugerum latitudinis, strata lapide est, vtrinque arboribus  
manu consitis in cœlum euntibus. Atque hunc quidem in  
modum templum habet. Verū sc̄ ita ad extremum libe-  
ratos Æthiope referebant, quod ille per quietem oblata  
sibi visione, fuḡ se mandauerit. Visus est sibi videre quen-  
dam astantem, qui suaderet ipsi ut congregatos cunctos  
Ægypti sacerdotes incideret medios. Hac eū visione con-  
specta dixisse, videri sibi deos demonstrare hanc occasio-  
nem, ut piaculo in sacra cōmisso, aliquid clavis aut à dīs  
aut ab hominibus acciperet: se verò nequaquam ista factu-  
rum, sed abitutum: quoniam excellisset iam tempus quod  
ip̄ū à diis vaticinatum esset, quo usque foret in Ægypto re-  
gnaturus. Etenim quum in Æthiopia ageret, otaculis qui-  
bus vtuntur Æthiopes, responderat deus, fore vt is in Æ-  
gypto quinquaginta regnaret annos. Id tempus quum ex-  
cessisset, & vito insomnijs perturbatus esset Sabacus, vtrò  
ex Ægypto concepsit. Eo profecto ex Ægypto, tursus cæ-  
cum è palustribus egremum accepisse imperium: vbi quin-  
quaginta annos habitasse intulam, cinere atque humo  
aggesta. Nam vt quisque Ægyptiorum iulfus illuc ibat  
portans frumentum, ei mandabat vt clam Æthiopi ad se  
dono etiam cinerem ferret. Hanc insulam nemo ante A-  
myrtarum inuenire potuit, sed septingentis & amplius an-  
nis superiores Amyrtar reges nequicunt eam inuenire:  
cui insula nomen est Elbo, decem omnino stadiorum ma-  
gnitudinis. Post hunc regnasse sacerdoteim Vulcani, no-

<sup>2</sup> Latitudo  
autem & lō-  
gitudo t.

<sup>3</sup> quatuor  
plechrorum.  
<sup>id est 400. pē-  
dom</sup>

mine Sethon: cumque bellatoribus Ægyptiis abusum fuisse, contemptus habens canquam sibi non opportunos, &

**A toris exu-**  
**isse, que min-**  
**ora pedes quin-**  
**quaginta ca-**  
**per, dimid. am-**  
**pliebri.**

cum aliis ignominios affectuisse, tu vero agris exuisse, quibus fuerant a superioribus regibus singuli donati duodecim. Ex quo factum est ut, quum postea Sanacharibus Arابum Aliytorumque rex cum magnis copiis inuasisset Ægyptum, noluerint ei opitulari. Tunc sacerdotem consilij inopeam, in cœnaculum se contulisse: ibique apud simulacrum complorasse quanta pati periclitaretur: eiique inter lamentationem obrepisse somnum: & inter quietem visum astare deum, exhortantem nihil cum molesti passum, si copiis Arabum obuiam iret: se enim auxiliarios ei misserum. His insomniis fretum sacerdotem, sumptis Ægyptiorum iis qui sequi vellent, castra in Pelusio poluisse. (hac enim Ægyptus inuaditur) nec eum fuisse quempiam bellatorum sequutum, sed institores, & operarios, & torrens homines. Eò quum petuerissent noctu, effusam ipsi hostibus viii agrestium murum, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habendas abederunt, ita ut postera die hostes armis exuti fuga fecerint, multis annis. Eoq; nunc iste rex in templo Vulcani lapideus stat, manu murum tenens, atque hoc per literas dicens, IN M  
QVIS INTVENS, PIUS ESTO. Ad hunc usque narrationis locum & Ægypti & sacerdotes referebant, demonstrantes a primo rege ad Vulcanum sacerdotem huc qui postremus regnauit, progenies hominum fuisse trecentas quadraginta unam, & totidē interea pontifices tūdemq; reges. Trecentae autem progenies decem milia annorum valent. (nam tres vituum progenies, centum anni sunt.) una & quadraginta, quæ reliqua sunt ultra trecentas, sunt anni milie trecenti quadraginta. Ita intra decem milia trecentosque & quadraginta annos, negabant vium deum forma humana extitisse: ac ne in regibus quidem Ægypti qui aut prius aut posterius extiterint, aliquid tale dicebant fuisse: sed intra hoc tempus quater solem prater consuetudinem fuisse ortum. bis quidem illinc exortum, ubi nūc occidit: bis autem unde nunc oritur, illic occidit: nec tam sub haec aliquid in Ægypto esse immutatum, nec ea quæ ex terra, nec ea quæ è flumine ipsis proueniunt, nec quæ

**2 noluerint**  
**et milites Æ-**  
**gypti opitu-**  
**lati. vel, Bellato-**  
**res Ægypti.**  
**Videtur signifi-**  
**cate eos qui rei**  
**militari s. ren-**  
**trata proficeren-**  
**tur. Ipt. Valla**  
**Bellarum pan-**  
**tu ante interpre-**  
**tatur. Et subi-**  
**pagnatorum**

que ad morbos aut que ad mortes pertinent. Atque ante Hecataum sermonum scriptorem, apud Thebas originem generis sui recententem, ac progenitores familiæ suæ repetentem ad sextum decunum deum, sacerdotes locuti tale quiddam fecerant: & trihi non recententi originem familiæ meæ, introducto in quoddam grande cœnaculum, enumerando demonstrabant totè ligno colosso quot dixi. Ibi namque stabant pontifices sub imaginæ virtutæ qua quis vixerat, enumerantes itaque sacerdotes ostendebant mihi uniuersumque eorum esse filium proximè defuncti sacerdotis, imagines eorum singulas gradatum percensendo, donec omnes exposuerant. Atque Hecatæ originem suam recententi, & ad sextum decimum deum referenti, occurrabant è diuerso progeniem recententes, & in enumeratione non admittentes i.e. quod ab illo diceretur, hominem progenerati è deo. Occurrent autem in repetenda progenie hunc in modum, quod dicerent uniuersumque colossum fuisse Piromin ex Piromi genitum, douce trecentos quadraginta quinque commemorarent: Piromin assidue ex Piromi procreatum, non referentes ad deum illos aut ad heros. Est autem Piromis Græcalingua expositum *προλόγος κατάθεσις, id est bone stus et bona.* Eos itaque quorum imagines erant, demonstrabant tales omnes extolle, sed multum à diis distantes. Priores tamen his viris fuisse deos in Ægypto principes, una cum hominibus habitantes, & eorum semper unum extolle dominatorem: & postremum illuc regnasse Otiū Osiris filium, quem Græci Apollinem nominant. Hunc postquam extinxit Typhonem, regnasse in Ægypto postremum. Osiris autem Græcalingua est Dionylus, id est Liber. Atqui apud Græcos nouissimi deorum esse continentur Hercules, Dionylus & Pan: at apud AEGyptios Pan vetustissimus est etiam ex octo diis, qui primi dicuntur: Hercules, ex iis qui secundi numero duodecim: Dionylus, ex iis qui tertij vocantur, ab illis duodecim procreati. Ab Hercule autem quantum annorum ad Amatin regem esse ipsi AEGyptij sunt, superius a me patefactum est. A Panne vero plus annorum esse dicitur: minimum in herbos, a Dionysio: quanquam ab hoc ad Amatin regem

I sam prius autē Hecatæ historiographo apud Thebas originem generis sui recententi, ac progenitores familiæ suæ ad sextum decimum usque deum repetenti, sacerdotes bouis tale quiddam fecerant. quod mihi recenti originem sunt meæ. Introductio in q. g. corn. en. demonst. tor è ligno coloslos quot dixi. Illic enim singuli pontifices adhuc viui imaginæ suæ collocat. Enim itaq; &c. Legitur autē & ita, απολέπεις προλόγος κατάθεσις, quam legiārem hic sequitur. Et cōmemorarent Piromidas cognomina, neque tamē refert. Legendis nō ipse iuxtago ζωδίας. ; minime cā hominibus versantes

quindecim millia annorum supputatur. Et hæc AEgyptij pro compertis asseuerant, seque scire assidue supputando, semperque annos describendo. A Dionysio quidem certè, qui ex Semele Cadini genitus fertur, ad meam ætatem sunt anni ferme mille sexcenti: ab Hercule vero Alcmenæ filio, ferme nongenti. A Panem autem Penelopes (ex hac enim & Mercurio Pan genitus dicitur à Græcis) minus annorum est quam à bello Troiano, octingenti fere ad me anni. Vtrum horum probabilius sibi videtur, eo quisque utatur licet: ' mihi autem de his recepta opinio probatur. Nam si & isti in Græcia cum celebres fuissent, tū fennuisent, quemadmodum Hercules ex Amphithryone genitus, Dionysius ex Semele, & Pan ex Penelope natus, dixisset aliquis & hos alios habere illorum deorum nomina qui prius genuiti fuerant: nunc Græci aiunt Dionysum, statim editum, ab Ioue insutum in femore, portatumque in Nyssani que est supra AEgyptum in AEthiopia. De Panem ne habent quidem quod dicant, ubinam à partu sit educatus: ex quo sic mihi manifestum, Græcos audiuisse posterius horum quam aliorum deorum nomina: & ex eo tempore illorum progenies recensuisse quo primum de iis audierant. atque hæc quidem AEgyptij aiunt. Quæ verò cæteri homines cum AEgyptiis contentientes memorant in hac regione fuisse gentia, hæc iam explicabo, 'aliquid etiam his quæ ego vidi conferentibus. Post Vulcani sacerdotem regem /cum AEgyptij libertatem adepti, duodecim sibi reges (nullo enim temporis momento poterant sine rege vivere) deligunt, in totidem partes omni AEgypto distincta. Isti iunctis inter se affinitatibus regnabant, pactionibus initis ne mutuo auferre imperium conarentur, néve quis plus alio quipiam obtainere quereret, sed ut essent inter se quam amicissimi. Atque ea de causa has pactiones arctas accuratasque inierunt, quod eis inter initia, simulatque tyranides inuaserunt, repousum fuerat, qui in templo Vulcani aerea phiala libasset, eum totius AEgypti regno potitum.<sup>4</sup> Vbi omnia facta exequuti sunt, placitum est eis aliquod relinquere sui communis monumentum: ex eoque placito fecerunt labyrinthum, paulo supra stagnum Mætios, maximè urbem verius quæ dicitur crocodilorum: quem ego apexi

1 A me vero quæ si de illis sententia commemoratum est. Quod si & isti, videlicet Dionysus ex Semele, & Pā ex Penelope genitus, in Græcia celebtes fuissent ac consenserent, quemadmodum Hercules ex Amphithryone genitus, dicere etiā posset aliquis & hos alios, &c.

2 quibus aliquid etiā adiucetur ex iis quæ ipsi se conscripsi. Post Vulc.

3 Nam in omnibus templis cœnante solebant. vii. autem est e. &c.

aspxi fama maiorem. Si quis eōim ex Græcorum narratione muros & operis speciem<sup>1</sup> ratiocinetur, minus concipiet quēm pro labore & sumptu huius labyrinthi. Tam etiēnū Ephesi templum est memoratu dignū, & in Samo, tamen pyramides erant narratione maiores, quarum singulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparandæ sunt. Sed eas quoque labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulae sunt tecto operata, portis oppositis altrinsecus: sex ad aquilonem cōtigunt, totidem ad austrum vergentes, eodem extrinsecus muro præclusæ. Bisaria in eo sunt domicilia, una subterranea, altera superiora<sup>2</sup> illis imposita, vtrāq; numero tria millia, quingenta. Quorum ea quidem quæ superiora sunt, ipsi vidimus, & quæ aspximus enarramus: subterranea verò auditu didicimus.<sup>3</sup> Nā præpositi Aegyptiorum nolebant ullo pacto illa monstrari, quod dicerent illic sepulchra esse tum eorum regum qui ædificandi labyrinthi fuere autores, tum factorum crocodilorum. Ita de inferioribus edificiis fando cognita referimus. Superiora ipsi aspximus humanis operibus maiora, nam egressus per tecta, & regressus per aulas diuerſissimi, in hūita me admiratione afficiebant. Ex aula in cōclauis attulit, ex conclauibus in cubicula, ē cubiculis in solaria alia, ē conclauibus in alias aulas. Forum omnium lacunar, quemadmodum patentes, lapideum est, sculptilibus palliis figuris ornatum. Singulæ aulae maxima ex parte digito lapide albo, columnarum ambitu redimicet. Angulo quo finitut labyrinthus, adiaret pyramis quadraginta pallium, in qua grandia sunt inculta animalia, ad quam iter sub terra fit. Et quū talis sit labyrinthus, tamen stagnū Merinos, ad quam labyrinthus æduicatus est, plus præbet admirationis. Cū us in circinis mensura trium millium & excessorum stadiorū est, id haec notum hexaginta, quanta videlicet iūs Aegypti ad mare mensura est. Iacet autem stagnum lago fita a judeonem versus austrumque: altitudine, ubi eius profundissimum est, quinquaginta passuum. Quod autem in mari facta sit ac depeñata, indicat, quod in eis ferme in medio tantum dia pyramides, quinquaginta passus ab aqua extantes, altero tanto ad finij aquis locis, super quatuor veraque lapides, est colosius in foliis,

<sup>1</sup> estimet: vel  
<sup>2</sup> colligat:  
<sup>3</sup> illis ante in  
polita numero  
totia millia,  
singula vide-  
hecto mille  
quingenta.  
Nā qui ex  
Aegyptiis pre-  
fecti erant la-  
byrinthe,

<sup>4</sup> auctus;  
vel, impensa  
via, per aulas  
diuerſissimæ  
in hūita ad-  
mittit, em-  
afficebant. ex  
aula in cōclau-  
via transpon-  
tibus, ex con-  
clauibus in  
cub.

sedens:ita pyramides sunt centum passuum. Centum atque  
 iusti passus sunt stadium unum sex interrum. Pallus,  
 spondere hac inquam, mensura sex pedum, siue quatuor cubitorum:pe-  
 Græca pira- des autem, quatuor palmorum: cubiti vero, sex palmorum.  
 Giallico.  
 2 sex plethro Aquæ stagni nativa non est, utpote solo illo admodum ati-  
 xū id est 100. do, sed è Nilo detinata, sex mensibus in stagnum fluens,  
 pedum. totidem retro in Nilum refluens. Illis ut sex mensibus  
 3 in regiū si- quibus effluit, augens regium siccum talentis argenti sin-  
 sciam talenta gulis, in singulos dies, prouentu pulchrum quum inflat, vi-  
 argenti longo- ginti minus. Hoc stagnum dicebat etiam in legenæ euade-  
 ja singulis dieb' ex pro- re in Sytin Aſticæ, perforato sub terram meatu in medi-  
 ueru pīcūtūtē perfoluit. tærianea \* Hesperian versus, secundum montem Mem-  
 personis: quo iniuit. nphu imminentem. Verum quum humum è lacu egestam  
 virginis mi- nulquam viderem (hoc enim mihi indegare curæ erat) percontabat proximos accolatum ubi nū effet humus il-  
 nas. linc defossa. Illi dicere fuisse deportatam, facile id nūbi  
 4 Occidente- perluadētes: quippe qui simile quiddam factum esse apud  
 versus. Ninum urbem Assyriorum auditu cognouerā. Siquidem  
 5 At illi quod- fures quidam magnam vim pecuniae Sardanapali, qui Ni-  
 nam esset ac- ni rex erat, in thesauris subterraneis abſtrusam, compilate  
 portata, miliū exponunt. quim constituerent, a suis domibus fodere exorti sunt, di-  
 mensi viam sub terra ad regias ædes, eamq; humum è cu-  
 niculis effollam, ubi nox aderat, in flumen Tigrim (qui  
 Niūm p̄terfluit) exportabant, donec id quod optabant  
 perfecere. Eodem modo audiū in Ægypto hanc alteram  
 fuisse factam lacunam, prater quam quod nō noctu hac,  
 sed interdiu est facta. Ægyptios enim humum quam effo-  
 diebat, in Nilum exculpē, quam ille acceperat diligiparet.  
 Et hic quidem lacus ita fertur fuisse depreſsus. Duodecim  
 autem reges qui iuste degerent, ac statu tempore in tem-  
 6 At illi me- plo Vulcani faciliabant, & ultimo die feto libaturi ef-  
 re cōp̄ehe- fient, perrexit eis p̄tisces aureas phialas, quibus libare con-  
 sūt. et p̄tis- fuerant: aberrans numero, duodecim videlicet viris un-  
 minuchi, et p̄- decim phialas. Ibi P̄faminichus, qui postremus eori ita-  
 faciliū nūbi- bat, quim non haberet phalam, detractam tibi ære ga-  
 reddio, et. leam tenuit, libauitque. Ferabant autem ex exercitionib[us] reges, & tanq; quoque galabant galeas. Necrum quidem  
 Cuius P̄famini- dolo male P̄faminichus galeam tenuit. Ceteri tamen  
 chus excedit uora- id consulto factum esse aliam minucio existimantes. & in  
 cuius se- confidagint. B. 1. 10.

Memoriam redeuntes, oraculum ipsi esse redditum, qui ætra in phiala libasset, cum solum regem Ægypti futurum, non censuerunt quidem æquum esse Psammitichum morte multari, postquam timando competerunt non id illum fecisse industria: sed maxima potentiae suæ parte exutum in palustria relegandum, ne illinc egressus, ceteræ Ægypto se immisceret. Hunc Psammitichum, quum Sabacum Æthiopicum, qui patrem eius Necon interemerat, fugisset in Syriam, postquam Æthiops, ex insomni visione abiit, reduxerunt ijs Ægyptij qui sunt è tribu Saitana. Deinde quum regnaret vñacū undecim regibus, contingit ei ut fugeret iterum propter illi galeam in paludes. Igitur intelligens quam ignominiosè tractatus ab illis esset, statuit vltum ire qui ipsum perlequi essent. Itaque ex oraculo Latonæ, quod in urbe Buti apud Ægyptios veracissimum est, ad quod ipse miserat, redditum est responsum, affucuram vltionein ei è mari viris æteis + existentibus. Quod responsum ei magnam incredulitatē offudit, viros arcos ipsi in auxilium venturos. Non longo tempore intericto, Iones quoddam & Cares prædādi gratia nauigantes, necessitas compulit applicare ad Ægyptum. Illi quum in terram exissent qre armati, Ægyptiorum quidam nuncium fert Psammiticho ad paludes: & quia nīquain videbat aliquos ære armatos, ait egredios etiæ arcenos viros campeitria populari. Ille agnoscens oraculum esse perfetum, amicitiam cum Ionibus & Cariis facit: eosq; magnis pollicitationibus hortatur ad secum manendum. Vbi persuasit, ita demam vñi cum iis Ægyptiis qui secum sentiebant, cumq; auxiliariis, reges luctulit. Omnipotitus Ægypto, fecit in Memphis tum vulcano vestibula ad ventum austrum vergentia, tum e regione vestibulorum aulam Apis, (in qua Apis educatur, quum apparuerit) vndique columnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula stant loco columnarum colossi duodenūm cubitorum. Apis autem Græca lingua Epaphus est. His Ionibus Cariisq; quibus fuerat vñis adiutoribus, Psammitichus dedit ad habitandum posita altrius ecus prædia Nilo medio ditempta, quibus nomen impositum est Castra. Et cum hæc eis loca dedit, tum vero certa quæ fuerat pollicitus representauit. Pro-

questione  
habita cōpet.  
¶ quā Sabacum Æthio-  
pemone, fa-  
gient, qui pa-  
trē eius Ne-  
con intere-  
metat. In Sy-  
riā venisset.  
pol. &c. Sed  
vngata sedio-  
men ixas / en-  
quendū, inter-  
pretandū esset,  
qui patrē eius  
volens inter-  
eniat. id est,  
nō verū impra-  
deatum.  
+ c pax feau-  
ra

4 repētē ap-  
partitus, vel  
in confederāt  
huiusmodi.

ros qui in etiā Aegyptios commisit lingua Græca imbuerendos, à quibus linguam Græcam edocētis oriundi qui nūc in Aegypto interpres sunt. Incoluerunt autem Iones &

propemodo  
dum ad ma-  
te, insta ut bē  
Bub.

Cares diu hæc loca contra mare, aliquantulum supra urbem Bubastin, ad ostium Nili quod dicitur Pelusiacum sita. Vnde postea Amasis rex Memphin eos translulit, in sui

tutelam aduersus Aegyptios. Post fides ab istis in Aegypto collocatas Græci cum illis ita commercium habuerunt, & nos res in Aegypto gestas, à Psammiticho rege exorti,

& quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota

habemus. Hi enim primi Aegyptum, qui diuersæ linguae

essent, incoluerunt. Atque vnde demigrarunt illuc. & ve-

quibus deduccebantur na-  
z & canales  
tives,  
cebatur na-

stigia naualium, & domorum rudera, ad meam usque exten-  
tem ostentabantur. Atq; hunc quidem in modum Psam-

mitichus Aegypto potitus est. De oraculo autem quod est

in Aegypto, cum feci multa verba, tum faciam, ut pote de

re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Aegypto, factum Latonæ, positum in magna urbe cui nomen est (ut

superius a me dictum est) Buto, contra ostium Nili quod

Scbennyticum appellatur, a superiori parte maris fluuen-  
sibus. In hac urbe templa sunt Apollinis Dianaq;.

Et illud Latonæ in quo redduntur oracula, grande est, &  
porticum habens decē passibus sublimem. Vbi quid mihi

ex iis quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit, refe-  
ranguit in hoc fano Latonæ, delubrum ex uno factum la-

pide, cuius parietes æquali celsitudine ad longitudinem

quadragenū cubitorū: cuius lacunari pro tecto imposi-  
tus est aliis lapis quatuor cubitorum per horas crassitudi-  
nis. Itaq; eorum quæ circa templum hoc sunt in propatulo

politorum, admirabilissimum apud me fuit id delubrum.

Secundo loco insula quæ vocatur Cheminis, in lacu pro-  
fundo ac spatio sita propter templum quod Buti est: quæ

insula ab Aegyptiis fertur innare. Ego tamen eam neque

innantem vidi, neque se mouētem: & hoc audire admira-  
tus sum, si verum est insulam natare posse. In hac igitur

templum Apollinis magnum est, & aræ trifariè extrectæ,  
& palme frequentes enatæ: alterque partim fructiferæ,  
partim leviles arbores. Cur autem ea innatans sit, hanc

Aegypti rationem reddunt: quod Latona (quæ ex octo

nominis

numinibus quæ prima extiterunt, vnum est) quum in urbe Buti, ubi hoccius oraculum est, habitat: Apollinem ab Iside tibi commendatum, occultauit in hac insula nondum innataute, ac sospitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indigans ut Oiris filium inueniret, aduenilet. Nam

67 Apollinem & Dianam aiunt Dionysii & Isidis filios esse:

Latonam vero, nutricem horum a liberatricem. Et Apollo q. idem Aegyptiacè Orus dicitur: Ceres autem his, Diana vero Bubastis.

Atque hinc solum non aliunde Aeschylus Euphorionis filius, rapuit quod dicam: ut solus 'omniū qui poetæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam, id eoque insulam redditam esse natantem. Hec illi sic aiunt.

Psammitichus vero in Aegypto quatuor & quinquaginta regnauit annos: per quorum undetriginta magnam Syriæ urbem obīdens oppugnauit, donec expugnauit. Hoc est Azotos, quæ diuissimam inter omnes urbes (distantia: quas nouimus) sustinuit obsīdionem. Psammitichi filius qui regnum Aegypti suscepit, extitit Necus, qui fossam ad rubrum mare ferentē primus aggressus est, quam Datus Perses secundo loco depeñillit, longitudinis quidem quatuor dierum nauigationis, latitudinis, ut peream duæ possent simul agi tritemes. Aqua quæ in hanc è Nilo deducitur, paulo supra Bubastin urbem, iuxta oppidum Arabiæ Patumon deducitur, euadens in mare rubrum. Initium fodiendi sumptum est à planicie Aegypti, Arabiam versus. Nam quæ supra planitatem sunt " continens pro-

i omniū sa-  
periōtis zca-  
us putratum

ii contiguus

pe Memphini occupat mons, in quo lapidicinæ sunt. Itaque ad huius montis ima ducta est fossa ab occidente orientem versus longo tractu: & deinde pertingit diuortio in montis tenus (quod diuortium ad meridiem & ventum austrum fert, in sinum Arabicum. Quā igitur brevissimus tractus & maximè compendiarius est a mari septentrionali alcentus ad australe, quod idem rubrum vocatur, à monte Calio, qui Aegyptum Syriamque distinguit, stadia mille sunt in Arabicum sinum. Et hoc quidem breuissimum est: verū fossa multo lōgior, scilicet quanto est confragosior. In qua fodienda sub rege Neco centū viginti millia Aegyptiorum perierunt. Inque eius medio opere Necus destitit, hoc interpellatus oraculo, cum id vel rescasus

1 ad bellicas  
 copias & tri-  
 tentes partim  
 in m. sept.  
 2 canales qui  
 bus deduce-  
 batur naues,  
 ut paulo ante.  
 Alij naualia  
 interpr.  
 3 hū autē ve-  
 stitū quo vñfus  
 erat quā illa  
 co-ficeretur,  
 milium ad  
 Brachidas Mi-  
 leiorū Apol-  
 lini di. auit  
 Polles. Verò  
 accid. & se  
 pte. omnino  
 annos quum  
 imperasset,  
 decebat. trad.  
 4 ac optima  
 ratione pra-  
 ter omnes  
 mortales

opus barbato p̄t̄ munire. Ægyptij auten barbaros or-  
 mnes vocant qui non ipsorum lingua loquuntur. Superse-  
 dens itaque a facienda fossa Necus, 'ad mitum copias se  
 conuertit, atque ad classes que partim in mari septentrio-  
 nali, partim in sinu Arabico ad rubrum mare sunt ædifica-  
 tæ: quarum adhuc vestigia naualium ostendunt. Et classi-  
 bus quidem Necus, dum opus fuit, est usus. Terrestri autē  
 acie congressus cum Syris in Magdolo, vicitia potius  
 est, & post prælium, Cadyti magna Syriæ v̄be. In vestitu  
 autem curiosus quum fuisset, illum Apollini dicatum ad  
 Branchidas Mileiorum misit. Hic perfectis decem & se-  
 ptim imperij sui annis decessit, tradito imperio Psanuni  
 filio suo. Eo apud Ægyptum regnante, nunaç Eleorum ad-  
 uenerunt, iactantes a se in Olympia iustissimum ac ma-  
 ximum inter mortales propositum esse ceramen, rati ne  
 Ægyptios quidem hominum sapientissimos aliquid ultra  
 hæc esse inuentatos. Isti vbi in Ægyptum peruenerunt, ea-  
 que exposuerunt quorum gratia venerant, ex conuocauit  
 ex Ægyptiis eos qui sapientissimi haberentur. Qui quum  
 conuenissent, & Eleos audissent omnia commémorantes  
 quæ parerat ab eis fieri in edendo certamine, & se venisse  
 dicentes sciscitatum, num quid possent Ægyptij reperire  
 iustius, habito inter se consilio, interrogarunt Eleos nun-  
 quid apud eos ceterarent ciues. Et illis respondentibus, sine  
 discrimine & suorum & cæterorum Græcorum, cuicunq;  
 volenti certare fas esse. Atqui, inquit illos quum tale cer-  
 tamen proponerent, ab omni iure excedere. Nullo et-  
 enim pacto posse fieri quin conciui pugnanti ciues fau-  
 rent, facientes iniuriam hospiti. Sed si vellent iustum pro-  
 ponere certamen, & si eius gratia venissent in Ægyptum,  
 iusserunt hospitibus ponere certamen, nullo Eleorum cer-  
 tare permisso. Hæc Ægyptij Eleis subiecerunt. Psammis  
 autem, quum sex tantum regnasset annos in Ægypto, fa-  
 cta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est.  
 Cuius regnum Apries filius accepit, qui secundum Psam-  
 mitichum auum suum, fortunatissimus extitit omnium ad  
 eam ætatem regum, quinque & viginti dominatus annos.  
 Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro  
 pugna nauali dimicavit. Sed quam calamitas eum mag-  
 ret,

ret, contigitea occasione quam ego pluribus, dum res Libycas exequar, exponam, paucis contentus imptæsentiarum. Quia in aduersus Cyreneos Apries exercitu nullo magnam cladem accepisset, id ei imputantes Ægyptij rebiliterunt, opinante invito in apertam perniciem fuisse dominos: et his intermissione deletis, ipse exercitus Ægyptius imperia et fecitius. Hinc per quam grauiter ferebantur qui sedebant tum corum qui intererant amici, in genere detinuerunt. Labores retinuit Apries, mitit ad eos verbis sedatiois Amalini. Qui quum peruenisset, reprehendensque dicit aduersos ne talia facerent. quidam Ægyptiorum et ictero stans galeam circumdat: eaque circumdata, inquit, illam ob regnum impoluisse. Neque hoc eo inuito factum fuit, ut ostendit. nam simulatque ab iis qui defecuerant Ægyptius declaratus est rex, tunc apparabat

68 tanquam aduersus Apriens moturus. His cognitis Apries mittit ad Amalini ex iis qui secum erant Ægyptiis, spectatum quendam hominem nomine Patarbemini, iussu ut ad se viuum Amalini perduceret. Hic ubi peruenit, Amalini ad se vocat. <sup>1</sup> Amalis ( sedebat autem in equo ad suos cohortandos insolenter ) stolidè iubet hunc ad se adducere Apriens, & quum Patarbemis cum rogaret ut regem adiret accitus, respondit se iamdudum dare operam ut id ageret: nec de seipso Apriens esse queritur. Ieconim illi praestò futurum & alios adiucturum. Patarbemis non ignorans propositi illius, tum ex oratione, tum ex apparatu quem videbat, statuit lux diligentiae esse quam celerrime regem rerum qua agerentur facere certiorem. Huic reduenti, quod Amalini non adduceret, nullo verbo edito Apries ira percitus præcidi aures nasumque iussit. Id intuentes exerciti Ægyptij qui cum eo hactenus leniterant, virum inter eos probatissimum ita fœdere indigneque affecitum, ne tantisper quidem differentes, ad exercitos transfuerunt, scilicetque Amalini tradidunt. His quoque auditis Apries armatis auxiliariis ( habebat autem auxiliariorum circa se ex Ionibus & Caribus triginta millia ) in Ægyptios tendit. Erat autem ei regia in urbe Sai ingens ac spectatu digna. <sup>2</sup> Itaque utrique aduersus alteros Apriani & Amalani in Memphis urbe constiterunt, tentaturi pugnare.

<sup>1</sup> At Amasis  
sic erat  
nim forte in  
eiusmodi ut  
busque pepe-  
dit. & cum  
Apries asserti  
vultus ita Ca-  
merarius. Saffer-  
ter & tertia  
interpretatio  
sed Camerario  
assertior. [Pla-  
tarch. pro codi-  
ali dicit α-  
πτυσθε, id  
est, crepitu-  
verbi cint-  
lit. s.]

<sup>2</sup> Apries igi-  
tur in Ægy-  
ptios, Amalini  
in exteros  
tendebat.  
Quumq; Mē-  
phisi utrique  
peruenissent,  
tētate pugnare  
diserti veni pa-  
tabant Cæte-  
rū sunt & in-  
Ad verbu. Mu-  
tuo alter alter-  
ru experiri  
erat utri, expe-  
riparabat Po-  
test etiam ver-  
ti non male for-  
tasse, cum Val-  
la, Apriani &  
Amalini.

discrimen. Sunt autem in Aegypto septem hominum genera, quorum ali sunt sacerdotes, ali qui pugnatores appellantur, ali bubulci, ali subulci, ali iactores, ali interpres, ali gubernatores nauales. Toti sunt Aegyptiorum genera, a suo quodque artificio appellata: sed pugnatores

vo-  
cantur Calasities, & Hermotybies, qui ' harum regionum

sunt: ( nam in regiones distincta est omnis Aegyptus )

Hermotyborum quidem haec sunt plaga, Bubastiana, Si-

tana, Chemnitana, Papremitana, insula Prospitis, que

vocatur Natho ex diuidia parte. Ex his tribus Hermo-

thybies, quum plurimi, centum ac sexaginta milia sunt,

quorum nemo quipiam officij quatuor didicit, sed

omnes rei militari vacant. Calasitium haec alia plaga sunt,

Thebana, Bubastiana, Aphabitana, Tanitana, Mendetia,

Sebennytana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana,

Onuphitana, Anytia, Myecphotitana. Haec tribus insu-

lam incolit ex aduerso Bubastis urbis. Haec tribus Calasiti-

um, quidum quoad possunt plurimi coguntur, ducentia

quinquaginta milia virorum sunt, quibus nec ipsi licet

vlli artificio operare, sed solum rei militari, filio discendi

a patre. Hoc ab Aegyptiis ne mutuati sint Graeci non pos-

sum pro certo diuidare, quum videam & paud Scythas

Perissos & Lydos, denique apud omnes ferè barbaros habe-

ri pro ignobilioribus civibus eos qui articia discunt, eo-

rūmque liberos: generosiores autem eos qui a manuariis ope-

ribus ablineant, præsertim qui celerent ob bellum. Hoc

itaque cum carteri Graeci didicerunt, tum præcipue Lace-

dæmonij. \* Corinthi quoque minimi faciunt opifices.

His solis Aegyptiorum præter sacerdotes, hoc eximij ho-

noris habebatur, ut singulis duodecim arure essent exem-

ptæ & immunes. est autem arura centum cubitorum

Aegyptiorum quoquoque suis. Aegyptius vero cubitus Sa-

mio parest. Hæc tamen viueris exempta erant: istis vero

per vices in orbem fruebantur, & nunquam ijdem. Cala-

sitium milleni & Hermotybiū, alijs totidem circa re-

gem fungebantur annuo satellitum munere. Iltis præter

arutas dabantur vititim haec alia, panis tosti pondo quinæ

minæ, carnis bubulæ binæ, vini sextarij, quaterni. Ite al-

fidiuè satellitibus præbebatur. Vbi igitur ediuerso venien-

tes,

i harum præ-  
fecturarum  
sunt. (nam in  
præfecturas  
distincta est  
omnis Agy-  
pti.) Hermo-  
thybore qui-  
de in hæ sunt  
præfecturæ.

Et paulo post:  
Ex his præfe-  
cturæ pro Ex-  
bus trætibw. I-  
ste n. paulo post  
Præf. cultura pro  
Plage, & pro  
Tribus. nisi qua  
matis vocè Gra-  
ci uomoi ubiqz  
retinere.

i Anytia,

3 qui rei mi-  
litari vacat.

4 At Corin-  
thiū minime  
contépiū ha-  
bēt opifices.  
Intellige autem  
Minime vel  
pro Non, vel co-  
paratiū pro  
Minime omni-  
um,

5 apusñess,  
ab aliis exarbi,  
ab aliis metu-  
onere vocabili  
sequentib. Han-  
kus, vel Han-  
kira.

tes, Apries cum auxiliariis, Amasis cum vniuersis Aegyptiis, in urbem Memphis peruenere, congregatis sunt. Et per egnati quidem regie pugnauerunt, tamen quod erant malo inferiores numero, victi sunt. Fecit Apries ea fusile perstitutione, ut nullus neque deorum neque hominum posset tibi adimere regnum: adeo videbatur sibi illud stabile. Et tamen tunc congregatus, prælio fugatus est, viuus que captus ad urbem Sain ductus est in xdes quæ iplius ante silent, tunc autem Amasis rega. Ibique quatinus in regia pæfueratur, cum Amasis honestè asseruavit. Tandem in eisdem Aegyptiis non iuste agere qui suum & ipotem in eum illumini alteret, ita filii Apries tradidit. Eum illi ubi strangulante, paternis in monumentis sepelierunt, quæ sunt in templo Mineruæ proxime, cœnaculum ad ix uam manum intrant, Nam Saitani cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum sepelierunt. Et enim Amasis monumentum ex altera parte cœnaculi est, quam illud Apries ex quoque progenitorum. In eiudem templo aula hoc quoque est in genis cubiculum lapideum, cum columnis excutum, palmatum arbores imitantibus, tum alio tempore. Intra id cubiculum gemini postes stant in quibus uropa est. Sunt etiâ sepuicula, (cuius nomen si nunc auero hac in re, haud sancte fecero) apud Sain in templo Mineruæ post totum delubrum prope parietem: atq; in fano stant ingentes obeli, lacusque contiguus lapidea crepidine adornatus, & circumquaque probè elaboratus, magnitudine (ut inibi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trochoædes. In hoc lacu imagines suorum quisq; affectuum noctu faciunt, quæ vocant Aegyptij mysteria: de quibus quum permulta ego notim, quo pacto tè habeant singula, tamen absit ut proloquar. De Ceteris quoq; initiacione, quam Greci thesmophoria vocant, serendis lgis, absit ut eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Danaifilæ ritum hunc ex Aegypto attulerunt, eoque Pelasgicas forminas imbuerant. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus electa eisdibus suis: ritus initiandi abolitus est, a Iolis Arcadibus (qui à Peloponnesibus non electi sunt, sed relictæ) conseruatus. Aprie sublato, regnauit Amasis tribu Saitana, & urbe cui nomen est Siuph. Eum-

\* prefectorata: vel, promissa

t ne deum quidem vld poteris tibi adiunere reg. & aliquam diu quidem in regia numeratus fuit. & cum Amasis honeste obtrahuit: vel honesta obseruata pro te, autem illi ratiōne autē inveniatur. & el autem quidem in regia numeratus: & cum honesta obseruata obtrahatur: et postquam obseruata aperte Aegypti, etc.

3. Palatium

4. cunctos ex ea parte cœnaculæ reges

5. lacusque quidem abicit a palatio quæ illud Apries eiusq; progenitorum: est tamen in templo templi hic quoq; porticus lapidea & columnis ornata palma tum arborescant & alio tempore. Intra ipsa porticus geminisstantes, intra quas est cœnaculum. Statu etiam temp.

inter initia Ægyptij contemnere, nec ullius sanè momenti  
ducere, ut qui plebeius fuitlet, nec insigni familia ortus.  
Eos verò postea Amasis ad se solertia, nō asperitate, perdu-  
xit. Erant ei cum alia bona infinita, tū verò puluis aurea, in  
quatam ipse quām omnes coniux semper pedes ablue-  
bant: hanc ille confregit, ex eaq; dæmonis statuam fecit,  
& in appositissimo vībis loco staruit: Ægyptij simulachrum  
adeuntes, magnopere venerari. Id Amasis fieri à popula-  
ribus edoctus, conuocatis Ægyptiis aperit, ex illa pelui in  
qua primo Ægyptij euomere immingereque, & in qua  
pedes ablueret consuerent, factum esse simulachrum quod  
tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat perinde atq;  
peluum esse factum: etsi enim antehac fuisse plebeius, im-  
præsentiarum tamen esse ipsorum regem, eoque iubere  
ut sibi honor haberetur atque reverentia. Hunc in mo-

<sup>3</sup> admone-  
bant. Non ce-  
ipsum certe  
regis. o rex,  
qui. &c.

<sup>4</sup> augustus  
augusto in so-  
lio sedēs per  
totum diem  
res admi-  
nitte.

<sup>5</sup> qui arcum  
possidet, quā  
illo opus ha-  
bent, inten-  
dūt: postquā  
autē vīl sunt  
remittunt. Ni  
si perpetuo  
intentus es-  
set, strangere-  
tur, vt, ouum  
opus esset. v-  
tū iam illo nō  
possent. Talē  
& hominis  
conditionem  
esse: si assidue  
seria tractare,  
nec vīl.

dum ad se traduxit Ægyptios, ita vt æquum censerent  
ei seruire. Idem hoc vsus est in rebus agendis instituto. ab  
aurora usquedum refertum esset forum, accuratè negotia  
oblata agebat: deinde potabat, & inter compotores ioca-  
batur, motionem agens ac scurram. Quibus rebus offendit  
amici, talibus eum verbis castigabant. Rex dicentes, non  
è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam.  
Nam deberes <sup>4</sup> augusto in solio sedens, auguste interdiu  
res administrare. ita & Ægyptij cognoscerent à magno  
sibi viro præsideri, & tu melius audires. Nunc haudqua-  
quam facis è regia dignitate. His ille respondit, <sup>5</sup> arcus ab  
iis quorum sunt, quum est opus, intendi. eos, si semper in-  
tendi sint, ruptum iri, nec posse eis illos, quum indigeant,  
vti: ita & hominis institutū esse: si assiduo labore studio,  
nec ullam partem ad lusum sibi indulgere velit, sive vt pe-  
detentim aut mente captus sit aut membris. Quod ego  
intelligens, vtrique rei tempus impertio. Hæc Amasis a-  
amicis respondit. Etenim fertur Amasis, quum priuatus  
fotet, fuisse potandi iocandique cum dicacitate studiosus,  
& vir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties  
eum potantem ac se oblectantem necessaria defecissent,  
solitum circumneundo futari, & quum reposceretur ab iis  
qui dicerent eum ipsorum habere pecuniam, ac negaret,  
adduci solitum ad oraculum quodcumque eo in loco erat:  
& fre-

& frequenter ab oraculis conuictum, frequenter absolu-  
tum. Postquam vero etiam assequens est regnum, ista  
egit: quicunque dij cum furti absoluuntur, horum tem-  
pla neque curae habuit, neque villa re ad ornamentum do-  
nauit, neque adiens sacrificauit, tanquam nihil mereren-  
tur, quod redderent falsa responsa: qui autem eum<sup>1</sup> pro-  
nunciauerant sarem hos tanquam verè deos, nec menda-  
ciare reddentes oracula, maximè coluit. Præterea in Sæ vesti-  
bulum Mineræ fecit, opus admirandum, & longè supe-  
rans ceteratum sublimitate, tum magnitudine, tanta est  
vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam in-  
gentes colosso, & immanes androsphingas ibidem posu-  
it. Alia quoque laxa prægrandia in apparatum comporta-  
uit, ducta partim è lapidicinis quæ iuxta Memphim sunt,  
partim utique quæ maioris molis erant, ex vrbe Elephan-  
tina, quæ Sæ distat viginti dierum navigatione. Ad hæc,  
quod non minimè sed maximè omnium admiror, attulit  
ædificium ex solido saxo ab vrbe Elephantina, in quo affe-  
rendo triennium consumperunt duo millia delectorum  
vitorum, qui oinnes erant gubernatores. Huius autem do-  
mus extrinsecus est vnius & viginti cubitorum longitudo:  
quatuordecim latitudo: octo, sublimitas. Hæc est dimen-  
sio exterior recti ex uno lapide. Introsum autem<sup>2</sup> duode-  
viginti & amplius cubitorum est longitudo: quinque, sub-  
limitas. Domus hæc ad ingressum templi collocata est.  
nam ob id aiunt in templum non fuisse petractam, quod  
quum suspirasset architectus dum illa adueheretur, ut pote  
petratus diutini temporis operæ, ea de re stomachatus A-  
masis, non permiserit hominem ulterius trahere. Non nul-  
li aiunt quendasini ex iis qui vectibus lapidem agebant, ab  
illo fuisse oppressum, ideoque lapidem non introductum.  
Donauit præterea operibus ob magnitudinem spectacu-  
lo dignis cum alia tempora insignia, tum in Memphis tem-  
plum Vulcani, colosso supino ante illud posito, longitu-  
70 dinis quinq; & septuaginta pedū. Superq; idem pavimentis  
gemini colossi stant<sup>3</sup> ex Æthiopico lapide, vicinum pe-  
dū magnitudinis, hinc & hinc magno illi assistentes: cuius  
instar est alter in Sæ lapis, codē habitu iacēs. Illud etiā quod  
in Memphis est templū Isidis ingens & spectatu dignissimum,

<sup>1</sup> ad verbū  
contrinxer-  
ant. id est, coq-  
uerant

<sup>2</sup> duodevi-  
ginti cubito-  
rum, & digit-  
orum xx est  
longitudo: la-  
titudo vero,  
cubitorum  
duodecim:  
quinqu, subl .  
<sup>3</sup> hoc in re-  
ligione voc-  
etus Amas.

<sup>4</sup> ex codem  
lapide,

Amasis ædificauit. Sub Amasi rege dicitur Ægyptus fuisse maximè beata, in iis quæ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proueniunt, & vires quæ inculetur tunc fulle numero illic mille & viginti.<sup>1</sup> Amasis

<sup>1</sup> Hic est au-  
te Amasis qui  
legē hanc cu-  
bit. demonstra-  
te vnumquæ-  
que apud præ-  
fidem cuius-  
que loci, vñ-  
de viuas:

quod qui nō usurpant. Amasis porro, quoniam Græcorum erat stu-  
ficerit, aut demonstrare  
vitæ sive ra-  
sionem iusti-  
nō potuerit,  
hunc motte  
multandū.

Solon autem  
Atheniensis  
sumptum hæc  
legē ex Ægypto  
pro Atheniæ  
sibus promul-  
gauit, quæ illi  
temporibus  
sunt, legē sive  
de inculpata.  
Ita hanc locum  
vertit Budens.

<sup>1</sup> maximè  
frequentatū.  
vel. Quæ ma-  
xime viuentur.

quoque extitit qui legem hanc apud Ægyptios condidit, ut singulis annis apud prouinciarum præfides Ægyptij omnes demonstrarent unde viuerent: & qui aut hoc non saceret, aut non demonstraret se legitimè viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab Ægyptius mutuatus, Atheniensibus tulit, quam illi, quod sit cultissima, assidue viuas: quod qui nō usurpant. Amasis porro, quoniam Græcorum erat studiolus, cum alia in quoddam Græcos officia contulit, tum iis qui in Ægyptum concederent, dedit facultatem Naukratin urbem incolendi. Qui verò eorum nollent illic habitate, sed nauigando negotiari, fecit potestatem certis in locis aras & fana extruendi. Et maximum quidem eorum fanum atque celeberrimum vocatur Græcum: ciuitates autem quæ communiter illud extruxerunt, sunt, Ionum quidem, Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Halicarnassus, Phaselis: Æolum verò, vna Mitylene. Hatum ciuitatum hoc fannum est, & ab his præfecti emporij præbentur. Cæteræ ciuitates quæ confortes huius rei sunt, rei ad ipsos minimè pertinentis confortes sunt. Separatum tamen adiuvauerunt Ægente quidem, Iouis. Sami autem, Iunonis, Miletij verò, Apollinis fannum. Nam vetus emporium erat sola Naukratis: præter hoc in Ægypto aliud nullum. Quod si quis in aliud aliquod Nilo oītum applicuisse, is necesse habebat deridare levissile inuitum, datoque iure iurando eadem nauis ad Canobicum nauigare: & si id minus per contrarios ventos posset, onera fluminalibus nauigis circummagere lustrando Delta, donec perueniret Naukratin, ita Nauctatis in honore erat. Iam verò quin Amphictyones templum quod nunc Delphis est, (qua illud prius sua (ponte deflagraverat) trecentis talentis construendum locassent, Delphi, quos quarta pars sumptus contingebat, circa ciuitates vagi cum aliunde, tum verò non minimum ex Ægypto retulerunt, nam Amasis quidem eis mille talenta aluminis, Græci autem qui Ægyptum incolebant, vicinas

minas dōdauerunt. Cum Cyrenæis quoque Amasis amicitiam societatemque iniit, ita ut illi uxorem etiam putaret sibi esse ducendam, siue fœminæ Græcæ amore captus, siue alias ob benevolentiam Cyrenæorum. Uxorem quam duxit, alij volunt filiam fuisse Battæ, alij Arcessilai, alij Critobuli, inter suos populares viri spectati, nomine Ladice: cum qua dum in toro cubaret, concubere non poterat, quoniam tamen aliis mulieribus vteretur. Id quum diu fieret, ad eam Amasis, Tu vero, inquit, uxori beneficio me leisti: ideoque nullo machinamento vales effugere quominus inter omnes mulieres teterima pereas morte. Ladice, quum pernegando nihil placatiorem redderet Amasis, voulit intra le Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis; (hoc enim ipius fuisse machinamentum aduersus illud malum) mutuam Cyrenæam illi missuram. Concepto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodum eam perquam valde dilexit. Et Ladice votum deæ persoluit, facta statua Cyrenæaque missa, quæ ad meam usque memoriam incolmis erat, extra urbē Cyrenensem posita. Hanc Ladice Cambyses, posteaquam Ægypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenæam illæsam remisit. Donauit item Amasis dona quæ misit in Græciam: Cyrenæas quidem, statuam Mineruæ inauratā, & sui imaginem picturam adumbratam: Lindum autem, duo lapidea Mineruæ simulachra, & thoracem lineum spectaculo dignum: Samum vero, Iunoni bifarias sui imagines, quæ magno in templo erectæ erant post ianuas, ad meam usque extatam. Samum quidem, propter hospitium quod inter ipsum erat & Polycratem Æacis filium: Lindum autem nullius hospitijs gratia, sed quia templum quod Lindi est, Mineruæ feruntur extruxisse Danai filiæ, postquam agnitorum sunt quum filios Ægypti eo appulsi: fugerent. Hæc quidem donaria dedicauit Amasis, pri-  
musque mortalium Cyprum cepit, tributa-  
riamque fecit pro-  
vinciam.

<sup>ad viuum  
expressam;</sup>

<sup>eo appellata  
quæcumque</sup>

H E R O D O T I H A L I - A  
 C A R N A S S E I H I S T O R I A -  
 R V M L I B E R T E R -  
 tius, qui inscribitur  
 T H A L I A.



1 caduceato-  
 te, ut ipse a-  
 libi recte xu-  
 pung caduce-  
 a'rem vertit,  
 non legatum.

2 Amasis, quū  
 Persarum po-  
 tentiam gra-  
 uatur atque  
 exhorta-  
 tet, nec dare  
 nec abnuere  
 vadebat nam  
 & Camb.

3 Nitetis, val-  
 de procera &  
 formosa, sola  
 ex ea familia  
 reliqua.

4 Hic sermo  
 & huc causa  
 vel occasio in-  
 terueniens,  
 Camb. Cyti  
 fil. vob. sto-  
 machatū ad-  
 uersus Agy-  
 peū impulx.

Diversus hunc Amasino Cambyses  
 Cyti filius, comparato cī ex aliis qui-  
 bus imperabat, tum ex Grecis Ionibus  
 & Eolibusq; exercitu, bellum mouit ob  
 hanc causā: Misso in Agyptum le-  
 gato, Cambyses petiit ab Amasi filiam,  
 & petiit consilio cuiusdam Agyptij, qui Amasi erat infen-  
 sus, quod se potissimum ex omnibus Agypti medicis Amas-  
 sis ab uxore & liberis abstraxisset, amandando in Persas,  
 quo tempore Cyrus ad Amasim miserat petitū ocularium  
 medicum omnium qui in Agypto essent præstantissimū.  
 Ob id infensus Amasi ille Agyptius, institit suadere Cam-  
 bysi ut ab Amasi filiam peteret ut ille aut in uxore afficeret  
 tur data filia, aut nō data, Cambys si redderetur inuisus. A-  
 masis eam nec dare audebat, nec abnuere. nam & Cam-  
 bysem intelligebat non habiturum illam uxoris loco, sed  
 pellicis: & Persarum potentiam grauabat ut horribilque.  
 Hac reputans, ita sibi faciendum statuit: Erat Apriæ supe-  
 rioris regis filia, nomine Nitetis unica domini relicta, grā-  
 dis atq; speciosa. Hanc puellam Amasis vestitu pariter & au-  
 ro exornatam, pro sua in Persas dimittit. Quam quum post  
 aliquantum tempus Cambyses salutasset, huius Amasis ap-  
 pellans, ipsa ad eū, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amasi clu-  
 sus, qui me ornatū comptā transmisit, tradens tibi pro sua,  
 quum reuera sum Apriæ filia, quem ille dominū suum cum  
 Agyptiis rebellans interemit. \* Hic sermo extitit causā  
 quæ Cambysem Cyri filium vehementer in lignatum in-  
 duceret aduersus Agyptum. Atq; ita quid ē memorat Per-  
 sae. Agyptij autem Cambysem suum vendicant, afferentes  
 ex hac Apriæ filia illum esse genitum. Cyrum enim fuisse  
 qui ad Amasino miserit super filia, non Cambysem. Quod  
 quād

quum dicunt, non recte dicunt: et si eos hoc non later, nam  
nisi alij, profecto & Aegyptij recte norunt mores Persarū:

<sup>1</sup> apud quos illud in primis nefas est, illegitimum obtinere  
regnū, si ad sit legitimus. Præterea Callandanes filius erat  
Cambyses, Pharnapē viro Achæmenida genitæ, non mu-  
lieris Aegyptiæ. sed Aegyptij rem gestam transferunt, fin-  
gentes tibi cum Cyri familiā intercedere cognationem. &  
huc quidem ita sè habent. Cæterū ille serino mihi non  
probatur, quo dicitur mulierem quandam Persidem ad v-  
xores Cyri introgressam, quū liberos Callandanes a listē-  
tes forma ac statuta egregia conspicatur, supramodum  
admirabundā magnis tulisse illam laudibus: eiq; Callan-  
danē (quæ Cyri esset vxor) ita dixisse, Me, quæ talium filio-  
rū suā mater, Cyrus contemptui habet, præponens quan-  
dā ex Aegypto ancillā. Videlicet infensam Niteti ista dixi-  
se: & ei maximum natu filiorū Cambysēm subiecisse, Ego  
vetō tibi mater, quum in virilem ætatem adoleuero, sum-  
ma Aegypti reddā imā, & imā summa, idq; dixisse circiter  
decem natū annos, admirantibus mulieribus. Et quum in  
virilem adoleuisset artatē, & regnum obtinuisse, huius rei  
memorē, Aegypto bellū intulisse. Accedit hic & aliud quid-  
dam, ad hanc lumenā expeditionem. Erat quidā auxilia-  
riorum Amasis, nomine Phanes, genere Halicarnassus,  
vir cōsilio præstans, & in re bellica strenuus. hic Phanes ne-  
scio quid Amasi succensens, nauigio profugit ex Aegypto,  
volens in colloquitionem venire Cambylis. Eum Amasis  
(quod inter auxiliares non parui momenti esset, quodq; de  
rebus Aegypti non nihil competissimum habere iū lequi  
statuit, exhibita diligentia allequendi. Itaq; ad hominē in-  
sequencū mittit cum tritemi eunuchotum fidulimū, qui  
Phanem assequutus in Lycia cepit, sed nō reduxit in Agy-  
ptum, ab illo prudentia superatus. Nā Phanes inebiatis  
custodibus abiit in Persas, Cambysēm q; molientē aduersus  
Aegyptiā in expeditionē, & quo pacto carentia a quis loca  
trahimiceret ambigentem, adiit. Ei q; cum alias Amasis res  
expolat, tū vero quæ ad transmittendū pertinebant, sua-  
dens, aëregē Arabum mitteret oratū ut libi turā p̄t̄beret  
transīcū Hic n̄. duntaxat patet ingressus in Aegyptū. Nam  
Phanece vsq; ad mōtes Cadycs, quæ cīt v̄rb̄s corū Ailly-

<sup>1</sup> priuus  
quidē per le-  
genā non licē  
se v̄t illegit-  
mus regnum  
obtineat quā  
legitimus ad-  
eit: deinde,  
Calland. filiū  
fuisse Camby-  
lem, Phan.

<sup>2</sup> rem ita  
narrant v̄t i-  
uerant;

<sup>3</sup> Phanes e-  
sum cum altu-  
na circumves-  
tit. Nam in-  
ebiat cu-  
sod.

<sup>4</sup> vsq; ad S-  
nes Cadycs,  
quæ cīt v̄rb̄s  
corū Ailly-  
riotum qui  
pālēt.

riorum qui nunc Palestini vocantur: ab urbe Cadyti non  
minore (ut mea fuit opinio) quam Sardis, emporia secun-  
dum mare usq; ad urbem Ienysum, Arabicae ditionis sunt.  
Ab urbe Ienyso rursus, Syriacae, usq; ad lacum Serbonidis,  
iuxta quem Catus irons pertinet ad mare. A Serbonidis 71  
lacu in quo Typhon fecerit occidatus, dicitur eam Ägyptu-  
m est. Hoc tamen intercepimus quod eit inter urbem  
Ienysum & montem Calium & lacum Serbonidis, non  
exiguus tractus est, sed itineris infra trium dierum, vehe-  
menter aridus. Verum quod pauci eorum qui in Ägyptu  
navigant notū habent, hoc dicere intituli. Ex omni Græ-  
cia, & præterea ex Phœnicio, portatur in Ägyptum bis  
quoniamis vas fictile vini plenum: & tamen ibi ne vnum  
quidem numero (ut sic dicam) vas vinarium fictile alpici  
vacuum potest. Vbinam (dicat aliquis) hæc vata consu-  
munt: hoc quoque ego deprimam. Præfecti prouincia-  
rum neceſſe habent ex sua quisq; urbe colligere vas a testa-  
cea quæ Memphis portentur: eadem è Memphis alijs aqua  
impieta portare in hæc arida Syria loca. Ita hydriæ lu-  
peruenientes in Ägypto sumptu, ad veteres, in Syiam  
portantur. Atque hunc in modum quem lxxi aqua contra-  
cta, Perse vñi fuerunt, qui hoc ingreiu appurato quām ce-  
lerrimè Ägypto potici sunt. Sed tunc, quum in expedito  
aqua non esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassei  
consilio, missis ad regem Arabum nuntius tutum iter pre-  
catus, obtinuit, data acceptaq; inuicem fide. Seruit autem  
sideri Arabes inter homines ut qui maximè, quam huc in  
modum dant: Quodies fœdus inire volunt, altius quidam  
medius inter utroq; stans, acuto lapide ferit volam, iuxta  
maiores digitos corum qui fœdus ineunt. Deinde sumpto  
fæcco ex vestiis p; vestimento, inungit eo sanguine septem  
lapides in medio politos, inter inuicem inuocans  
Dionysum & Vraniam. Hoc eto, idem qui fuit sequeſter  
fœdetis inter amicos contrahendi, vadatur hospitem, aut  
forte ciuem, sicut cœres agunt. Quod fœdus & ipsi qui  
amicitiam contraverunt, faciare iustum censent. Diony-  
sum quem Vrotalt, & Vraniam quām Allat appellat, fo-  
liodes edicantur. Hoc enim in modum Dionysium,  
ita puerarum capillum tendere aiunt. roudentur autem in  
totum-

rotundum, tempora subradentes. Igitur postquam foedus cum nutiis iniit Arabs, talem rem commentus est: Camelos omnes, posteaquam utribus camelinis aqua completis oneravit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum praestolabatur. Ex iis quæ narrantur, hoc quod dixi proprius fidei est, tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur rubrum: ab hoc flumine fertur Arابوم: ex canalem ex bouinis aliisque crudis coriis consumatum, tanta longitudine produxisse, ut ad loca arida per illam aquam produceret: inque ipso arido solo ingeates cisternas fodisse, qua recepta aqua potum suppeditarent. Et quum sit à fluinre ad terram atidam duodecim diem via, per tres aquæ ductus in totidem partes aquam deduxisse. Ceterum apud Nili ostium quod dicitur Pelulium, habebat castra Psammenitus Amasis filius, Cambyseni opperiens. Nam Amasis Cambyles in Aegyptum progressus non viuum natus est, sed defunctus, quum quatuor & quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodum calamitatis est expertus. defunctusq; & sale conditus est, & in sepulchris quæ ipse edificauerat, situs intratemplum. Sub eius autem filio Psammenito maximum extitit Aegyptiis portentum: Apud Thebas Aegyptias (quod neque prius unquam neque postea ad meam usque aetatem contigit, ut ipsi Thebani aiunt) pluit. Thebis tamen tunc pluit guttis. Persicè portò ubi siccitia peraggrauerunt, subledere, vicini Aegyptiis, tanquam iam congressi. Ibi Aegyptiorum auxiliarij Graci & Cares, Phani qui externum exercitum in Aegyptum abduxisset, insensi, hoc rei in illū sunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in Aegypto in castra perduxerunt atque in conspectum patris, positoque in medio duorum exercitum craterem: deinceps productos singulos puerorum super craterem obtruncauerunt. Omnis bus intersectis, vinum & aquam in craterem intulerunt: quo sanguine epoto, auxiliares ita confluxerunt. Acti prælio commissio, per quam multis utrinque cadentibus, in fugam vertuntur Aegypti. Ibi ergo rem mirandam vidi, ab indigenis edocitus: Olla eorum qui

<sup>1</sup> Nam in superiore Aegy pro penitus nō pluit Thebis tamen, &c.

<sup>2</sup> Legit ovu-  
s auctoris ut  
& ver. nostri  
cod habent.

*In acie ceciderunt, quum iacent fusa, ut ab initio distin-*  
*& a fuerant, seorsum erant Persarum, aliorum Aegypti-*  
*orum: sed Persarum capita adeo fragilia sunt, ut si venis-*

*1 Persia- ferire, vel solo calculo perforare possis: Aegyptiorum au-*  
*tem ita firma, ut ea vix i<sup>ctu</sup> lapidis elidas. Cuius rei cau-*

*sam hanc illi reddebat, (facile mihi persuadentes) quod*  
*Aegyptij statim a pueris radere capita iocipient, & os ca-*  
*pitis ad solem redditur compactum. Quæ eadem causa est*

*non caluescendi: nam ex omnibus hominibus paucissi-*

*mos quis Aegyptios caluos videat. His igitur hoc causat*

*est cur robusta capita gestent. At Persis cur fragilia sint*

*capita, id in causa est, quod a principio assuefuit operire*

*2 Et hæc qui capita, gestantes pilea tiarasque. Hæc ego huiuscmodi*

*dem ita se basa vidi. Vidi item alia istis similia in Papremi, corum qui*

*3 ynacum Achæmene filio Darij ab Inato Libye sunt carsi.*

*Aegyptij quoque postquam ex acie terga dederunt, nullo 73*

*ordine fugam capessunt. Ad quos, quum se receperissent*

*Memphim, misit Cambyses aduerso lumine nauim Mity-*

*lenaram cum caduceatore viro Persa, qui illos ad deditio-*

*nem hortaretur. Isti vbi nauim aduentare Memphis vi-*

*dent, frequentes ex urbe effusi, nauim corrupti, viros-*

*que frustratum dilaniatos in oppidum afferunt. Et Aegy-*

*ptij quidem post hæc obsessi aliquandiu restiterunt. Li-*

*byes vero in animaduertentes, eadem sibi quæ Aegypto-*

*contigissent veriti, se se citra pugnam dediderunt, tribu-*

*tumque inter se partiti dona miserunt. Cyrenæ quoque ac*

*Barcæ itidē ut Libyes timentes, similia & ipsi fecerunt. Cam-*

*byses munera quæ à Libybus vencere, perbenigne accepit:*

*quæ autem à Cyrenis, succens, ut opinor, quod exigua*

*erant. quingentas enim uninas argenti niscrant, quas sua*

*manu prehensas, dispersit in milites. Decimo autem die*

*quæ in muros Memphis cepisset Cambyses, Pisanimento*

*4 Menses. Aegyptiorum rege, qui sex omnino regnarat annos, col-*

*nam mūras locato in suburbanis, ignominia gratia, cum Aegyptiis*

*et in vulg. edidit. altis, hoc fecit ut eius animum experiretur: Filiam illius,*

*et in t. et. ed. vestitu feruili circundata in, cum hydria ad aquam emisit,*

*& cum ea similiter induit, alias quas delegerat primorum*

*virorum filias virgines. Quæ vbi ad patres peruenierunt*

*cum ciulatu ploratuque, ceteri quidem patres conspectis*

*filiabus*

filiabūs tam malè acceptis, vicissim vociferati sunt atq; fle-  
 uerūt : Psammenitus autem iatucens atq; intelligens, humi-  
 vultum demisit. Prætergressis puellis aquam ferentibus, se-  
 cundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filiū  
 eiuscum duobus millibus Ægyptiorū æqualis ætatis, vi-  
 etas fune ceruices & frænata ora habentibus. Ducebantur  
 autē luituri pœnas his Mitilenæis qui cum nauī fuerant ad  
 Memphis ebrætruncati. Ita enim censuerant regij iudices,  
 pro singulis suorū interfectis denos primorū Ægyptiorū  
 interficiendos. Psammenitus prætereuntis iatucens, & filiū  
 animaduertens duci ad mortē, aliis Ægyptiis qui circum-  
 sedebant coimplorantibus, ac <sup>ad</sup> genē ferentibus, ipse idem  
 quod erga filiā fecit. His quoq; prætergressis accidit ut qui-  
 dam compotorū eius natu grandior, pristinis bonis dela-  
 psus, ac nihil habens nisi quę inops mendicabat, obiret ex-  
 ercitū, necnō Psammenitū aliosq; Ægyptios in suburbanis  
 confidentes. Quem ut conspexit Psammenitus erum-  
 pente ingente fletu, compellans nomine amicū, caput suū  
 cedebat. Aderāt autē ei tres obliteratores, qui ut quicquid  
 ab illo fiebat, ex omni viarū exitu Cambysi renunciarent.  
 Ea quę fiebant admiratus Cambyses, milio nuntio Psam-  
 menitum percontatus est, inquiens, Psammenite, heros ce-  
 Cambyses interrogat quamobrē tu, qui visa filia indignè  
 affecta, viso etiā fino ad mortē cunte, neq; ei lasti neq; fle-  
 uisti, paupertate cati feceris, tibi (ut ab aliis audiuit) nō pro-  
 pinquū. Et Cambyses quidē ita interrogauit : Psammenitus  
 autē his verbis respondit, Fili Cyii, domestica mala etat ma-  
 iora quam ut possem ea deflere: et lamentatio amici digna-  
 lacrymis fuit, qui è multis ac fortunatis opibus ad inopia  
 recidit, in extremo limine senectutis. Hæc vbi responda-  
 ab hoc tenuntiata sunt, visus est illis Psammenitus, vt ab  
 Ægyptiis fertur, recte respondisse. Cræsusq; dicitur illa-  
 crymæsse, item qui aderant Persæ, ipsiq; Cambysi comonij-  
 sceratione subjisse, vt protinus iussit & filiū ex his qui mor-  
 ti addicti essent liberari, & patrē è suburbanis excitatū ad  
 se perduci. Sed filiū quidē qui adierūt, nō iū superstite inue-  
 netū, sed primo loco truncatū: ipsū vero Psammenitū exi-  
 tatū ad Cambysēm perduxerūt: ubi reliquū vite vixit, nihil  
 violentū passus. Qui si cōpertus fuisset nō affectasseres no-  
 s conni-  
 tura  
 • Quod h  
 Quis admittit  
 ; Hæc quoniam  
 ab illo renun-  
 ciata essent,  
 unus est Psam-  
 menitus re-  
 spondit  
 se. ferūtq; Æ-  
 gyptij Cræ-  
 tomnam hic  
 quoq; à Cam-  
 byse in Ægy-  
 ptū adducens  
 fuerat eos q; qui ad erant  
 Perdas clara-  
 crymæsse.

uas, accepisset Ægyptum ut eam procuraret. Nam consueverunt Persæ in honore habere filios regum, & etiam si qui ab eis defecerint, tamen illorum filii restituere principatum. Quod eos ita facere consueisse, cum aliis permultis potest probari documentis, tum verò hoc, quod Thannyrat Inati Libys filius recepit quem pater obiuerat, principatum: quodq; Pausiris Amyrtæi filius & ipse paternum recuperauit imperium.

\* tametsi quam Inatus & Amyrtæus nullus dum Persis plus dā mā i dedit: ut vertu Paul. Leopard. Ennend. lib. 7. c. 4. S. Nec iphis Inato & Amyrtæo quicquam amplius à Persis interrogatum est. Nunc Plamenitus male cogitans mercedem accepit nam quum ad defectionem Ægyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cambyses conuictus, epoto cruento taurino statim expirauit. Atq; hunc in modum iste deceasit. Cambyses autem à Memphis urbem Sain abiit, animo faciente quæ fecit. Et enim simulatq; in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è conditorio afferri: deinde prolatum verberribus cædi ac vellicari, & stimulis pungi, omni denique contumelia infestari. Quod facientes postquam defatigati erant, (nam cadauer vi pote salitum resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) iussit cremari: haudquaquam sanctaiubens: quia Persæ deum ignem esse arbitrantur, & apud neutros motis est cremare cadauera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse aiunt deo depasci cadauere hominis: apud Ægyptios autem quia persuasum habent ignem animatam belluam esse, & omnia quæ nascuntur devorare, & postquam devorando fuerit expleta, vna cum ipsa re devotata emori. Non esse verò apud eos consuetudinem mortuum belluis tradendi, sed 74 saliendi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermis. Ita neutris cōsuetam rem iussit agi Cambyses. Quantquam (ut ipsi aiunt Ægyptij) non Amasis fuit qui ista passus est, sed alius quidam Ægyptius eadem quam Amasis aetate: quem Persæ Amatin arbitrantes vexauerunt. Memorant enim Amatin, quum ex oraculo audisset quæ circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturæ mendicium putasse, ut hunc hominem qui flagellatus erat, mortuum ad postes sepeliret extra conditorium suum, se autem in conditorij quam inumore recellū collocari filio mandaret. Mili tamen non videntur hæc ab initio Amasis fuisse

Verum plamentus quū fraudem molitus esset, mercedem accepit. Deprehensus enim Ægyptios ad defectionem sollicitare, ac deinde à Cambyses conuictus, &c.

3 vel, Omnia deniq; modi vexari.

3 ad fores initia conditorium suum:

As fuisse mandata de sua & alterius hominis sepultura, sed alias ab Aegyptiis adornata. Secundū hæc Cambyses constituit tritarium mouere bellum, aduersus Carthaginenses, aduersus Ammonios, aduersus Æthiopes macrobios, id est longenos, qui Africam ad australe mare incolunt. & aduersus quidem Carthaginenses, nauticas copias: aduersus autem Ammonios, peditatum: aduersus verò Æthiopes, prius exploratores mittere, per speciem dona ferendi illorum regi, spectatum illic mensam Solis. nunquid reue-  
ra eis est: simulq; res Æthiopicas exploratum. Solis autem mensalis esse memoratur: est in suburbanis pratum, o-  
mnium quadrupedum alfa refertum carne, quam per no-  
tum singuli ciuium magistratus proferant ponere: ad  
eatiq;, ubi illuxit, cui libet epulatum licet accedere. Hæc au-  
tem ipsa à terra reddi assidue indigenæ aiunt. Et mensa  
quidem quæ Solis vocatur, talis esse fertur. Cambyses au-  
tem vbi statuit exploratores dimittere, continuò ab urbe  
Elephantina accersit ex Ichthyophagis, id est pisceriscenti-  
bus, maximè gnares Æthiopicæ linguae. ¶ Et interio-  
rum istos ac-  
cerserat, na-  
uales cop- Vsquedum  
isti veniunt, interea nauales copias Carthaginem versus  
nauigare iubet. verùm hæc exequuturos se Phœnices de-  
gauerunt. esse enim magno cum illis iure iutado se deuin-  
ctos: præterea non facturos sanctè si aduersus liberos suos  
militarent. nam ceteri Phœnicibus ire recusantibus, ad pu-  
gnandum haud idonei erant. Ita Carthaginenses quomodo  
in seruitutem Persarum redigerentur euaserunt: quo-  
niam Cambyses haud æquum ducebat vim afferre Phœ-  
nicibus, qui seipso Persis dediderant, ex quibus nauticus  
omnis constabat exercitus. Sed & Cyprij qui aduersus Aegyptum in militia erant, se & ipsi dediderat. Porro Cam-  
byles posteaquā ex urbe Elephantina aduenerūt Ichthyophagi, eos ad Æthiopes misit, iussis cum ea dicere quæ o-  
poteret, tum dona ferre, amiculū purpureum, aureumq;  
torquem tortilem, & armillas, ac vnguenti alabastrum,  
cadurnq; vini Phœniciei. Æthiopes autem iij ad quos mi-  
lit Cambyses, feruntur esse maximi omnium hominum  
atq; pulcherrimi: diuersisq; vti à cæterorum hominum ri-  
tibus, cum aliis, tum verò hoc circa regnum: quod quem  
è popularibus maximum & pro magnitudine validum iu-  
l iiij

a quum Persarum tam facile tenduntur tam magnitudinis arcus, quae facile hunc e me tendit ut deinde tunc copius supra modum magnis instructus macrobibus Aethiopibus bellum inferat.

*z.d. est, Aethiopibus*

*3 id est, Ad sermonem de vino*

*4 Legit arist. Capor. ex qua letione v. ac-*

*eur & hic sen-*

*sur elici posse:*

*Nisi potando*

*vires refocil-*

*latent: Ichthyophagis vino*

*innuens in hoc enim se à Persis vinci.*

*Quoniam autem*

*vicissim regē inter se agit Aethiophagi de vita,*

*&c. At legen-*

*da arist. Capor. perinde faciunt*

*et si Gallici di-*

*cus S. us ne de-*

*tremperet ieiunando d'antel-*

*brennante. En-*

*ti. Etiam secundum*

*Pausanias Leo*

dicant, hunc regem diligendum censem. Ad hos itaque viros Ichthyophagi venerunt, offerentesque regi munera, ita loqui sunt, Cambyses Persarum rex: Iupiens amicus tibi fieri atque hospes, nos misit, iubens ut in colloquium tuum veniremus, tibi que haec dona daremus; quorum ipsi vobis maxime delectatur. Ad hos Aethiops, qui rarus ad explorandum venisse, talia respondit: Neque rex Persarum vos ideo cum donis misit quod magni faciat hospitium meum, neque vos vera loquimini, quippe cui ad explorandum nostrum imperium venistis: neque iustus ille vir est. Si enim iustus foret, non alienam regionem affectaret, sed esset sua contentus, nec homines a quibus nihil laceritus est in feruitatem redigeret. Ei nunc vos hunc arcum date, ita dicentes, Rex Aethiopum regi Persarum consilium dat, quando Persarum tam faciliter trahent in tanta magnitudine arcus, tunc aduersus macrobios Aethiopes cum maioribus copiis moueat bellum: interim duis gratias habeat, qui non inducunt filius Aethiopum ut praeter suum velint aliam comparare regionem. Hec loquitus, arcum laxauit, etisque qui venerant dedit. Tum sumpto purpureo amiculo rogauit quidnam esset & quomodo confectum. & quoniam Ichthyophagi veritatem de purpura deoque tintuta dixissent: Dolosum, inquit, homines, dolosa sunt vestimenta. Secundo loco de auro sciscitatus, de tortili monili atque armillis, ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis tisit, atque existinans vincula esse, inquit robustiora apud te vincula esse. Tertiò sciscitatus de vnguento, quoniam illi de conjectura vngendique ratione dixissent, idein dixit quod de vestimento. Vbi ad vinum peruenit, eiusque conficienditionem audiuit, maiorem in modum delectatus potu, percontatus est quibusnam rebus veliceretur rex, & quod longissimum tenipus a viro Persico vivaretur. Isti dixerunt vesci regem pane, (exposita tritici natura) perfectissimumque diu vivendi spatium homini Persic preponi octoginta annos. Ad hanc Aethiops, nihil semirari inquit si stercore vescetes, paucis viuerent annis. Nam ne tot quidem annis viucturos nisi hoc potui acceptum fuit. Emend. lib. 7. cap. 14. sic verit: neque enim tot eos viuctuos fuisset annos, nisi potu conserperent atq. miscerent: de vino hoc dicens Ichthyophagis. hac referuntur (c. Persis est: interiores. 5.)

referrent. affirmariibus Ichthyophagis ita esse devino. (hoc enim ipsos Persis subdidisse) Interrogatus vicissim rex ab Ichthyophagis de vita & viatu, plerisque. è suis ait ad centū viginti annos peruenire, nonnullos etia hos transcedentes dixit cibum eis esse carnē coctam, & potū, lac. Et quū exploratores de numero annorū inveniuntur ad fontē quendam eos deduxit, in quo loti efficiuntur perinde atq; oleo inuncti, violi olentes. Eam aquam aiebat exploratores ad eō in ualidā ut in ea nihil innatare posset, ne lignum quidē, & quæ leuiora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundū. Nec aqua si verè apud illos est qualis cōmemoratur, idem ac macrobīj, id est longe, existunt, quod ea semper utuntur. Deinde a fonte rex istos ad carcere deduxit, ubi viri omnes aureis vinculiserant alligati. est enim apud hos Æthiopes omniū rarissimum ac preciosissimum æs. Inspecto carcere, exploratores inspexerunt & mensam quæ dicitur solis. Post hanc ad extreūmum inspexere corū se pulchra quæ dicuntur è vitro esse constructa hunc in modū: Posteaquā mortuū siue Ægyptiorum siue aliorum morte arfecerunt, totum gypso inducunt, picturaq; exornantes representant quoad heri potest effigiem eius: deinde cippum ei cauum è vitro, quod apud illos multum est & facile effoditur, circundant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis ullius exhibens, sed omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum qui maximè sunt propinqui intra ædes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias, hostiasque anno exacto effetunt circaque urbem statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt. Qui quum ista renuntiascent Cambysū, continuò ita percitus aduersus Æthiopes exiit in expeditionē, neq; rei frumentaria apparatu indicto, neq; secum ipso, ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti velanus, nec mentis cōpos, simulatq; Ichthyophagos audiit, profectus est cū omni peditatu, Græcis qui aderant illi, manere imperatis. Vbi ad Thebas est vētū, delegit de exercitu quinquaginta cūciter millia, quibus præcepit ut Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incéderent: ipse cū reliquis copiis aduersus Æthiopes contendit. Sed antequam quintam itineris partē confecit

sent, exercitum eius protinus commecatus omnis quem secum habebat, defecit: mox & iumenta ad velcendum defecrunt. Quibus rebus cognitis Cambyses si reliquisset ac retroduxisset exercitum, in eo quod prius ad miserat peccato, vir sapiens extitisset: nunc autem nihil pensi habens alliduè processit ulterius. Miltes, quare dilu quod de terra sumerent habuerunt, herbis vicitia uertunt: at ubi ad fabulum peruenere, ibi nonnulli dictam rem perfectaue-  
runt. nam fortissi ex sciplis decimum quenque comedeu-  
runt. Id audiens Cambyses, veritus suorum mutuam de-  
passionem, intermissa aduersus Aethiopes expeditione,  
retro rediit, Thebasque peruenit, multis de exercitu amissis.

'Et quum è Thebis descendisset Memphis, Græcos mis-  
sos fecit, ut illinc enauigarent. Et exercitus quidem ad-  
uersus Aethiopes ita se gessit. Copiae autem quæ aduersus Ammonios missæ erant, è Thebis mouentes itineris iucces  
sequebantur 'ac nisi sunt usquedum ad urbem Oasim per-  
uenerunt, quam incolunt Samij ij qui feruntur è tribu E-  
schronia esse, septem dierum per arenas itinere distante in

Thebis, quæ regio vocatur lingua Græca οὐρανὸς οὐρανοῖς id est beatorum insula. in hunc locum dicitur peruenisse ex-  
ercitus. Deinceps quid de eo actum sit, præter Ammo-  
nios & eos qui ab his audierunt, nulli alii habent quic-  
quam dicere. Nam neq; ad Ammonios peruenierunt, neq;  
retro reueterunt. Ab ipsis autem Ammoniis demum fer-  
tur, quum illi ex urbe Oasi per arenam iter facerent, iamq;  
medio ferè spatio inter Oasim & Ammonios præderent,  
ingruisse magnum ac validum austrum, & ingestis arenæ  
cumulis eos obtulisse, atque hunc in modum illos è con-  
spectu sublatos. ita actum esse de hoc exercitu Ammonij  
memorant. Cambyse autem Memphini regesso, Apis

(quem Græci vocant ἡπαρ) apparuit. Aegyptij, quum Apis extitisset, vestimenta quam pulcherrima ferebant, & celebrando festo operam dabant. Id tunc facientes Aegy-  
ptios Cambyses intuens, ratusq; ob res à se male geltas  
proflus illos esse in his gaudiis, præpositos accersit Mem-  
phis, quos, ubi præstò fuerunt, interrogabat, quid ita, quum  
autem se apud Memphini agente, nunquam aliquid tale  
fecissent, nunc id facerent, posteaquam ipse rediisset parte  
copia-

<sup>1</sup> Thebis au-  
te ites facie-  
bant, itineris  
duces haben-  
tes, & quum  
descendisti.

<sup>2</sup> ac perue-  
nisse quidem  
eos usque ad  
urbem Oasio  
constat, quæ  
incolunt &c.

<sup>3</sup> vel, Valde  
autem Ammonios  
hoceorum  
factū impro-  
bans, quod  
in eius rebus  
aduersis ita se  
exhilararent,  
Memphidis  
præfectos ac-  
ceriuit:  
quos, ubi in  
conspicuum  
prodierunt.  
interrogauit  
cur ante  
quum, &c.

copiarum amissa. Illi dicere, dum illis deus appateret (longo autem temporis interuallo apparere solitum) tunc omnes Ægyptios solennem celebrare luctitiam. Hæc ubi audiuit Cambyses, mentiri eos respondit, ac tanquam mentientes morte mulctauit. His interemptis, iussit sacerdotes in conspectum venire, quibus eadem referentibus, dixit, Si quis deus misfuctus ad Ægyptios veniret, fore ut te nō latearet. Hæc tenus loquitur iussit sacerdotes adducere Apin. illi ad eum adducendum perrexit. Est autem hic Apis, idemq; Epaphus, è vacca genitus quæ nullum dum alium poterit concipere foetum: quam Ægypti aūunt fulgure icti concipere ex eo Apin. Habet autem hic vitulus qui appellatur Apis, hæc signa: Toto corpore est niger, in frōte habens candorem figuræ quadratæ: in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Postea quam Apin sacerdotes adduxere, Cambyses veluti vecordior, educto mucrone quum veller fetire ventrem, femur percussit, cachinnansq; ad sacerdotes inquit, O capita nequam, huiuscmodi dij existunt, sanguine atq; carne prædicti & ferrum sentientes? dignus nimirum Ægyptiis hic deus. nos certè ludibrio habuisse non iuuabit. Hæc loquutus imperavit iis quorū hoc munus erat, vt sacerdotes quidem flagris cæderent: ceteros autem Ægyptios, vt quenq; feriantem adipiscerentur, occiderent. Ita festum solutum est, sacerdotes mulctati: Apis sauciatus femur, in templo iacens extabuit: quem è vulnera extinctum tumulauere sacerdotes clam Cambyse. Ob hoc scelus, (vt Ægypti aīunt) continuò Cambyses insaniit: quum ne cōpos mentis quidem fuisset, exorsus primum perpetrate facinus in Smerdin, ex eisdem sibi parētibus fratrem, quem ex Ægypto temiserat in Persas liuore commotus quod solus ille Persarum arcum quem Ichthyophagi ab Æthiope attulerant, ad duos digitos traheret: quod nemo aliis è Persis poterat. Smerdi in Persideim profecto hæc vidit in somnis Cambyses visionem: Nuntius quidam è Persis veniens, ei nuntiare est virus, Smerdin in regio sedētem solio cælum cōtingere vertice. Ob iū Cambyses sibi metuens, ne se necato a fratre occuparetur imperium, mittit in Persas ad il-

<sup>1</sup> Nec plur  
loquitur

<sup>2</sup> Nō, illas,

sed pīzā, (id  
est, magnus)

habent noīra  
expiari. man-

gū rāmen plā-  
ces si. d. quārō  
hor: ve dīas

Hercules, ex.  
cum sit a roym

Nīc. hab re-  
candorem fī.

quad. Valt. da-  
mo add dī it-  
la. tōto cor-

poic.

<sup>3</sup> in lingua  
scatācum.

<sup>4</sup> qui ne pī  
qui ac cōpes

mētis fuisset.

<sup>5</sup>na verba nō  
iam sunt. Eī  
ptīm sed iijī-

na antoru. q. d.

Dūmū illūm

Ægypti līne  
jūore corre-

ptum. aīqīm no

antea quidem

mēnsū cōpō  
erat, exortus.

&c.

<sup>6</sup> exorsim dū  
dāxīlās.

quod Gallus do-

ctur. ut denie

digī pres. tō  
trahere autē

vertendūm po-  
tū aducere.

autē renderet, si  
ne intenderet.

hac enim de ar-  
mī pī. mē dīmī.

ut C ipse Herodotus in sequentibus dicit dīctū, et q̄d pī.

*et quum tem  
novā sacre  
in animo lu-  
beret,  
et douce mo-  
riantur!*

*& canteret re-  
spond.*

*et eam quā de-  
bgebatur: vel, a-  
nūcam illam*

Ium intētimendum Prexaspem, sibi ex omnibus Persis vi-  
rum fidelissimum. Hic vbi Susa conseruit, Smerdis de-  
candum curauit, (ut quidam aiunt) quum cum eduxisset  
venatum: quidam inquiunt, quum ad mare rubrum pro-  
duxisset, ibi cum demersisse. Et hoc quidem initium scel-  
sum Cambysis extitisse ferunt: secundum autem scelus,  
fororis necationem, in Aegyptum eum sequutur: quæ ex-  
isdem parentibus erat foror, atq; eadem vxor: quam hunc  
in modum accepérat vxorem. Quum antehac Persæ foro-  
res in matrimonium accipere nequaquam consuevissent,  
**Cambyses unius fororum amore captus, cupidusque de-**  
inde ducendi illam vxorem, quoniam propter rei insolentia-  
m laboraret efficere, accersit eos qui regij iudices no-  
minantur. Funt autem delecti è Persis viri, suntque per-  
petui, nisi delicti alicuius comperti fuerint. Isti apud Per-  
sas ius dicunt, & legum patriarchi sunt interpres, & ad  
eos omnia referuntur. Hos Cambyses percontatur, num  
qua lex sit quæ si uolentem cum forore contrahete ma-  
trimonium. Iudices & iuste & ingenuè respondentes, ne-  
gant ullam se inuenire legem quæ finat fratri subere foro-  
rem: quandam tamen inuenire legem, quæ liceat regi Per-  
sarum facere quicquid libeat. Ita neq; legem abrogarunt  
metu Cambylis: & ne legem tuentes ipsi perirent, aliam  
inuenierūt adiutricem eius qui fororem in matrimonium  
ducere vellet. Tunc itaque Cambyses eam quam dixi ac-  
cepit vxorem, aliquantoque post & alteram. Harum iu-  
niorem quæ ipsu:n in Aegyptum comitata est, interemit.  
Cuius mors, quemadmodum illa Smerdis, aneps refer-  
rat. nam Græci quidem aiunt, dum Cambyses duos catu-  
los, alterum leonis alterum canis committit, hanc inter-  
fuisse spectaculo: & quum à leunculo catulus superaretur,  
alterum catulum huius canis fratrem, abrupto loro super-  
uenisse: & quum duo essent, ita superiores leunculo exti-  
tisse. Et Cambyses, dum id cernit, capiente voluptate, hanc  
ei affidentem illacrymasse. Ea re animaduersa, Cambysem  
interrogasse, quidnam lacrymaretur: & mulierem dixisse,  
se viso catulo luppenias fratris ferente, ideo flere quod sub-  
ierit memoria Smerdis, cuius sciret neminem fore vito-  
rem. Ob hoc dictum Græci illam à Cambyses inter-  
emptam

emptam memorant: *Ægyptij* verò ob id quòd quum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, eiusque decerptis foliis, virum interrogauit, utrum discrepta lactuta an densa pulchrior foret: quum hic respondisset, *Dentia*: *banc*, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui *Cyri* domum denudasti. *Ibi* Cambyses in indignatione percutit, insiliisse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito deceperisse. 'Ita Cambyses in præcipuos domesticorum insaniit, siue id propter Apin, siue aliunde, qualia multa in rebus humanis mala contingere consuerunt. Etenim fertur Cambyses ab ipsis natalibus grandi laborasse morbo, quem quidem sacrum nominant: ut haud ab refuerit, cuius corpus magna xgitudine inualidum esset, eius ne mentem quidem sanam fuisse. 'Atque in alios quoque Persas intansse, veluti in *Prexaspem*, quem præcipuo honore prosequebatur, & qui ad eum nuntios perferebat: & cuius filius Cambysis vina miscebat, qui honoris & ipse non parvus est: ad hunc (*inquam*) fertur dixisse Cambyses, *Quem*nam virum Persæ me esse censem, aut qualem de me sermonem habent? Et iste ei respondisse, *Herc*, cætera quidem omnia in te magis laudibus ferunt, sed nimiste<sup>+</sup> vino deditum aiunt esse. *Hæc* *Prexaspes* de Persis respōdit. Quibus ille indignatus, Siccine, inquit, Persæ me aiunt vino deditum despere, nec mentis esse compotem? ergo in eo quod prius dixerunt, non veri fuere. Nam sentum Persarum (cui intererat Croesus) aliquando interrogarat Cambyses qualis ipse videretur esse vir ad patrem Cyrum adæquandum. Et illi responderant, eum patre esse præstantiorem, qui & omnia illius haberet, & *Ægypti* ac mariis accessionem adiecisset. hæc quidem Persæ dicebant. Sed Croesus qui aderat, displicente ei quæ dicebatur sententia, ad Cambyses inquit, *Mihi* tu quidem Cyro genite, non videtis adæquandus esse patri: nōdum enim tibi est filius qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyses delectatus, Croesi sententiam approbavit. Quorum nunc reminiscens, ad *Prexaspem* iratus inquit, Intellige nunc ipse per te nunquid Persæ veradicant, an hæc dicentes ipsi delipiant. Nam si filij tui qui in vestibulo stat, medium cor non frustrato ictu percussero, constabit 'nihil esse

<sup>t id est. Taliæ per insanum secur præcipua,</sup>

<sup>z Hæc autem aduersus altos Persas insanit. id est. Per insanum egn. Ferunt enim ad Prexaspem dixisse, quem præcip.</sup>

<sup>i cuius filius a poculis ei erat:</sup>

<sup>+ Non legit φιλοσοφίη, sed φιλονιζει, quam lectione sequentia comprobare videntur.</sup>

<sup>i id est, vana sic, vel strati-</sup>

<sup>s & me non</sup>  
<sup>spere.</sup>

<sup>a At Pæxaspē</sup>  
quū animad-  
uerteret ho-  
minē mente  
captū esse, &  
sibi timeret,  
dixisse. Here,  
ego, &c.

<sup>b Nō legit s-</sup>  
poues, sed s-  
poues: ut <sup>c</sup>  
in vet. cod.

<sup>d ob nullum</sup>  
morte dignū  
crimē. vel. Nul-  
lo criminē mor-  
zem committit.  
Sic & statim  
post.

<sup>e Hæc quām</sup>  
dixisset, atcū  
corripiebat.  
&c.

<sup>f At hic quā</sup>  
iū cōfigere  
nō posse: ut  
pote qui se fe-  
rat proripie-  
fret.

quod Persæ dicunt: sin ab etrauero, constabit Persas vera loqui, & me esse intemperantem. Hoc loquutus, intendit arcum, puerumque percussit: atq; cum collapsum iussit discindi, & inspici iectum. quumque in corde sagitta esset inuenta, ob id latet abundus atq; cachinnans, ad patrem pueri inquit, Pæxaspes, facta est tibi fides non me insanire, sed Persas. Verū nunc mihi dicio quēmoā ex omnibus hominibus iam noris ita ad destinatum emittere sagittas. Pæxaspes hominem aduertens esse vesanum. & in ipsum quoque insanientem, Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probè iaculari. Et tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die, duodecim Persas primoribus pares, ob nullius momenti causam necauit, viuos in caput defodiens. Hæc eum facientem Crœsus Lydus censuit his verbis admonendum, Rex, cuncta noli extati atque ira indulgere: sed cohibe & compesc te ipsum. Conducit tibi te prouidum esse: & sapientis est prospicere: tu verò viros interficis tuos populares ob nullius momenti causam, interficis etiā pueros: qualia si multa facies, considerane abs te deficiant Persæ. Enim uero pater tuus Cyrus, etiam atq; etiam mandans, mihi præcepit ut te commonefacere in, subiiciendo qnicquid boni comperirem. Hoc illi Crœsus benevolentiam præ se ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens, Etiam mihi tu, inquit, dare consilium audes, tanquam bene aut tuam ipsius patriam administra ris, aut patrem meo consulueris, iubens cum traicto flumine Araxe tendere aduersus Massagetas, quum illi vellent transire in terram nostram. Imo & te ipsum male præsidenter patrū tuū, & Cynam tibi credentem perdidisti. sed ob id nequaquam gauisurus: quia olim iam debebam captare in te occasionem. Arcuque corripiebat tanquam hominem confixurus. at Crœsus cursu se foras proripuit. Hic ubi non habet in quem telum dirigat, mandat ministris ut illum comprehensum interimant. Ministri, qui mores ciuios noscent, Crœsum abdiderunt: hac ratione, ut si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto donis afficerentur, quod illum seruassent: si non pœnitenter, nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo post quum Cambyses desideraret

Crœ-

Crœsum, ministri hoc animaduertentes, enunciante ei hominem superesse. Cambyses te quidem inquit Croeso superstite gaudere, sed iis qui illum seruassent, veniam non daturum, sed mortem allaturum, prout & fecit. Multa huiusmodi tam in Persas quam in locios, quin Memphi moratus est, Cambyses faciebat <sup>vel, per inspe-</sup> insania. Adeoq; vetusta <sup>sic.</sup> recludēs sepulchra, mortuos inspiciebat. Etiam templum Vulcani adiens, multo derisu simulacrum illius cauillatus est. siquidem statua Vulcani simillima est iis diis quos Parthicos vocant Phœnices, quos in triremium protis Phœnices circumferunt: quos qui non vidit, ego sic ei indicabo, esse illos Pygmæi viri imagine. In tempium quoque Cabirorum, inaccessum alteri quam sacerdoti, ingressus est: & quæ illic erant simulachra, multis in ea iocatus verbis, concremauit. Sunt enim & hæc illis Vulcani similia, à quo se hi homines aiuot esse oriundos. Cum multa igitur apud me documento sunt, Cambysem vehementer insanisse, tum verò illud, quod alioqui nou tentasset templa leges- <sup>& titus que</sup> que habere ludibrio. Nam si quis vniuersis hominib. p̄x- beat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi, pro- fectò cunctas vnuiquis querimatus, suas eligeret. Non igi- tur credibile est alium quam dementem, talia ludibrio ha- beat. At ita de suis quenque legibus sentire, licet cum aliis cōiecturis colligere, tum etiam hac: Darius accitos qui in sua ditione erant Græcos perdixtatus est quanta pecunia vellent defunctis parentibus vesci: illis negantibus villa se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Græcis præsentibus, & quæ dicebantur per interpretē dilcentibus, inter- rogauit eos Indos qui Callatiæ nominantur, qui vescuntur patentibus, quantum accipere pecuniarum vellent ut pa- tres defunctos igne comburerent. Iodi vehementer recla- mantes, meliora illum ominari iubebant. Acque ita mori- bus comparatum est: recteque mihi videtur Pindarus fe- <sup>; Pindarus ce-</sup>  
<sup>citasse, &c. non</sup>  
<sup>rem, &c. non</sup>  
<sup>μοίσας αι</sup>  
<sup>poeta dicitur,</sup>  
<sup>et Lau. canere.</sup>  
 cissem ut diceret, morem omnium esse regē. Cæterum dum Cambyses in Ægyptum contendit, Lacedæmonij quoque intulere bellum Samo & Polycrati Æacis filio, qui Sa- mur vi occupauerat, eamque inter initia trifariam parti- tus erat cum fratribus Pantagnoto & Sylosonte: quorum deinde alter necato, altero qui cratijunior electo, totam

solus obtinebat, inito fœdere cum Amasi rege Ægypti, cum quo hospitium habebat, mittens minera vicissimque accipiens. Breuique statim tempore rœscius adeò processiunt ut per Ioniam cæteramque Græciam celebrarentur.

<sup>3</sup> bellū inferre cogitare,  
et ceterum uas  
ues quinqua-  
ginta remo-  
ruin.

<sup>3</sup> nihil ab ini-  
tio abstulit-

tur. Quocunq; enim bellum intulcat, cuncta ei prospèrè cedebant, quum haberet centum bipedes, mille sagittarios, inuadens omnes sine ullo cuiuscum discrimine: quod diceret se magis gratificari amicori ei quæ abstulisset redderet, quam si nihil adhuc auferret. Multas itaque hic insulas, multa etiam in continente op̄pida capiebat. Lesbios enim cum omnibus copiis open Milesiis ferentes, nauali prælio vicit cepitque, qui om̄iem fossam mœnia Sami ambientem vincti foderunt. Atque res Polycratistantopere secundas esse non latuit Amasis, cui hoc curè erat. Sed quoniam assiduè forent multo secundiores, Amasis libellum Samum misit in hæc verba scriptum,

A M A S I S  
P O L Y C R A T I I T A I N Q V I T, Misi quidem, felici-  
ter agi cum viro amico meo & hospite, audire voluptati-  
est: tamen tuae magnæ prosperitates mihi non placent,   
qui intelligo quām inuidum numen sit. Quod ad me atti-  
net, malum tuum meas ipsius, cum eorum qui mihi curæ  
sunt res nunc prospèrè ire, & ita per varias fortune vices æ-  
uum traducere, quam in omnibus mihi prospèrè cedere.  
pono. Ex reb<sup>a</sup> Tu itaque mihi obtemperando, hoc aduersus prosperita-  
tes agito: diligere quid tibi sit quod plurimi facias, quod-  
que amissum tibi maximè doleret: id ubi inueneris, ita ab-  
iuto ut aqua quād ad homines veniat. Quid tibi prospera-  
tua deinceps non variabuntur aduersis, medeare tu tibi  
sulinde eo modo quem tibi subieci. Hæc quoniam legisset  
Polycrates, & in animum demisisset, tanquam bene sibi ab  
Amasi præcepta, disquirebat quōdnam suorum ornamen-  
torum esset quo amissio maxima ipse molestia afficeretur:  
atque hoc tandem queritando inuenit. Erat ei gemina si-  
gnatoria simatagdus, quam gestabat auro inclutam, opus  
Theodori Samij Telecle geniti. hanc ubi abiiciēdam sta-  
tuit, ita abuicere libuit: Rerumne consendit: eam dehinc  
vitos quibus illā instruxerat, in pelagus educere iubet. Et  
postquam ab insula procul aberat, detractum tibi sigil-  
lum, uis qui via nauigabant inspectatibus abiecit in pelag-  
gus:

<sup>4</sup> res nunc  
prospèrè ire,  
nūc infeli-  
cet cedere. vel  
aliam refici, iter  
cedere: Post ce-  
deret, adie. Nec  
enim alibi  
de uo quai  
sumile me  
paro, qui qui  
ia omnib fe-  
lix fuisset, nō  
taendem male  
peuerit fun-  
dus.

<sup>5</sup> id est. In his-  
minum confe-  
ctum.

<sup>6</sup> Quinqua-  
giota remo-  
rum nauem

gus: hoc acto renauigauit. Reuerso domum, quum ex iactura afficeretur. quanto sextoē quām hæc acta sunt dic, hoc ei casū euenit. Piscator quidam captum à se pescem, gran dem sanè ac pulchrum, putauit dignum quo Polycratem donaret, cum ad fortes quum attulisset, dixit sc̄e in conspectum Polycratis ire velle: à ianitore permisus, donans Polycrati pescem. Rex, inquit, hūc ego quem cepi pescem, et si operis manuariis vitam tolero, tamen non iudicauit ferendum à me esse in forum, sed te tuaque potentia dignum. Eum itaque afferat tibi, donoque. His verbis iste delectatus, ita respondit, Tu verò probè, nec facto solo, sed etiam oratione apud me iniisti gratiam: ad cuenamque te vocatum volo. Hæc magni faciens piscator donum abiit. pesceri ministri rescidentes, offendunt in eius alio sigillum Polycratis. Quod ubi viderunt sumpseruntque, ad Polycratem lætabundi quam celestimè pertulerunt. Eoque illi reddito, referebant quo pacto fuisset inuentum.

<sup>1</sup> Polycrates, quemadmodum res diuinitus cōtigit, singula quæque à se gesta reuulit in libellū: & qua ratione quod emiserat receperisse. Hæc ubi scripsit, in Ægyptum misit. Quibus tabellis Amasis perlectis quæ à Polycrate venerant, intellexit non posse præstare hominem ut alterum hominem fato impendenti eripiat: & que Polycrates bene jam moreretur, bonam fortunam semper expertus, qui ea quoque reperiaret quæ abiécisset. Misso itaque Samuni caduceatore, dixit sc̄e ius cum illo hospitiū soluere. Quod ideo fecit ne in crastini aliquem grauenique casum incidente Polycrate, animi dolorem veuti de hospite ipse cōtraheret. Aduersus hunc igitur Polycratem in omnibus bene agentem, Lacedæmonij sumptuē expeditionem, acciūti ab his Samiis qui post hæc Cydoniam in Creta condiderunt. Polycrates, misso claculum caduceatore ad Cambysēm Cyri filium, aduersus Ægyptum copias comparantem, oravit ut nunciis ad se in Samum missis, rogaret aliquid copiarū. Quod audiens Cambyses, libeter in Samum misit ad rogandas à Polycrate nauticas copias, quas secum iste mitteret in Ægyptum. Polycrates, delectis quos maxime suspicabatur è popularibus suis ad rebellionē spectare, quadraginta triremes misit Cambysti, mandans ut retro

quā cū subiisset diuinā quiddā id es- se, scribit quæ fecisset. & quæ post illa a se facta ibi contigisse: & sibi p. i. ex. s. facta occurreret: & dicit: In- tino p. o. re homo n. m. nē a re quæ ex- uētua ei: re- trahat: & P. lycrati nō v. lice force: & de- dem sc̄e e. r. um, qui p. omnia dīp- tam fortuna experientur: adeo ut eā suū reper-

eos dimitteret. Et alij quidem negant Samios à Polycrate missos, in Ægyptum peruenisse: sed quum in Carpathio mari cursum tenerent, inter se colloquitos decreuisse ne porto tenderent. Alij verò aiunt peruenisse in Ægyptum, ac retentos inde fugam fecisse: & in Samum redeutes, Polycratem cum classē occurrentem superasse, atq; in insula misse: sed pugna pedestri commissa repulso, ita Lacedæmonium nauigasse. Sunt qui dicant penes eosdem, ab Ægypto redeentes aduersus Polycratem, extitisse victoriam: non rectè dicentes mea opinione. Neq; eum oportuit set illos asciscere Lacedæmonios, si per se ad resistendum Polycrati validi erant. Præterea nec ratio dicitur, vt cui permulti aderant, cum auxiliarij mercede cōducti, tū domestici sagittatijs, is à Samiis redeuntibus numero paucis fuerit saperatus: quum præsertim liberi ciuitum atq; uxores sub Polycrate essent, quos iste inter naualia coactos tenebat, ideo paratos vt si iū qui secum erant, cum redeuntibus aliis prodidissent, vñā cum ipsis nauilibus cōbureret. Potte aquam verò Samij qui à Polycrate exacti erāt, Spartam venerunt, adeuntes p̄tincipes multa sanè (qualia supplices) commemorabant. Quibus illi primo cōgressu responderunt, eorum quæ isti dixissent, priorum quidē oblitos esse sīc, posteriora verò nō intelligere. Secundo deinde congresu nihil aliud isti dixerunt, nūl allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem responderunt 'panario suppetfuturū. Itaq; opem ferendam eis censuerunt. Atque ubi rem apparauerere, cum exercitu in Samum se contulerer, referēdā gratiæ causa, vt Samij aiunt, quia illis aliquando Samij a iudeis Mellemios auxilio fuissent: vt verò Lacedæmonij aiunt, non tam quia tutari deberent Samios, q; vt eosdē vlciserentur ob interuersum craterē, quē Crœfo portabant, & ob thoracē ab Amasi rege Ægypti ipsis insulam. Intercepserat enim Samij priore quam craterē anno, thoracem lineum quidē, sed frequētibus animalium figuris ex auro lanaq; verlicolore, è ligno intertextum: ob id admiratione dignum, quod quum inscripta eius venationes essent exiles, tamen singulæ in se habebant tricenas ac sexagenas beltiolas, singulasque eudentes: hoc murum reddebat thoracem. Qualis alter est quem in Lindo Minervuz

<sup>1</sup> illos pana-  
tio superuaca  
neam oratio-  
nem curiosē  
ad didisse. Q.  
d. Debris illis  
coentur esse ra-  
marin jen faciū  
spedere. Vide-  
tur hū uerius  
esse hūm loci  
sensus. curamē  
forayſe vox a-  
ligna deest.  
<sup>2</sup> Ferendā ca-  
men illis opē  
eens.  
<sup>3</sup> ex xylo in-  
tertextū, quē  
admiratione  
dignum reddi-  
bāt singula e-  
ius filia, quæ  
quā exilia es-  
sent. tamen  
singula in se  
tricena ac se-  
xagenas filia. &  
quidē euidē-  
ria singula ha-  
beant. Talis  
& alter est  
quē in Lindo  
Min. idē Am.  
dedicauit. Ad  
hanc verò in  
Samum expe-  
diitionem ad-  
iuxerunt eius  
e Corinthi lu-  
beater.

heruz idem Amasis dedicavit. Comparaverunt itaq; Lace-  
 ðemonij exercitum aduersus Samum, ut Corinthios quo-  
 que solicitarent. In quos etiam Samiorum extabat iniuria  
 etate quæ præcessit hanc expeditionem, circa idem tem-  
 pus facta quo crater interuersus est. Nam quum Periander  
 Cypseli filius, Sardis ad Halyatrem castrados mitteret tre-  
 centos primorum Corcyrorum liberos, Corinthiiq; qui  
 illos ducebant, Samum appulsi essent, audita Samij causa  
 cur Sardis pueri ducerentur, primùm edocuere pueros vt  
 puluinat Diana contingent: deinde non sinentes abs-  
 trahi eisdem è puluinari, quum prohiberent Corinthij  
 præbere illis alimenta, ipsi diem solennem egerunt, quem  
 nunc quoque per id tempus celebrant. Quum enim nox prohib.  
 aduenierat, quamdiu pueri precabantur, tamdiu exercebat  
 choros virginum atque adolescentium. Tunc autem cho-  
 ros exerceentes, esculenta fecerunt ex sesamo ac melle, quæ  
 distribuenda fertentur: vt ea Corcyrorum filij rapientes,  
 alimenta haberent. idque eousque factum est dum Corinthij  
 pueris quos asseruabant omissis abierunt. Ita Samij  
 pueros Corcyram reduxerunt. Quod si defuncto Perian-  
 dro Corinthiis cum Corcyreis amicitia extitisset, non ob  
 hanc causam Corinthij aduersus Samios expeditionem  
 sumpssent: nunc ab ipsa vrbe Corcyrensi à se condita, Co-  
 rinthij semper cum Corcyreis discordes mutuo fuere. Hu-  
 ius igitur rei memoris Corinthij, exhulcerato in Samios  
 animo erant. Mitiebat autem Periander ad castrandum  
 Sardis primorum Corcyrorum delectos pueros, vlciscen-  
 di facinoris gratia quod Corcyri priores in eum admise-  
 rant. nam posteaquam uxorem suam Melissam necauit  
 Periander, accidit vt ad superiorei calamitatem hec quo-  
 que accederent: Erant ei ex Melissa liberi duo, unus deceni  
 & septem, & alter duodeuiginti natus annos. hos auus ma-  
 ternus Procles Epidauri tyraonus ad se accitos ea profe-  
 quebatur charitate qua debebat nepotes ex filia. Quos y-  
 bi remittendos statuit, priusquam dimitteret, Scitis, inquit,  
 pueri, quisnam matrem vestram intemem? Hoc dictum,  
 ei qui maior natu erat, nullus momenti habitum est: at  
 minor, cui nomen erat Lycurgus, ita doluit, vt reuer-  
 sus Corinthiun. patrem neque prius affatus sit, neque af-

templum  
 abstrahi  
 supplices e  
 templo, quæ

ad sumendas  
 in Samios ex-  
 peditione o-  
 petas contu-  
 lissent.

santem reaſſari, ac ne interroganti quidem responſum reddere voluerit. Eum Periander tandem ſancte indignatus etiāribus eiecit. Quo eieco, maiorem natu percoſtatum quenam cum eis auus eſſet colloquutus. Ille narrare ut ſe auus amantissime accepit: non tamen facere menun- nem dicti illius quod Procles in eis diuittendis dixiſſet, ge-

**1** quippe qui  
cuius coninc-  
minulit, q  
auis: id  
non aduct-  
uillet.

**2** Ad quod  
Per. animum  
aductus,

, multam

**4** inuidiam  
quam comi-  
ſetationem  
modic.  
ſcorrigebat:

**5** multam

quippe quod in mentem non admiferat. Periander dice-  
re, nulla ratione fieri poſſe quin aliquid illis ab auro fit ſug-  
geſtum: itaque percontando inflare. Tunc adoleſcens in  
memoriam redens, id quoque dictum finiſſe narravit.  
**3** Quod Periander in animum accipiens, tamen nolens a-  
liquid filio concedere indulgentius, mittit ad eos apud  
quos filius ab ipso expulſus degebat, prohibitu ne adole-  
ſcentem in domum excipient. Iſte illinc eieciſſus, in alterā  
ſed domum conferebat: led ab hac quoq; abiiciebatur, Pe-  
riandro ius qui acceperant conminante, atque ut arcerent  
imperante. Expulſus hinc in aliam ſodalium domum fe-  
contulit. Illi etiā foruſantes, tamen quod eſſet Periandi  
filius, hominem excipiebant. Ad poſtremum Periander e-  
dictum proponuit, quiſquis hunc in domum recipere, aut  
alloqueretur, eum lacram pœnam Apollini debitum,  
quantum ipſe nuncupabat. Ad hoc edictum quum nemo  
illum in domum recipere, nemo affari vellet, ne ipſe qui-  
dem putauit tem desperatam eſſe tentandam: ſed intra  
poſticus le tenens, aliudque verſabatur. Quem die quarta  
Periander illuſtie & inedia enectum cernens, maledictus eſt,  
depoſitaque ira, propius accedens, Fili, inquit, utrum eſt o-  
ptabilis, iſtudne quod faciendo pateris, an pati obtinem-  
perando, tyramideū atq; opes accipere que ego habeo?  
qui quum ius & uetus filius & beata Cotyndhi rex, prae-  
optati mendicam vitam, obliuendo atq; iratēndo iñ cui  
minimè debebas. Nā ſi quid calamitatis illinc accidit vñ-  
de ſuipicionem in me habes, id mihi accidit, eiusque ego  
part cepſeo magiſtum quediſſe id perpeccraui. Tu vero,  
edoctus quanto latius iit, inuidolum quam miserabilem  
eſſe, & ſimil quid iit in parentes & in meliores ſe itaſci, abi-  
domum. Periander quidem hiis verbis filium castiga-  
bat: ille autem uhal pati repondit, nū ipſum lacram  
pœnam dico debere, quod aripias uile pœnum veniſſet.

ibi Periander animaduertens in alio filio vehementius i  
t esse quam v<sup>r</sup>ecorrigi posset, ab oculis eum sibi amandan-  
dum putauit, nauigio in Corcyram missio. nam Corcyrae  
quoque imperitabat. Eo autem amandato, bellum socero  
Proclii intulit, tanquam pr<sup>r</sup>incipio harum rerum autori. Ex-  
pugnataque Epidaurum, Proclum cepit, quem tamē viuum  
seruauit. Interiecto deinde tempore quum tenuisset Peri-  
ander, sibiique esset conscius se non esse amplius parem  
administrandis obcundisque rebus, mittit Corcyram ac-  
ceritum Lycophronem ad tyannidem administrandam.  
Nam in maiore filio non erat in doles, hebetiorque esse  
ei videbatur. Lycophron ne responione quidem est di-  
gnatus eum qui sibi nuntium afferebat. At Periander in a-  
morem adolescentis propensus, rursus ad eum misit so-  
rorem filiam suam, sperans fore ut ille huic pr<sup>r</sup>incipiū au-  
scultaret. Hec, ubi venit, Fili, inquit, inuis tyannidem  
recidere in alios, & dominum patris cui ad alienos dispergi,  
quād tu ipse habere illuc reuerfus? Redi quælo ad pen-  
ates, deinceps ibimet officere. Læua posseilio est peruica-  
cia: noli malum medicari malo. Multi mansuetiora iu-  
stitionibus præponunt, multi materna lectantes, paterna  
perdidierunt. Lubrica res est tyrannis, cuius multi sunt a-  
matores. Patet Senex est prouectæq; ætatis: tua ipsius bo-  
na ne aliis tradas. His illa verbis ad inducendum apposi-  
tis fratrem alloquebatur, à patre edocta. Cui iste respon-  
dens, negat se itum Corinthum, quoad patrem superel-  
se audiret. Hoc quum mulier renuntiasset, tertio Perian-  
der caduceatorem misit, qui dicat se quidem in Corcy-  
ram velle concedere, sed ut hic Corinthum proficileatur  
ad tyannidis successionem. Id approbante filio, Periander  
Corcyram ipse veniebat, iuuenis Corinthum muttebatur.  
Hæc omnia edocti Corcyrae, ne ad ipsorum regionem  
Periander accederet, adolescentem intetimant. Ob hæc  
igitur Periander de Corcyrais ultionem sumebat. Lace-  
dæmonij magenti cum classe ubi peruenere, Samum ob-  
sederunt, succedentesque in uero, turrem mari immen-  
tem iuxta urbana transcederunt. Sed mox cū magna  
manu luppetias ipso ferente Polycrate, reieoti sunt. Sed  
quum à superiore turri (quæ tergo montis prominebat)

i clusmodi  
esse cuius la-  
bundi ratio  
nulla initii  
potest: vel,  
Nulla non esse  
sensibile. Magis  
ad verba, Nulla  
in exitu non  
terre.

2 interrogati-  
one: vel, cum  
potest.

3 Sinistra: vel  
inclusa  
4 nullus equi-  
tate accepta-  
nunt. i. Ego &  
bona sum-  
mo uiri praes-  
runt.

erupissent tum auxiliarij, tum ipsorum Samiorum permul-  
ti, & aliquantisper Lacedæmonios sustinuerint ipsi, retro  
fugam fecerunt, in sequentiq; ab hoste cedebantur. Quod  
si Lacedæmonij qui aderant, Archias & Lycopœ similes ex-  
stiterint, eo die capta Samus fuisset. Siquidem Archias &  
Lycopœ soli cum Samiis ad murum refugientibus irrum-  
pentes, interclusa ad redeundum via, iuxta urbem Samio-  
rum occubuerunt. Evidem ipse cum alio Archia Samijs fi-  
lio, codemq; tertio ab hoc Archia, congreslus sum apud

Pitanen (huius enim tribus erat, quæ ex omnibus hoplitibus maximè Samios honorabat) sibi dicente Samio no-  
men à patre fuisse inditum, quod eius pater Archias stre-  
nuè pugnans, Sami mortem oppetivit: se verò ideo Sa-  
miis honorem habere quod auus suus fuisset a Samiis pu-  
blicè affectus egregia sepultura. Lacedæmonij, quadraginta  
ta diebus in obliendo absumptis, quum in suscepta re ui-  
hil admodum proficerent, in Peloponnesum redierunt.  
Fertur Polycratem, (ut rumor quidam temerarius ema-  
nauit) magnum numerum monetæ patriæ è plumbo per-  
cussisse, eamque auro induxisse, ac Lacedæmoniis dedit:  
est ante ξεί- atq; ea accepta illos recessisse. Hac primâ expeditione  
πορ, referat Dores aduersus Asiam per Lacedæmonios suscepérunt. Sa-  
δημον, quum mij qui Polycrati bellum intulerant, posteaquam à Lacedæmoniis se relictum iri vident, & ipsi transmiserunt in  
referat Ap- Siphnum deficiebant enim pecunia. Vigebant autem ea  
zile. tempestate Siphniorum res, et atque hæc insularum locu-  
pletissima, ut in qua auraria & argentaria metalla essent,  
vnde tantum pecunia fiebat ut ex decima eius parte repo-  
neretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuiq; par,  
Siphniis pecuniam quæ quotannis conciebatur, distribu-  
entibus. Qui ubi thesaurū confecerunt, nunquid diu per-  
manere possent ipsi presentia bona, consulere oraculū.  
Eis ita Pythia respondit:

<sup>2</sup> Haec expli-  
canur statim  
post.

<sup>3</sup> id est, domus  
publica.

<sup>4</sup> Quid tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,  
Cana foris facies, tunc vir vafer ad sit oportet,  
Qui notet eligere agmen, l-gatum, i, rubentem.

Erant e tempore Siphniis prytaneium forumque Pario  
lapide exulta: hoc autem oraculum Siphnijs ne que tunc  
statim, neque post aduentum Samiorum intelligere po-  
tuerunt.

taerunt. Nam Samij <sup>1</sup> quum velocissimè ad Siphnum applicuit, micerunt ad urbem cum legatis vnam è nauibus. Veteri autem in lituto naues omnes erat rubrica delibata: atque hoc erat quod Siphniis Pythia prædixerat, ut obseruarent lignum agmen ac tubrum legatum. Nuncj igitur ubi peruenere, decem sibi talenta mutuari preceabantur. Negantibus Siphniis se mutuatores, Samij eorum agros populabantur. Id audiētes Siphnij, continuo occurentes, commissa pugna fugati sunt: eorumque multi ab urbe interclusi, quos postea centum talentis recuperauerunt. Ab Hermioneis quoque Samij pecuniarum loco insulam Thyream acceperunt, Peloponneso adiacentē, quam Trœzeniis commendauerunt: ipsi Cydoniam in Creta condiderunt, quum illuc non ea de causa nauigassent, sed ut Zacynthios ex insula summouerent. In hac urbe quinquennium degentes, ita rem bene gellerunt, ut templa, quæ nunc in Cydonia visuntur, isti fecerint, & Dictynnes præterea delubrum. Sexto eos anno Æginetæ nauali prælio victos cum Cretensibus diripuerunt, ac rostratas naues mutilauerunt, eaque rostra apud Mineruæ templum in Ægina affixerunt. Hæc Æginetæ Samiis fecere, infensi quod illi antea sub Amphicrate rege, bello Æginæ illustrato, magnis cladibus illos affecissent, & inuicem affecti fuissent. & hæc quidem fuit causa. Protraxi autem sermonem de Samiis ob hoc magis, quod tria sunt apud eos opera Græcanicorum omnium maxima. Vnum, moottis in centum quinquaginta passus editi, à cuius imo fossa incipiens ad contrarium os deducta est, longitudinis septem stadiorum: celistudinis autem ac latitudinis, utrinque octonum pedum. Item per eam totam altera fossa depressa est <sup>2</sup> viginti cubitorum, triplo maioris latitudinis, per quam deriuata à magno fonte aqua fistulis in urbem deducitur. Huius fossæ architectus extitit Megarenis Eupalinus Naustrophi filius. Alterum è tribus operibus est agger circa portum in mari, ad viginti passus altitudinis, duobus amplius stadiis longitudinis. Tertium opus est templum omnium quæ nos vidimus amplissimum, cuius architectus primus extitit Rhœcus, Philei filius, indigena. Horum operum gratia sermonem aliquanto magis ex-

<sup>1</sup> quum præmū Siph. ap. pliuerunt.

<sup>2</sup> viginti cubitorum altitudinis. i. praefundit, triū autē pedū latitudinis. Val la pro rei ποιω λεγίτ τειπλου.

<sup>3</sup> rebellaver-  
tunt vel in  
surrexerant.

<sup>4</sup> intendendū  
re, cum  
<sup>3</sup> rebelleret,  
vel surrexerat

<sup>4</sup> fut vlla cō-  
tēti n. voldis-  
cessatio. mā-  
gī ut parua  
cōlloca cō-  
tēti. c. cōta-  
tūt.

<sup>5</sup> Si fortē ca-  
men mortui  
terueret etūt.  
pura fūt vt  
eua Abyages  
Medus rebel-  
les: sūt te ita  
te habent vt  
euererit. si  
mōtūt nūtio  
pētūt: re-  
pōrūt quām  
dētes, nūtūt  
pōtēt vt no-  
tūt aliquid  
malum at dī-  
locib⁹ repul-  
bit.

<sup>6</sup> aq mōveni-  
ens cōmīsa.  
n. No cōtū-  
cōdīcōntes esse ra-  
beat.

tendimus. Cambyle Cyri circa Ægyptum immorante, ac desipiente, duo magi idemque fratres coniurauerunt: quorum alterum Cambyles reliquerat rei domesti-  
cæ curatorem. Illic cognita Smerdis nece, qua occultabatur, paucisque Periarum etat nota, pletilque cum viuere arbitrantibus, rebellandum sibi putauit, atque ita rem esse aggrediendam. Erat ei in regia germanus, quem dixi vna coniutasse, corporis habitu quam simillimus Smerdi Cyri filio, quem Cambyles fratrem suum intemerat: nec specie tam corporis Smerdi assimilis, sed etiam cognomens. Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset, in regium so-  
lūum perducit. Hoc acto, caduceatores cum alia in loca, tum vero in Ægyptum dimittit ad exercitum, qui edice-  
rent ut Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Camby-  
si. Hęc caduceatores alij alibi edixere. Is quoque qui ad Æ-  
gyptum delegatus erat, (inuenit autem Cambylem atque  
exercitum in Ecbatānis Syriae agentem) stans in medio,  
præcepta magi exposuit. Hęc audiens Cambyses, vera lo-  
qui caduceatorem ratus, sequè à Prexaspe esse proditum,  
quid missus ad occidendum Smerdin, rem non peregis-  
set, intuens in eum, Prexaspes, inquit, rem mihi non ex- 82  
quitas es quam iniunxeram. Ad quem ille, Ista hene, ait, «  
hancquaquam vera sunt, vt aut frater tuus aliquando re- «  
bellet in te, aut quipplani ex illo viro certaminis existat «  
magm exiguae. quippe quum ego sūm exequitus qua tu «  
mihi imperasti, quiq; hominē meis ipsius humarim ma- «  
nibus. Quod si defuncti rebellat, expecta vt etiam Abya- «  
ges Medus in te rebellet: sūt autē ita habet vt antea habe- «  
bat, nihil tibi ex illo nouum amplius germinabit. Igitur «  
mette mecum qui assequantur caduceatorem, qui percon- «  
tanto indagēt nunquid à quo Smerdi rege nobis denun- «  
tiatum venit, cum audierit. Hęc loquentem Prexaspem «  
Cambyses audiens, qui placuisse, cōfestim ad asse- «  
quendūm caduceatoris sit. Eum, ubi rediit, Prexaspes  
hīs verbis interrogat: homo, quandoquidem te aīs à «  
Smerdi Cyri filio: dūtūm, dicitō veritatem: qua- «  
dicta, alio coſolpes. triūm Smerdis ipse in conspectu  
datuſ tibi ista mandauit, an quispiam eius ministrorum? «

Tunc

Tum ille, Evidem, inquit, ego Smerdin Cyri filium, ex quo Cambyses ad iherus /Egyptum fecit expeditionem, nunquam compedi: sed magus quem Cambyses rerum suarum familiarium procuratorem constituit, is mihi ista mandauit, dicens Smerdin Cyri filium optare haec apud: in funeris: vos dici. Hoc illo quens, nihile mentitus est. Tum Cambyses, Pæxalpes, inquit, tu quidem opifex vir bonus im- perata fesi: culpam effugisti: verum quisnam fuerit è Persis qui contra me rebeilauit, occupato Smerdis nomi- ne? Ad quem Pæxalpes, Ego, inquit, hoc quod actum est mihi videor intelligere. Magi sunt qui aduersus te insurte- jerunt, Patizithes quem tu rerum familiarium curatorem reliquisti, & fratrem eius Smerdis. Ibi Cambyses, quin Smerdis audisset nomen, percussit veritas sermonis, ac somnij, per quod ei quidam visus fuerat nuntiare Smerdin est, in equum regio incidentem solo, ad cœlum usque pertingere verti- ce. Agnosceus itaque sine causa fratri interemptorem se suffic, defiebat Smerdin. Quem vbi defleuit (vt erat omni claque afflictus) in equum intulit, habens in animo quam rapissimè susa virtus exercitum ducere in magum. Insi- lenti in equum vagina gladij excidit, unde nudatus gla- dius perstrinxit eius femur, in ea scilicet parte, in qua prius ipse tanquam opportuna ad feriendum (vt sibi videba- tur) percusserat Apin Ægyptiorum deum. Vulneratus magi iniuria Cambyses, quodnam illi oppido nomen esset interrogauit. illi aiunt, Ecbatana. Sed quum fuisset iam ante Cambyses redditum ex urbe Buti oraculum, cum in Ecbatanis decessum, ipse interpretabatur se in Ecbatanis Medice (vbi res eius omnis erat) senem vita functurum: at oraculum in Ecbatanis Syriæ loquebatur. Tunc postquam incitatur, resipuit, oppidi nomen audiens, cum magi iniuria percussus, tum vulnere: verbaque oraculi expendens, Hoc in loco, inquit, fatale est Cambyses Cyri decedere. Hactenus tunc loquitus. Vicesimo dehinc die accitis Per- sarum qui aderant præstantissimis quibusque, ita inquit, sum ut id a- Quod maximè occultum volebam Persæ, id cogora- pud vos efferte. ego enim quum apud Ægyptum age- rem, inter quietem visum vidi, quod quidem minimè vi- vitum oportuit. Videbatur mihi nuntius quidam domo dissem.

adueniens, nuntiare Smerdin in regio sedentem folio, cœlum capite contingere. Ex quo veritus ne a fratre exueretur principatu, properantius quam prudētius feci. neq; enim in hominis natura situm est auertere quod euenturum est. Itaq; demens ego Prexaspem Susa ad Smerdin intermendum misi. Quo tanto scelere perpetrato securius degbam, ne quaquam coniectans fore ut Smerdi sublato, alias quispiam mortalium in me exusgeret. Vnde prorsus euentu rerum frustatus, & parvicia tristis incalsum existi, & nihilominus regno exutus sum. nam Smerdis magus erat is quem dæmon mihi per quietem demonstrauit in me arma sumpturum. Hoc opus quum ego perpetratim, iam vobis Smerdin Cyri nō superesse existimatis, sed magos vobis regnum occupasse: quorum alterum rerum domesticarum procuratore reliqueram, alterius frater est Smerdis. Quem igitur decebat principiū vicem meam vlcisci, indigna a magis passi, is immoritam morte à proximi mis suis affectus est.

<sup>1</sup> impia  
<sup>2</sup> Quā verò iste superstes non sit, hoc mihi secundo loco teliuitur imprimis necessariū, vt vobis mādita dem de iis quæ mihi vita exceperit p̄t stari volo, hæc igitur à vobis extremū peto, per regios deos obt.

<sup>3</sup> vi recuperatis proviri li: vel. Pro viri- f:u.

<sup>4</sup> omne illud factum suum detinevit.

<sup>5</sup> Alij, Carie p̄fusæ fuit. Alij etiam aliter.

Secundo loco (quod reliquum est Persæ) necessariissimum mihi demandare vobis quod è vita exiens effici mihi cupio atq; opto, per regios deos obtestans cum omnes vos, cum maximè Achæmenidas qui adestis, ne per socordiam permittatis vt imperium rursum redeat ad Medos. Sed si dolo occupatum est, illud dolo surripatis: sū vi præceptum, vi recuperetis. Hæc vobis facientibus, & cellus fructum proferat, uxoresq; & pecua patient in omne tēpus libertate fruētibus: sicut faciūtibus, contraria his quæ dixi imprecor: & præterea vniuersi Persarum cum finim qualis mihi contigit. Simul hæc loquutus Cambyses, deflexit omnem suam conditionem. Persæ vt regem lamentantem conspexere, vniuersi tum vestimentata rescindere, tum effuso ploratu vti. Post hæc ubi fēmoris os vitiatum est, femurq; celerrimè contabuit, Cambysi vita excepta est Cyri filio, quum regnasset septem omnino annos & menses quinq;, nulla vñquam prole suscepit vili fēminicāve. At Persis qui aderant magna offusa est incredulitas, rerum potiri magos, interpretantibus potius, Cambysem quæ de nece Smerdis dixisset, ea dixisse vt illi omne nomen Persicum redderetur hostile. Itaque proceri habebant Smerdin Cyri per rebellionem regnare, ut pote

pote Prexaspe usque per negante à se fuisse Smerdin interfectum. Neque enim tutum ei erat post Cambysis obitum fateti, ipius manu filium Cyri interemptum. Magus de sancto Cambysc, simulando se Smerdin esse Cyri filium, qui ipsi fuerat cognominis, securus regnauit menses septem, qui reliqui erant ad implendum octauum annum regni Cambysis: per quos menses omne genus liberalitatis in subditos munificentiaque exhibuit, adeo ut eius defuncti magnum ceperit desiderium omnes Asia incolentes, ipsis Persis exceptis. Nam missis ad singulas quibus imperabat nationes edictis magus immunitatem tributorum ac vacationem militiae in triennium tribuit: atque hoc quidem statim adeptus imperium edixit. Octauo autem mente, quisnam esset compertus eit hunc in modum: Erat Otanes quidam Pharnaspis filius, sed gene  
re atque opibus primo cuique Persarum par. Hic Otanes magum non esse Smerdin filium Cyri primus suspicatus est, sed eum qui erat, hac conjectura, quod neque ex arce progrediebatur, neque Persarum procerum quempiam ad conspectum suum vocabat. Itaque eum suspicatus es-  
se, hoc libi statuit faciendum: Quum haberet filiam no-  
mine Phædimam, quam Cambyses tenuerat, cuiusque  
tunc magus contubernio vtebatur, vt aliarum omnium  
Cambysis uxorum: misit ad eam quendam sciscitatum  
quo cum homine cubaret, cum Smerdi Cyri, an cum al-  
tero. Illa remislo nuntio, negavit se id scire, quippe quia  
nec Smerdin filium Cyri vidisset unquam, nec cum cum  
quo cubaret nosset quisnam esset. Ad hanc rursus mittit  
Otanes, inquiens, Si ipsa Smerdin Cyri non habes cogni-  
tum, saltem sciscitare ab Atossa quo cum viro tu atque il-  
la cubitatis. non enim illa suum ipius ignorat fratrem.  
Filia ad hoc respondit, Ne in Atosse quidem colloquium  
venire possum, aut ullam aliam cernere mulierum cum  
illo cubantium. Namque hic vir, quisquis est, qui impri-  
mum adeptus est regnum, nos dispersit, aliam alibi col-  
locans. Audienti haec Otani res est visa manifestior. ita  
quæ tertio nuntium ad eandem mittit in haec verba, Fi-  
lia, decerte bonis ortam natalibus, suscipere periculum  
quod te subire pater hortatur. Si enim iste Smerdis filius

<sup>1</sup> quum cum  
suspectu im-  
postore habe-  
ret, ita egit:  
Quum hab.

<sup>2</sup> an cum a-  
lio quo plam.

Cyri non est, sed is quem ego suspicor, non debet neq; tuus  
 frui contubernio, neq; quod potentiam Persarum obtu-  
 net, impune lxtari, sed poenas luere. Nunc igitur hoc agi-  
 to: quum tecum cubabit, animaduertesque soporatum,  
 palpa eius auriculas: quas si habentem conficeris, cum  
 Smerdi filio Cyri te cubare existima: sin minus, cum  
 Smerdi mago. Ad hæc Phædyma respondet, sc; si id faci-  
 at, magnum adire discrimen, quoniam probè scit, si ille  
 careat auribus, & ipsa in palpando deprehendatur, fore ut  
 ipsa ab illo trucidetur: tamen se id facturam. Et l'hædyma  
 quidem recipit se patri hoc esse perfecturam. Huic autem  
 Smerdi mago Cyrus, quuni regnaret, aures ptx: ciderat,  
 non exigua de causa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia,  
 quæcunque receperat patri exequuta est. nam ubi vices e-  
 ius fuerunt adeundi magum, ( etenim uxores Persarum  
 per vices in orbem ad illos pergunt ) adiens magum, vna  
 cubuit, eiusque, dum vehementer soporatus esset, aures  
 palpauit: quibus carere hominem non difficulter, sed faci-  
 le fane deprehendit. Vbi illuxit, celestissime patrem certio-  
 sem rei gestæ facit. Iste, sumptis Aspathine & Gobrya Per-  
 sarum primoribus, & ad fidem sibi seruandam ac commo-  
 datissimis, rem omnem exponit, qui & ipsi sua sponte  
 rem ita se habere suspicabantur. eoque verba quæ Ota-  
 nes attulerat, admirerunt: constitueruntque ut singuli si-  
 bi singulos in societatem deligerent è Persis quibus ma-  
 xime confiderent. Ascivit itaque sibi Otanes Intapher-  
 nem, Gobryas Megabyzum, Aspatines Hydatnem. hi  
 quum sex forent, Darius à Persis ( nam his pater eius Hy-  
 staspes ptxerat) Susa aduenit. qui quum aduenisset, pla-  
 cuit sex Persis hunc in societatem adsciscere. qui quum se-  
 ptim essent, congressi colloquutiique, fidem mutuò dede-  
 runt. Quumque ad Darium ordo dicendæ sententiae ve-  
 nisset, ita apud cæteros verba fecit, Evidem mihi videbar  
 ego solus nosse magum regnare, & Smerdin filium Cyri  
 mortem oppetiisse: atque ob id ipsum dedita opera huc  
 me contuli, ad necem mago comparandam. Vetus quan-  
 doquidem contigit ut vos quoq; rem sciatis & non solum  
 ego, videtur mihi confessim esse transigendum neq; dif-  
 ferendam differre enim satias non est. Ad hæc Otanes, Fi-  
 li, in-

34 si, inquit, Hydaspis, & patre egregio ortus es, & tenibilo in  
 35 feriorem esse patre tuo, indolent præfers: noli tamen ita  
 36 proferare ad rem aggrediendam inconsulto, sed confide-  
 37 rantius illam capelle, quam ita demum aggredi debemus  
 38 quum plures fuerimus. Tum Darius Viti, inquit, qui ad-  
 39 citis, si co quem Otanes dixit utemini modo, sciatis vos  
 40 deteriū perituros. aliquis enim priuati lucri ratione ha-  
 41 bita rem ad magum deferet. Et vos quidem debebatis po-  
 42 tius per volmet qui cœperatis, ista exequi: sed quoniam  
 43 statuistis ad plures referendum & me adhibedunt, aut ho-  
 44 die transfigamus, aut scitote, si nobis hodiernus elabatur  
 45 dies. non alium occupaturum ut me apud magum accu-  
 46 set, sed me ut vos accusem. Ad hæc Otanes, quim cerneret  
 47 Darium properate. Quoniam, inquit, nos matutare com-  
 48 pellis, nec finis differre, age, expone nobis ipse quoniam  
 49 pacto regiam introire possimus, & illos aggredi. excubias  
 50 paq; dispositas esse, ipse quoq; et si non vnu, certè auditu  
 51 nostri: quas qua ratione penetrabimus? Cui respondens  
 52 Darius, Multa sunt: inquit, Otanes, qua nequeunt oratio-  
 53 ne declarari, sed facto: alia, qua oratione declarari pos-  
 54 sunt, sed unde nihil clari operis existit. Vos vero nostis, ex-  
 55 cubias qua dispositæ sunt, haudquaquam difficiles esse ad  
 56 penetrandum. nam quum nos tales sumus, nemo non,  
 57 quisquis ille sit, cedet nobis, partim ob reuerentiam, par-  
 58 tim ob timorem. Adde quod habeo prætextum accom-  
 59 modatissimum cui innitamur. siquidem è Persis venisse  
 60 me dicam, ac velle quædam à patre mandata regi nuntia-  
 61 re. Vbi eniū expedit mendacium dicere, dicatur. nam  
 62 idem optamus quique mendacium dicimus quique veri-  
 63 tam: quippe quum ii qui mentiuntur, tunc mentiantur  
 64 quum persuadendo sunt qui ppiam lucri factuti: & qui ve-  
 65 ram dicunt, ideo dicant ut verum dicendo aliquod luctum  
 66 consequantur. Et alius buc, aliis illue magis propensus est.  
 67 ita non idem factitando, idem tamen obuncinus. quod si  
 68 nihil lucri faciendum esset, persequè & verax foret men-  
 69 dac, & mendax verax. Quod autem ad ianitores attinet, si-  
 70 quis eorum libenter cedet nobis, utilius ei suo tempore e-  
 71 rit: quis resittere conabitur ut erit hostis, ita tūc pro hoste  
 72 habeatur: deinde intto irrumpentes, rem trahimus. Post

i haud diffi-  
 culter posse  
 pertinatur.  
 Nam q.

i quo innitē-  
 res pertin-  
 emus. Si qui-  
 dem e P.

i consequn-  
 tur, & aliquis  
 magis ipli  
 conuertatur,  
 vel flectatur:

id est morige-  
 ri se præbeat.

q. d. ut aliquis  
 magi animum  
 ad eorum re-  
 luctatem con-  
 vertat. In iis  
 autem qua pro-  
 xima sequun-  
 tur, autem la-  
 diuum sequen-  
 ter miscetur.

hæc Gobryas, Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recu-  
 perare imperium: aut, si recuperare non poterimus, mor-  
 tem oppetere, quia, quum simus Persæ, vito Medo pate-  
 re, & quidem aures non habenti. Quum præsertim qui-  
 cunque vestrum Cambysis agrotanti adfūstis, memoria  
 teneatis quæ ille dum vita excederet, Persis imprecatus est,  
 nisi imperium recuperare tentarent: quæ nos tunc non  
 admittebanus, inuidiosè dici à Cambysè existimantes.  
 Nunc igitur calculum pono in Datij sententiam: neque  
 hunc cætum dissoluendum censeo, sed statim aduersus  
 magum adeundum. Hæc dicta à Gobrya cæteri compro-  
 barunt. Inter ea verò dum ab istis consultatur, fortè hoc  
 contigit, ut magi initio inter se consilio statuerent conciliandum sibi amicum Prexaspem, quod indigna passus à  
 Cambysè esset, occiso eius filio iætu sagittæ, & solus inor-  
 tem Smerdis Cyro geniti nosset, quem ipse suapte manu  
 interemisset: quod præterea ob id apud Persas maxima fla-  
 grabat inuidia. His de causis accitum hominem, sibi ami-  
 cum comparabant: accipientes fidem ac iussurandum, fal-  
 laciam quæ ab ipsis in Persas facta esset, intta se habiturum  
 neque cuiquam mortalium patefacturum, pollicitantes  
 innumerabilia se ei daturos. Recipiente Prexaspem factu-  
 rum se quæ magi suaserant, iterum illi dicere, in animo se  
 habere omnes Persas sub murum arcis conuocare: ideoq;  
 iubere hunc consensu turri prædicare, à Smerdi Cyri Per-  
 sis imperari & ab alio nenie. Hæc illi præcipiebant, ve-  
 luti homini summar apud Persas authoritatis, & qui sepe  
 numero asseuerasset eum esse Smerdin Cyri ac cædem à  
 se factam pernegasset. Hæc quoque Prexaspem se paratum  
 exequi dicente magi conuocatis Persis hominem in tur-  
 rim perductum iubent habere orationem. Prexaspes, ea  
 quæ ab istis oratus fuerat sponte obliuiscitur: exortusque  
 ab Achæinene, scriam familiæ Cyri recenset: & ubi tan-  
 dem deuenit ad Cyrum, commemorauit illius in Persas  
 beneficia. His expositis, promptè veritatem, causatus i-  
 deo se haec tenus occultasse quod sibi tutum non fuisset  
 proferte rem gestam, sed impræsentiarum necessitate  
 coactum proferte: dixitque se à Cambysè adactum Smer-  
 din Cyri occidisse, & magos esse qui regnent. Multis quo-  
 quever-

3 calumniosè  
 Neque hoc  
 cætu dissolu-  
 to, eundem  
 aliò censeo  
 quam reQA  
 ad magum.

3 præterea  
 apud Persas  
 in maxima  
 existimatio-  
 ne esset.  
 4 pollicitan-  
 tes te decies  
 millies ipsius  
 bona multi-  
 plicaturos.

que verbis Persas deuouit nisi rufus imperium recuperarent, ac magos vlciscerentur. Hæc loquutus, sese in caput è tutti præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaspes, vir per omne tempus vitæ spectatus, occubuit. At septem Persæ, vbi constituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos comprecatum ierunt, ignari omnino eorum quæ circa Prexalpem acta essent: sed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eo quæ à via secedentes

85 iterum colloquuti sunt. Quorum qui cum Otane optauerant rem prorsus differri, videbant negantes tunc esse adorandam: qui verò cum Dario, confessim eundum, & quod decretum esset peragendum. Eis concertantibus apparuerunt septem accipitrum paria, inseclantium duo paria vulturum, eosque vellicantium atque infestantium. Quod intuentes septem Persæ, sententiam Darij comprobarunt: & mox freti auibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt, prout Datius senserat, ita euenit. nam custodes reueriti Persatum primarios, nec aliquid huiusmodi suspicentes ex his fore, qui venirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aula interrogelli sunt, offendunt eunuchos qui erant à nuntiis: & ab his qua gratia venirent interrogantur. Simulque inter percontandum ianitoribus minitabantur quod homines ingredi permisissent: atque vñterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti se mutuò cohortati, eductis gladiis, eos a quibus arcebantur, ibidem trucidant: iidemque curru in conlaue contendunt, intra quod tunc fortè amborumagi agebant, & de iis quæ à Prexaspem erant acta consultabant. Qui quum vidissent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, procurerunt uterq; & quod fiebat animaduertentes, ad vires conuersi sunt: quorum unus occupat arcuni, alter lanceam sumit. atque inde miscetur inuicem. Verùm arcus ei qui illum sumpserat, quum hostes iuxta essent, nulli usui fuit: alter qui se lancea tuebatur, tum Alspathmis femur percussit, tum oculum Intaphernes: oculoq; ex vulnere Intaphernes, non tamen & vita priuatus est. Hos igitur alter magorum vulnerauit: alter verò quando arcus ei nulli usui erat, in thalamum quietat conlaui contiguus, sc proripuit, foras eccliusurus,

<sup>i</sup> rem iterum  
in disquisiti-  
onem voca-  
uerunt. Ex  
quibus Ota-  
nes omniao  
autot erat vt  
differret, ne-  
que, tebus Ha-  
gratibus, in-  
ceptum ca-  
pellerent: ( ut  
legatur, odi-  
orū, at Da-  
tius confit.

<sup>a</sup> vites suas  
aduersus il-  
los expetiti  
ceperunt. vel,  
Pro viribus il-  
lii obfflere cœ-  
perunt.

<sup>b</sup> manus cor-  
setebant.

**¶ Quare au-**  
re pedem cō-  
ferreret cum m-  
rei. **Quum au-**  
**ssem manū con-**  
**ficeret. vel.**  
**Quum ad eam**  
**ejus Gobrias**  
**magum:**

**L**ege certè.  
**N**e pōdīac no-  
**strūm vñus**  
**recum solus**  
**porrator. vel.**  
**V**ictorū impo-  
**riam vñi no-**  
**strūm pōdīac**  
**dīscratur. au-**  
**tor non fuc-**  
**tim q d. Non**  
**ris o pōdīa de**  
**boc cognadum**  
**vēnēperim vñi**  
**dīscratur. Ne-**  
**que enīa dīcū,**  
**Pōdīac dī- se-**  
**ratur. quāsi iā**  
**antea dīcūtū**  
**dīscrutū.** **Sic mīcī**  
**līgēndām pā-  
lo pōdīt pā-  
tū. hīcīas pē-  
rāgīo.**

**3 Nam quo**  
**prōgressū sit**  
**Cambysē in-**  
**solentia vidi-**  
**stis, & magi**  
**insolentiam**  
**expetuius.**

**4 Quomo-**  
**do autem mo-**  
**narchia sit res**  
**bene ordina-**  
**ta, in qua li-**  
**cet pro lib.**

**&c. vel. Q**uoniam autem in monarchia restante composta est p̄ficit &

**¶ H**ec autem res habens, omnes rituum hanc

**Sed illuc duo de septem cum eo irrumpunt, Darius & Go-**  
**bryas: quum autem Gobrias esset implicitus cum ma-**  
**go, Datius adhuc stans atque hærens, considerabat ne Go-**  
**bryam feriret in tenebris. Eum ceinens Gobrias otiolum**  
**stantem, interrogauit cur nō vteretur manu. Responden-**  
**ti Dario, Dispicio ne te feriam, Tu verò, inquit, vel per v-**  
**trumque exige gladium. Cui Darius obtemperans, pu-**  
**gionis ictu vibrato magum calū percussit. Interfectis ina-**  
**gis capita demunt, eaque gestantes quinque eorum, duo-**  
**bus reliquis qui fauci erant illic relictis, tu n̄ quid inuali-**  
**di essent, tum arcis tuendæ causa, foras procurrunt cum**  
**vociferatione ac tumultu: cæterosque Persas compellan-**  
**do, tēm ḡstam exponebant, capita oltentantes: & simul**  
**quicunque magorum ipsis occurrebat mactabant. Per-**  
**se, cognito quod actum ab his erat, ac dolo magorum, &**  
**ipsi facienda libi eadem censuerunt: eductisque gladiis, ve-**  
**quamque repetebant magum, interficiebant: & nōli no-**  
**ctis interuenta colubiti fūscent, neminem magorum re-**  
**liquissent. Hunc diem Persæ maximè solennem publicè**  
**obseruant, & in eo ingens celebrant festum, vocantes id**  
**magos, id est magum cedim. quo die nulli mago-**  
**rum fas est prodire in lucem, sed cuncti levia domum**  
**continent. Vbi refedit tumultus, diesque quinque excef-**  
**sere, ij qui magos iuulerant, de omnī tetrum itatu con-**  
**sultabant. Quorum orationes etiā apud nonnullos Græ-**  
**corum sīde carent, tamen huiusmodi faciunt: Otanes**  
**hortabatur ut tēm Persicam in med. um constituerent,**  
**ita inquietus, Virum ē nobis principem fieri amplius mi-**  
**hi non videtur: neque eūn id aut iucundum est, aut bo-**  
**num. Nam & quā licentia Cambyses processerit, nōtis, &**  
**& quō magus. Quid igitur nobis opus est monachia, quam satullinus? in qualicet pro libidine agere omnia**  
**impunē: quæ vitum, etiam si optimus omnium fuerit, ta-**  
**men, quin in ea positus est, extra consuetos abiecerit**  
**fentis? Quippe quām præter inuidiam ab initio ingeni-**  
**tam bonum, ingenererit ex præsentibus bonis inlojen-**  
**tia. Itaque hæc duo mala habens, nimirum omnia in**  
**maliciam**

• malitiam habet, tum per insolentiam, quod expletus o- <sup>1. vt concre-</sup>  
 • mibus rebus est, tum per inuidiam multa facinora admitt- <sup>rio modo se</sup>  
 • tens. At enim vir tyranus, vt qui omnia bona obtineat, <sup>in populares</sup>  
 • debebat sine labore esse: verum ita natura comparatum est  
 • ' ut sit aduersarius popularibus suis. si quidem corū opti- <sup>suo genet.</sup>  
 • mis quibusq; qui supererites sunt acq; vivunt, inundet, <sup>vel. consuetu-</sup>  
 • terrinis delectatur: & quod indecentissimum est, crimi- <sup>mori, ergo</sup>  
 • nationes admittere optimum putat. Nam siue admireris  
 • cum modestè offenditur quod non effusè hoc facias: siue  
 • effusè facias, offenditur, quasi sibi assenteris. Et vt exequar <sup>in rebus.</sup> <sup>2. de terti-</sup>  
 • dicendo quæ maxima sunt, iura patiæ labefactat, foreni- <sup>mis delecta-</sup>  
 • nis vim affert, indemnatos interimit. At quin domina- <sup>tur: crit. na-</sup>  
 • tur multitudo, primùm quidem nomen obtinet omnium <sup>tionibus et-</sup>  
 • pulcherrimum, isonoma, id est pars & similitatem: de- <sup>iam, vel ca-</sup>  
 • inde vero nihil eorum agit quæ monarchus: hoc est uni- <sup>lumnus, locu-</sup>  
 • ciprinceps nam magistratus tum sorte deliguntur, tum <sup>ptas. Et</sup>  
 • administratorum rationem reddunt: omnia deniq; confi-  
 • lia in commune referuntur. Itaq; (vt meam dicam senten-<sup>3. quod est</sup>  
 • tit) censio nobis monarchia dejectoribus statum mul-  
 • titudinis esse optandum. in multitudine enim omnia in- <sup>quiddam in-</sup>  
 • sunt. Otanes quidem hanc sententiam dixit. Megabyzus <sup>nime omnia</sup>  
 • autem ad oligarchiam, id est ad statum paucorum, rem <sup>secù consen-</sup>  
 • traducens, ad eam socios hortabatur, his verbis, Quæ Ota- <sup>tius) si qui-</sup>  
 • nes dixit de obolenda tyranide, ea sint pro dictis à me <sup>dé eum me-</sup>  
 • quoq; : sed quatenus hortabatur summam rerum defecit <sup>dicti (vel ma-</sup>  
 • ad multitudinem, in hoc ab optimis erravit sententia. Ete- <sup>disca) adminis-</sup>  
 • dum populari multitudine nihil est neq; insipientias, neq; <sup>tratione prote-</sup>  
 • insolentias. Itaq; eos qui tyroni sauitiam fugiunt, ad in- <sup>quaris, infi-</sup>  
 • temperantis plebis recidere leuitam, nequaquam tole- <sup>fus est quod</sup>  
 • randū est. Nam tyranus, siquid facit, intelligens facit: at <sup>non impense</sup>  
 • plebi suum est nihil intelligere. quo n. pacto feciat, qui neq; <sup>colatur: si</sup>  
 • edoctus est, neq; honesta nouit, ne domesticum quidem? <sup>impense quis</sup>  
 • & qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti <sup>cum colatur,</sup>  
 • <sup>3. Nobis igit-</sup>  
 • <sup>tur centeo. miliam scientibus tyranidem, evicendam ( vel, promovendam et-</sup>  
 • <sup>te multitudine in multitudine. &c. i. m. ssim scientibus de tyranide de liberacione.</sup>  
 • 4 qui tyroni insolentiam fugiunt, in plebis estiam insolentiam incide-  
 • te, neque. { At plebi nullainteligens in eti modo cum totel-  
 • gat, (vel unde enim intelligentia est adiit) qui nec edocitus est nec novit hec nullum  
 • quicquam, ne in sua quicquam facias; & qui ad res ag. &c. Sed ei qui que-  
 • res adiutorij.

fluminis similis? Quare si qui male consultum Persis cupiunt, iij statu populari vntantur: nos vero certu virorum optimorum delecto, ad eos imperium deseramus. num inter eos & ipsi erimus, & ex optimis viris credibile est optima existere consilia.

Hanc Megabyzus sententiam dixit. Tertio loco suam Darius, inquietus, Quia Megabyzus dixit, quatenus ad statum popularem pertinent, recte nihili videtur dixisse: quatenus autem ad statum paucorum, non recte propositis enim tribus statibus, & his omnibus optimis, ut optimè imperet populus, optimè pauci, optimè viros, inter haec multo antecellere vnius imperium sentio. imperio enim vnius virtutis optimus sit, nihil melius esse constat. Quod qui sentit, non immerito statum popularem missum faciat. ut taceam sic principi consilia in aduersarios trahi solete. At in statu paucorum, quum plures virtutis incubant in publicum, vehementiora prouationes odia excitari consueverunt. quuni enim quisque princeps esse optet, & in dicenda sententia vincere, ad ingentia inter se odia euadunt. Ex quibus seditiones existunt, è seditionibus caedes, è caedibus ad vnius imperium deuenitur. vnde intelligi datur quanto sit hoc illo praestantius. Iam vero, plebe imperante, fieri non potest quin malitia exortatur: exorta malitia in republica inter malos, non odia sicut sed amicitiae validæ. qui enim aduersus rem publicam facinorosi sunt matuore se occultant: idque tam diu sit dum aliquis populo praepositus tales homines compescat, is videlicet quem populus inter ceteros admiretur. Illic quum admirationis est tunc vere monarchus ostenditur, declinans in hoc monarchiam esse rem omnium praestantissimam. At que ut in summa omnia colligam, unde nobis libertas extitit, & a quo data: à populone, an ab oligarchia, an a monarcho: Ego ergo tunc sentio, quum sitis per vnius virum liberati, vos debere talern rem complecti, ne quoque leges patrias disoluatis bene conditas: quod nequam non satius est. Haec tres dicta fuerunt sententiae, quarum via maxima quatuor reliqui assenserunt. Oranes, qui iuris et quilibetatem facere Persis studiebat, ubi ipsius sententia recta est apud alios, ita in medium loquutus est, Viri seditionis quo niam conitac necesse esse viam aliquem è novis iugis diebus, illuc

<sup>1</sup> Nam qui  
hoc animo  
præditus sit,  
sine villa re-  
prehensione  
inuidit, ut  
gubernare  
vltate &c.  
<sup>2</sup> Segnientu pro-  
xime loci scri-  
ptra, mendic-  
tia, &c. est. vi-  
deatur tamen  
ita reddi posse:  
Atq; haec po-  
tissimum ra-  
tiones vel, hoc  
potissimum  
mondo) con-  
silia taceti a-  
pud aduersa-  
rios queant.

<sup>3</sup> Monar-  
chus euadit:  
3 sentio, quū  
per vnum nō  
poterant  
liberari. huc vnu  
imperium hu-  
bris esse tueri-  
dum. ac præ-  
terea, leges  
patrias nō es-  
se solitarias.  
quæ recte  
sunt, vel bona.  
non enim cō-  
sulū nobis haec  
faciat. Haec tres

<sup>4</sup> Conspira-  
tiois (vel, fa-  
ciliis) socij.

si siue per sortem, siue permissu Persarum per multitudinis  
 electionem siue qua alia ratione, equidem ego <sup>1</sup> vobis non  
 refragor: quippe qui neque praesesse volo, neque subesse. Et <sup>i vobis curd</sup>  
 hac lege cedo vobis ius meū imperij, ut nulli vestrum aut <sup>non conuen-</sup>  
 ipse ego, aut ullus viquam meorum subsit. Otane hæc <sup>damus. At re-</sup>  
 loquuto, cæteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic <sup>petitorē non ha-</sup>  
 aliis non refragatus, è medio abiit aliò sessum.<sup>2</sup> Cæteris <sup>bebimus. Sic ē-</sup>  
 autem septem de rege iustissimè deligendo consultanti-<sup>magis; ro.</sup>  
 bus, vitam eit, si ad aliquem ex ipsorum numero regnū per-  
 ueniret, Otanē donaci debere peculiariter eiusq; deinceps  
 posteroscum omni alio magnificetiz genere apud Persas  
 honoriscentissimo, tum Medica quotannis veste. Quæ  
 ideo decreuerunt ei donanda quod primus rem agitaue-  
 rat, & ipsos in cœtum coegerat. Et hæc quidem peculiariter  
 Otani decreuerunt: illa verò in commune, ut regiam in-  
 troite uniuersique è septem sine intencionio liceret, nisi for-  
 tè cum uxore cubaret rex: nōne regi fas esset aliunde quam  
 è familia coniuratorum uxorem ducere. De regno autem  
 hunc in modum: ut sub ortum solis consensis equis, duni  
 in suburbanis vectarentur, cuius equus vocem primus  
 edidisset, is regnum Cambysis obtineret. Erat autem Da-  
 rio quidam equo, vir solers, nomine OEBares: ad quem  
 Darius, postquam è cœtu digressi sunt, ita inquit, OEBares  
 de regni negocio sic inter nos conuenit: sub ipsum statim  
 solis ortum equis consensis, ut cuius equus vocem primus  
 ediderit, is regno potiatur. quare siquid solertiæ habes nūc  
 comminiscere, ut nos obtineamus hoc decus, & nemo a-  
 lius. Ad eum respondens OEBares, Here, inquit, si in hoc  
 versaris ut rex sis vel non, <sup>3</sup> huius rei cautè confidete te iu-  
 beo, & bonum habere animum, ante te fore regem nem-  
 nem. eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur, inquit Da-  
 rius habes istiusmodi commentum, adest tempus cōmi-  
 nisciendi, nec differendi rem, utpote crastino die nobis  
 futuro certamine, Hæc ut audiuit OEBares, ita facit. Vbi  
 vox aduenit, vnam equarū quam equus Darij maximè ad-  
 amabat, in suburbanā adducit, ibiq; alligat: tum equum  
 Darij eadē ducit: eumq; circumagens, identidem equæ  
 admouet, ac tandem admittit. Postero die, simulatque  
 illuxit, sex Persæ ex conuento adfuerunt equis insidentes.

& quum in suburbanis ultra citroque vescarentur, ubi ad locum peruenetunt ubi superiorē nocte equa fuerat alligata, ibi Darij equus accūtens hinnitum edidit: & hinnitu edito, protinus fulgur sereno celo tonitruque extitit. Hac quum Dario tanquam ex compolito accidissent, eum compotem: otifecerunt. non cæteri ex equis desilentes, Darium adorauerunt. Sunt qui hoc dicant Oebarem fuisse machinam, sunt qui aliud. utrumq; enī modo referunt a Persis. Volunt natiq; Oebarem atrox tatis manus huius equę genitalibus ipsam manum terra subligatum tenuisse abditam: & tub ipsum flatum foliis erū, quum equi digresuri essem, eam natibus equi Darii admouisse, equumque ad oīoris sensum infremuisse atque hinnisse. Darius itaque Hystaspis filius, declaratus est rex, etiā omnes A siāt audientes dicto fuerunt, præter Arabes, qui

*Quum Cam* à Cyro & rursus a Cambysē subacti, nunquam tamen in byli adiūtū <sup>in</sup> seruitutem redacti sunt, sed hostiles extiterunt. Hi Cambysē aduersus Aegyptum piaſto fuerant, quibus inuitis haudquaquam sufficent ingressi Persæ Aegyptum, Darius matrimonia ex Persis auspiciatus est, ductis duabus Cyri filiabus, Atossa, quæ Cambysē fratri & rursus mago nuplerat, & Artystona virgine. Pixteca alteram Smetdis filij Cyri filiam, nomine Parmyn, necnon filiam Otanis duxit, quæ magum prodidit. Idem viribus omniex parte

stabilitis ante omnia simulachrum è lapide factum statuit hominis equo insidentis, inscriptis in hac verba literis,  
 DARIVS HYSTASPIS FILIVS, TVM EQVI VIRTUTE, (cuius nomen legebatur) TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNV M ADEPV S EST. His agrad Persas actis, viginti prouincias (quas ipsi satrapias vocant) constituit: earumque singulis praefides præfecit: taxato quod penderetur tributo per nationes, aliis finitos transcribens, aliis transferens, aliis remotores gētes attribuens. distributo prouinciis hanc in modum tributo quod exigebatur cum hoc edito, ut qui argentum, iij Babylonici talenti pondere: qui aurum, iij Euboico pondere afferrent. Valer autem Babylonicum talentum septuaginta et sexaginta taminas Euboicas. Etenim tub Cyro atque deinde tub Cambysē obulsum fuerat circa tributa institutum, sed munera

muneris afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institorem: Cambysem autem, dominum: Cyrum vero, patrem, quoniam Darius res omnes questui habebat: Cambyses, asper erat ac morosus: Cyrus, mitis, & omni ratione de illis bene mereri studens. Ab Isonibus igitur & Magnetibus qui in Asia incolunt, & Æolibus & Caribus & Lyciis & Melyenisbus & Pamphyliis (vnum enim erat idemque impositum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima portio instituta. A Myris & Lydis & Alysoniis & Cabaliis & Hygennensisibus quingena talenta: Secunda portio hæc erat. Ab Hellespontiis, qui ad dexteram illuc nauigantiū siti sunt, & Phrygiis & Thracibus qui Asiam incolunt, & à Paphlagoniis & Mariandenis & Syris, trecenta & sexagenā talenta: Hæc erat tertia portio. A Cilicibus, qui albi triceni sexageni, in dies singulos singuli, necnon talenta argenti quingen- ta: quorum centena & quadringena erogabantur in eam Ciliciæ regionem quæ equos producebat: trecenta autem & sexagenā Dario obueniebant. Hæc quarta portio. Ab urbe Posideio, quam coloniam Ampliolochus Ampliarai filius deduxit<sup>1</sup> in finibus Cilicum ac Syrorum, ab hac ad Ægyptum usque, præter Arabum partem, (hæc enim erat immunitis) trecenta & quinquagena erat tributum. Quinta portio hæc.<sup>2</sup> cui annumeratur omnis Phœnicia & Syria quæ dicitur Palæstina, & Cyprus. Ab Ægypto & Libybus Ægypto conterminis, & Cyrena & Barca (in por- tione namque Ægypti istæ ordinantur) septingenta pro- ueniebant talenta, præter pecuniam è pilario prouentu lacus Merios. Excepta hac pecunia & certo frumenti nu- mero, septingenta talenta obueniebant. Nam centum vi- ginti millibus Persarū, qui in Albo muro Memphitico sta- tionē habent: & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumentū. Sexta portio hæc. Sattagyde & Gandarij & Dadice & Appirite, in idem constituti, centena & septuagena talenta pendebant: Septima portio hæc. A Sūsi & cetera Cissiorū regione, trecenta: Octaua hæc portio A Babylonie vero cęte raq; Assyria millesimata argenti proueniebāt, & præterea pueri caltrati quingeni: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis &

<sup>1</sup> in trion-  
bus Vallæ legi-  
is, regioris pro-  
prietatis.

<sup>2</sup> Et aurei  
in hac porti-  
one omnis  
Phœnicia. Næ  
Vallæ in pra-  
ced. regioris por-  
tionem veritas.

ab reliqua regione Medica & Parycaniis & Orthocory-  
bantibus, quadringena & quinquagena talenta: Decima 88  
portio hæc. Caspij & Pauficæ & Pantimathi & Daritæ  
simul conferentes, ducentalenta afferebant. Undecima  
hæc portio. A Bætrianis ad Æglos usq; , trecentorum &  
sexagenorum talentorum erat tributum: Portio duode-  
cima hæc. A Paftyica & Armeniis, eorumq; coeterimi-  
nis, Euxino tenus ponto, talenta quadringenta: Tertiade-  
cima hæc. A Sagartiis & Satangatis & Thamanaxis & Vtiis  
& Mccis, & his qui rubri mari insulas incolunt, vbi rex eos  
qui telegati vocantur collocat: ab his omnibus sexcentorum  
talentorum proueniebat tributum: Quattuordecima portio  
hæc. Sacæ & Caspij ducenta & quinquaginta talenta affere-  
bant: Quintuadecima portio hæc. Parthi Chorasmijque &  
Sogdi & Arij, trecenta taleta: Sextadecima portio hæc. Pa-  
ticanij & qui ex Asia sunt Æthiopes, quadraginta talenta:  
Decimaseptima portio hæc. Mactienis & Salpiribus & A-  
es tanto argé latodiis ducenta iniuncta talenta erant: Duodeuicesima  
portio hæc. Moschis & Tibarenis & Macronibus & Mosy-  
næcis & Mardis trecenta talenta præcepta erant: Vadeui-  
cesima hæc portio. Indi, vt sunt multitudine multo nume-  
rissimi inter omnes quos nouimus mortales, ita tributum  
super exteros omnes afferebant tricena sexagena talenta  
aureorum ramentorum: Vicefima portio hæc. Quod si Ba-  
bylonica pecunia ad pondus Euboicū redigatur, sunt no-  
ties milles quingenaque & quadraginta talenta argen-  
ti. Aurum vero litterdeies tantorum ramentorum taxetur, in  
summa reperiatur ad rationem Euboicam esse sex millia  
talentorum, sexcentaque & octoginta. Quibus in unū coo-  
tractis ad Euboicum computum, exigebatur in summam  
annui tributi a Dario, talentorum quatuordecim millia  
quingenta & sexaginta. Minorēm his summam omitten-  
dam inibi, non referendam puto. Hoc tributum Dario ex  
Asia obueniebat, & aliquantulum ex Libya. cæterum pro-  
peperimus. Idem alio verbo hunc locum reddit circa initium eiusdem libri. Aurum  
vero ramentum si litterdeies excedat ad argenteum, in unū reperiatur  
ad rationem Euboicam telle quatuor milles talentorum, sexcentaque & octoginta.  
Quibus in unū contractis, hi summa tributum que quorundam colligebantur, qua-  
terdecies milles quingena & sexaginta talenta Euboica.

cedente tempore & ab insulis obuenit aliud tributum, & ab iis qui Europam Thessalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc in modum thesaurizat, hic reponit, Liquefactum autem argentumque in sictiles fidelias infundit: expletas mox fidelias subinde frangit: ex eoque auro argento, quoties pecunia indiget, tantum & secundum quantum usus postulat. Atque haec quidem prouinciae etant a tributorum taxationes. Sola autem Persis ideo inter tributarias à me prætermilla est, quod eam minimè se immunes Persæ colunt. Isti autem ad ferendum villum tributum non adgebantur, sed munera portabant: Æthiopes Ägypto contermini, quos Cambyses in expeditione contra macrobios Æthiopes sumpta subegit, qui que factam Nisam incolunt, & Dionysio dies festos agunt. Isti Æthiopes corumque finitimi, eodem quo Indi Calandæ semi-ueuntur, subterraneasque habent domos. horum verique tertio quoque anno munera portabant, portantque ad meam usque memoriam, binos semodios auri ruditis, & ducentos fasces ebeni, & quinos Æthiopes pueros, & vicenos grandes elephitorum dentes. Colchi quoque inter dona ferentes depositi erant, eorumque finitimi ad montem usque Caucasum. Ad hunc enim montem imperitatur à Persis. nam qui ad aquilonem Caucasii habitant, eorum iam nulli Persas curant. Isti igitur dona sibi imperata, etiam ad meam usque ætatem, quinto quoque anno afferebant centenos pueros, totidemque virginem. Afferebant & Arabes millena quotannis talenta thuris. Hæc isti dona, præter tributum, regi portabant. Sed Indi id aurum tam multum, unde ramenta quæ dixi, regi afferrunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod ad solem vergit, fabulosum est. nam Indi, duntaxat eorum quos scimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi sunt hominum qui in Asia ad auroram & solis ortum habitant. Indorum autem tractus qui auroram spectat, propter arenam vastus est. Eorum autem complures sunt gentes, atque ex lingua inter se dissonæ: & eorum alij sunt dediti rei pecuarie, alij non: item alij in palustribus fluminis habitant, crudis vicitantes piscibus, quos aggressi ex arundineis nauigijs exceptant. Singula autem

nauigia è singulis arundinis internodiis sunt. Isti ex hominibus ferunt vestem è tegete: quum ubi è flumine messuerint incidenturq; plectentes in modum strobæ, tanquam thoracem sibi induunt. His finitimi auroram versus sunt Indi pecuarij, caribus crudis vescentes, nomine Padxi, qui talibus uti moribus narrantur: Quoties ciuium aliquis aliquâve ægrotat, virum quidem sui maximè familiares interimunt: quod dicant illum morbo tabescere, carnes ipfis corrupturum: & licet se neget ille ægrotare, nihilominus isti non ignoscentes necant eum, epulanturque. Mulieri verò, suæ maximè necessariæ, idem quod viri vitro faciunt. Qui autem ad senium peruenit, eo itidem mactato pascuntur. Ideoque cum hac de causa, cum quia omnes qui in morbum incidunt, necantur, non multi sanè eorum ad senectutem perueniunt. Est aliorum Indorum hæc diuersa consuetudo, ut nullam animantem interimant, vtq; nihil ferant, nec domos parandas existimat. atq; herba vicitent. Estq; eis semen quoddam milij instar, sua sponte nascens è terra, suo in calice: quod cum ipso calice lectum coquunt, eduntque. Eorum quisquis in morbum incidit, is in locum desertum pergit, ibique decumbit, eius vel decumbentis vel defuncti curam gerente nomine. Horum omnium quos recensui Indorum coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis ac proximus Äthiopico, genitura quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum cæterorum hominum, sed atra, ut color corporis: qualem Äthiopes quoque emittunt. Hi Indi longius à Persis absunt, & vento Austro obnoxij: eoq; Vario neutiquam obtemperabant. Cæteri Indi Calpatyrovbi & Pastryicæ regioni contermini sunt, ad ventum Aquilonem habitétes: Et ex aliis Indis iij qui proximi mani Bactrianis vitam degunt, pugoacissimi sunt, & qui ad aurum præcipue mittunt. Circa hanc enim planam vasta sunt propter arenam loca. in ea solitudine areolas formicæ gigantur, canum quidem magnitudine minores, vulpium verò maiores. Earum nonnullæ & apud eos & apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerunt arenam, ut apud Græcos formicæ, atque eodem modo,

<sup>1 & versu-</sup>  
Austri ven-  
tum.

<sup>3</sup> Alij ex In-  
dis Calpatyro  
vrb.

<sup>4 ad aurum</sup>  
<sup>colligendis pre-</sup>  
<sup>cipue mittu-</sup>  
<sup>tur. In aliis o-</sup>  
<sup>dit. interpret.</sup>  
<sup>Valla legitur,</sup>  
<sup>que ad An-</sup>  
<sup>drum mittuntur,</sup>  
<sup>procurat am-</sup>  
<sup>plum mittuntur,</sup>  
<sup>vel proficien-</sup>  
<sup>tur.</sup>

89.  
Äthiopes quoque emittunt. Hi Indi longius à Persis absunt, & vento Austro obnoxij: eoq; Vario neutiquam obtemperabant. Cæteri Indi Calpatyrovbi & Pastryicæ regioni contermini sunt, ad ventum Aquilonem habitétes: Et ex aliis Indis iij qui proximi mani Bactrianis vitam degunt, pugoacissimi sunt, & qui ad aurum præcipue mittunt. Circa hanc enim planam vasta sunt propter arenam loca. in ea solitudine areolas formicæ gigantur, canum quidem magnitudine minores, vulpium verò maiores. Earum nonnullæ & apud eos & apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerunt arenam, ut apud Græcos formicæ, atque eodem modo, ipsa

Ipsa specie corporis simillima. Ea autem quæ egreditur arena, aut accedit: pro qua in desertum mittentes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares a lateribus, quos siæ dare strahunt, feminam in medio, in quam ipsi alcedunt: data opera ut à recentissimis fœtibus abstractas iungant: Etenim apud eos camelum nihilo sunt minori perniciute quam equi, cum viro ad ferenda onera multo valentiores. Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, utpote scientibus, non puto scribendum: sed quod de eo animali nescitur. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum legandum tendunt, ut quoniam feruentissimus fuerit æstus, sint in rapina, siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultastenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutinis, non quemadmodum aliis meridie, consue efferuens dum tempus est a foro descendendi: per quod spatium multo magis utrum quoniam meridianus in Græcia, adeo ut dicantur illi tum in aqua se abluere. Meridies vero ferè Indos ut per æquæ atque alios homines: declinante meridie, talis est illic sol qualis alibi matutinus: ac deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occulum peruenit: quo tempore præcipue friget. Vbi ad locum Indi pertinere, culeis quos attulere, arena completis, rapillisime retrò se recipiunt. Quos protinus formicæ (ut à Persis fertur) olfactu perceptos inseguuntur tanta perniciitate quia tamen alio est nullo: ita ut nisi viam ad quoniam formicæ congregantur, adiungent Indi, nemo sit ipsorum inde euasurus. Ideoque camelos mares, quod impares feminis sunt in currento, ne trahantur, dissoluunt: sed non utrunque pariter. Fœmina vero, pulli quem reliquit memor, nihil subrenuntit. Hac ratione Indi maiorem auri partem nanciscuntur. ut Persæ memorant. nam quod effuditur in eadem regione aurum, rarius est. Et sane pulcherrimas quodammodo res extrema orbis habitudi pars sortita est, quemadmodum Græcia (quod præstantissimum iudicatur) pulcherrimas regiones. Nam, ut paulo ante dixi, ultimaplagarū quæ ad orientem vergentes habitantur, Indica rantes:

<sup>1</sup> Ad quam collegandi quæ in desertum mittuntur Indi. &c.

<sup>2</sup> sic intea mutu ratio ne ut quæ fec uen. &c. vel, Hoc prudenter præviso ut quæc.

<sup>3</sup> quamprimum: vel, præmo quæ, tem pore

<sup>4</sup> interim dum formicæ congregan cur.

<sup>5</sup> dissoluunt, si una uero trahatur utriq; Adeo, Strigilis assequi parvus, ad non posse. Ita quidam hunc locum interpretantur, qui & aliam interpretationem admittere videntur.

<sup>6</sup> Græcia longe tempora tissimas nocta elbant tempestates. Gall. Lessoni de

est: in qua & animantes tam quadrupedes quam volucres, multo sunt grandiores quam ceteris in locis, praeterquam equi: ( nam ab equis Medicis vincuntur qui Nisi vocantur ) & infinita vis auri, partim effossi, partim per flumina deuecti, partim ut indicavi surrepti. præterea agrestes arbores pro fructu lanâ ferentes, ouillæ tum pulchritudine tum bonitate præcellentem, qua in vestiarium Indi vtuntur. Ad meridiem vltima è regionibus quæ habitantur, Arabia est: in qua sola omnium nascuntur thus, myrrha casia, cinnamonum, & ledanum. cunctæ hæc facilia ad nanciscendum, præter myrrham. Nam thus Arabes styrace suffientes legunt, ea quam Phœnices ad Græcos exportant. hac suffitum thus capiunt. Etenim thuriferas arbores obseruant colubri subalati, exiguo corpore, discolori specie, permagno numero circa singulas arbores, iidem vide licet qui aduersus Ægyptum factò exercitu tendunt. Nec ullo alio ab arboribus quam styracis fumo subimouentur, vniuersam terram oppleturi, vt Arabes aiunt, nisi ( vt iidem narrabant ) simile quiddam istis contingenter, ci quod nouimus contingere viperis, idq; ( ' vt credere debemus ) solerti diuinitatis prudentia. nam quæ & timido animo sunt & esculenta, ea omnia fœtuosa fecit, ne assiduo esu deperten: contra, quæ sœua & maligna sunt, ea voluit parum esse fœtuosa. Vnde sic vt lepus, quem omnia venantur, fera, ales, homo, tam ferax sit: solaque ex omnibus bestiis, quū grauida est, etiam impleatur, & alium fœtum in utero gestet pilis vestitum, alium nudū, alium tantum non formatum: alium concipiatur. Et lepus quidem talis est. Arleæna validissimum ferocissimumque animal, semel in vita vnum parit. nam vnicum fœtu uterum emitut. Cuius rei causa est hæc: quod catulus leoninus, ubi moueri in utero incipit, quum habeat vngues longè acutissimos ex omnibus feris, uterum lacerat, augescensque magis ac magis, vngues imprimendo exhalcerat: ita ut ad postremum, quum partus instar, nihil uteri relinquatur incolume. Sic quoq; si viperæ & alati Arabiae serpentes gignerentur ut ipsorum natura fert, non esset hominibus viuendi facultas: hunc autem, quum libidine agitantur, & per paria coeunt, feminæ collum matris in contienda genitura comprehendit,

versico-  
fieri

a rationi  
conveniencie  
est.

superficiet,

fr. 6.

hēdit, <sup>1</sup> sorbensque non prius dimittit quām deuoraue- : & atq[ue] am-  
 rit. & imas quidem hoc modo perit. Fēmina verò talcm plexa: vel. Et  
 luit in articulo pēnam: quōd sili dum adhuc intra vterum arle: confric-  
 lumi, patrem vicitentes matricem ambedunt: eiusq[ue] alio gen: vel. Et ar-  
 angula ita partum faciunt. Cæteri serpentes qui non sunt  
 hominibus perniciosi, oua pariunt & magnam vim fœtu-  
 tam excludunt. Postò viperæ per vniuersum orbem terra-  
 rem videntur: alati verò serpentes nusquam alibi nisi in A-  
 rabia, aut certè non adeo frequentes. Hunc in modum A-  
 rabes r̄hus comparat: Casiam autē sic: Postquam sibi cum  
 cæterum corpus, tum faciem præter oculos obligauerunt  
 coris aliisque pellibus, ad casiam pergunt. Ea nascitur in  
 palude non alta, circa quam & in qua degunt feræ alatæ,  
 vespertilionibus simillimæ, stridore diro & vitibus præua-  
 lentibus: quas ab oculis arcentes Arabes, sic casiam me-  
 runt. Cinnamomum etiam quām superiora mirabilius le-  
 gunt. Nam aut quomodo aut qua in terra gignatur, illud  
 neque unt dicere: nisi quōd probabilitate vñatur, quōd  
 quidam volunt id gigni in iis regionibus vbi Dionysus e-  
 ducatus est: & ipsas cinnamomi festucas afferrit à grandi-  
 bus quibusdam alitibus ad nidos è luto cōstructos in præ-  
 ruptis montium & homini inaccessis. Contra quas hoc A-  
 rabes excogitauerunt: boum <sup>1</sup> asinorumque defectorum  
 & aliorum iumentorum membra minutatim concisa, in  
 caloca portant: & vbi iuxta nidos posuere, procul absce-  
 dent. Ad hæc frusta delapsæ volucres, ad nidos suos carnē  
 comportant: cui sustinendæ impares nidi ad terram dif-  
 cili labuntur: tunc Arabes ad eos colligendos accedunt.  
 Haec ratione cinnamomum ab illis legitur, & illinc in alias  
 regiones dimittitur. At ledanum (quod Arabes ladanum  
 vocant) etiā cinnamomo mirabilius comparatur: quippe  
 quod in graueolentissimo loco nascens, tamen fragran-  
 tissimè olet. In barbis hitcorum inuenitur innatum, vel-  
 uti mucor ligni, cum ad conficienda multifaria vnguen-  
 ta vtile, tum præcipue ad suffitionem qua Arabes vtuntur.  
 Haec tenus de thymiamatis dictum sit. Redolent Arabi-  
 ca regio mirificè iucundo quodam odore. suntque in ea  
 ouium duo genera admiratione digna, quæ nusquam  
 alibi videntur, quorum vnum caudas habet tam longas

1 asinorumq[ue]:  
 mortuoru[m] &  
 al. iumento-  
 rum membra  
 in qua maxi-  
 ma frusta cō-  
 cisa, in caloca  
 port.

**¶** Quia si per ut nō sint tribus breuiores cubitis: si quis trahi sinat, huius  
mittatur tra cera contracturæ dum per terram atteruntur: nunc vnuſ-  
here, id est de minere ad ter ram, vel demes. quisque pastorum haec tenus est doctus atte fabrili, ut plo-  
stellæ faciant quæ singulari ouiam caudis subliget, super-  
fus efficiare ter que plostella caudas ipsas alligent. Alterum genus ad cu-  
ra, huius cera cō bitalem latitudinem caudas gerit. Huic, qua parte meri-  
tæ structa sine diu illæ ad ter ram atteren-  
sunt: verum v-  
ausq.

cera contracturæ dum per terram atteruntur: nunc vnuſ-  
here, id est de minere ad ter ram, vel demes. quisque pastorum haec tenus est doctus atte fabrili, ut plo-  
stellæ faciant quæ singulari ouiam caudis subliget, super-  
fus efficiare ter que plostella caudas ipsas alligent. Alterum genus ad cu-  
ra, huius cera cō bitalem latitudinem caudas gerit. Huic, qua parte meri-  
tæ structa sine diu illæ ad ter ram atteren-  
sunt: verum v-  
ausq.

**¶** Hæc quidem extrema sunt Asia Libyæque. De extremitatibus autem Europæ quod pro comperto referam non  
habeo neque enim assenior fluum quendam esse, Eri-  
danum à barbaris vocatum, qui subit mare ad Septentrionem spectans, vnde eleætrum venire narratur. Ne Cassi  
teridas quidem noui insulas, hoc est stannaries, vnde ad nos  
venit cassiteros, id est stanum, nam vel ipsum coarguit no-  
men Eridanus, quod Græcum est, non barbarum ab ali-  
quo poetarum fictum. Sed et si hoc studiosè quæsiui, à ne-  
mine qui ipse viderit accipere potui, quomodo se habeat  
mare ad illam Europæ partem. Ab extrema itaque ad nos  
venit stannum eleætrumque. Cæterum ad septentrionem  
Europæ quam plurimam auri vim esse constat: sed quo-  
modo fiat, ne hoc quidem pro comperto dicere queo, Di-  
cuntur tam id a gryphibus auferre Arimaspi, viri vnocu-  
ti, quod nec ipsum crediderim, vt viri nascantur vnoculi,  
cæceram naturam habentes aliis hominibus parem. Por-  
tò extrema terrarum concludunt aliam regionem, intus-  
que cohibent ea quæ nobis pulcherrima putantur, illisq;  
raxislma. Est in Asia planities quædam vndique cincta

**¶** Chorasmio cum montes incoliti, Chorasmio-  
rum inquam & hyrc.

monte quinq; in locis interciso quæ aliquando fuit Chor-  
asmiorum cum ipsorum finibus & Hyrcanorum, & Par- 9  
thorumi & Sarangæorum & Thomaniorum: sed & postea-  
quam Persæ rerum potiti sunt, facta est regis. Ex hoc cit-  
cum id monte ingens amnis profluit, nomine Aces, qui  
quondam per singulas vndique intercisiones ductus ac  
distributus totidein quas dixi gentium regiones irriga-  
bat: ubi vero in potestatem regis Peris venerunt, hoc ab  
ille

illo sunt passæ, quod anfractibus motum ab rege obstruit. Etis, & ad eorum singulos portis inditis, aqua ab exitu interclusa est: interfluenteque introsum amne, planities quæ intra montes erat, pelagus facta, quum fluat in interiora amnis nulla ex parte exitum habens: atque ita ipsæ gentes pristino aquæ usu fraudatæ afficiuntur permagno detrimento. Nam hyberno tempore deus illis, quemadmodum aliis hominibus, pluit: sed æstate quum serunt' pīsum & sesarmum, aquam desiderant. Igitur quum nihil eis aquæ tribueretur, ad Persas reverunt viri atque mulieres: stantesq; pro fortibus regis, cum ciulatu vociferabantur. Tunc rex iis qui maximè indigebant portas referari iussit. utiq; eas quæ ad illos ferrent: easdem, quum illorum terra humore hausto satiata esset, rursus obserari: ita deinceps alias, ut quique cæterorum populorum maximè aqua indigerent. id faciens (quantum ego auditu cognoui) pecunia exigendæ gratia præter tributum. Atq; hæc quidem ita se habent. Cæterum rex unum è septem viris qui aduersus magum conspirauerunt, Intaphernem, cepit ac capite damnauit ob hanc noxam: Intaphernes, statim post oppressos magos regiam ingressus, volebat admitti ad colloquium regis. etenim hac lege copuentum erat inter magi oppressores, ut eis ad regem foret aditus sine intermissione, nisi cubantem cum uxore. Itaque non oportere sibi interuenire nuntium censemus Intaphernes, quia foret unus è septem, introire utique volebat. sed quum ianitor & qui à responsis erat introire non sinerent, quod regem diccerent rei uxoriæ dare operam, eos mentiri ratus, educto acinace, aures utriq; naresq; præcidit, ac lora fræni equini ad ceruices ipsorum alligavit, hominesque dimisit. Qui quum se se regi exhibuerint & cur id pauci fuerant exposuerint, Darius sigillatum quenq; Persarum accersiuit, verius ne id communi sex Persarum consilio factum esset, explorauitq; nunquid id quod actum foret comprobarent. Vbi comperit sine horum consensu Intaphernem hæc fecisse, hominem comprehendit eiusque liberos atque omnem familiam: multis de causis credens illum cum suis propinquis rebellionem fuisse moliturum: hos comprehensos ad necem vinciri iussit. Tunc vxor Intaphernes ad

*id est. In ad-  
la regu. sic &  
in sequen. loct.*

regias fores accedens, plorabat atq; lamentabatur. id assidue faciendo ad sui misericordiam Darium quum adduxisset, missò ad eam nuncio rex inquit, Mulier, offert ubi Darius vnius electionem, ex vinclis domesticis tuis quem velis liberari. Illa postquam secum delibetavit, ita respondit, Si vnius ~~omino~~ animam rex mihi gratificatur, eligo ex omnibus fratrem. Hæc audiens rex, miratus huius orationem, missò nuncio, inquit, Percontatur te rex quæ de causa, viro filiisq; prætermisso, fratrem delegisti ut superesset, qui & remoto ore abs te est gradu quam filij, & minus iucundus quam maritus. Cui illa respondens, Rex, inquit, maritus mihi alius, si dæmon voluerit, atq; alij liberi, si hos amiserem, esse possunt: alius frater, patribus meis iam vita defunctis, nulla ratione potest esse. Hæc sequuta causam, ita loquuta est. visaque est Dario probè dixisse. itaque ea re delectatus rex, & cum quem mulier optauerat misum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici iussis. Ita unus è septē Persis statim initio occubuit. Enim vero illud ferè circa Cambysis agurbationem contigit: Erat Sardibus præses quidam à Cyro præfectus, nomine Orætes, Persa, cui nefariæ rei cupido incessit: si quidem Polycratem Samium, à quo nullo nec facto nec dicto quantulunque laesus esset, quemq; ne vidisset quidem unquam, tamen concipiuit capere ad interimendum, ob hanc (vt plerique aiunt) causam: Quum aliquando proforibus regis cōsiderent Orætes & alter quidam Persa nomine Mitrobates, præfetus gentis quæ est in Dascyllo, è verbis ad iurgia peruençerunt. Et quum de virtute disceptaretur, Mitrobates obiiciens Oræti inquit, Tunc in pretio vitorum cœstus es, qui insulam Samum tuæ prouinciæ adiacenterem, regi non acquiris, ita facilem captu ut quidam è populatibus quindecim armatis fretus occuparit. eiusque tyrannide potiatur? Hoc iurgium audiēti Oræti adeo doluisse quidam aiunt, vt affectauerit non de obiurgante vindictam, sed cum qui hæc Polycratem proflus occidere, propter quæ male audisset. Alij (sed pauciores) inquiunt caduceatorem in Samum ab Oræte misum cuiusdam rei rogandæ causa: (cuius autem, non dicitur) Polycratem autem tunc fortè in conclavem cœbantem fuisse, assistente ei Anaccone Teio, siue id consulto

a Hæc ratio-  
ne in ista ele-  
ctione sequu-  
ta sum.

a Irane eu vir  
centibus es  
qui ius.

g vt non tam aiunt,  
cum qui hæc  
dixillerit vici-  
ter affectau-  
erit quam pu-  
lyci.

consultò, quòd res Orcetis contemptui haberet, siue forte aliqua huiusmodi factum ad quem quum accedens Orcetis caduceator, eius mandata exponeret, Polycratem neque se ad hominem conuertisse (erat enim ad parietem versus) neque quicquam respondisse. Hæ bifariæ cause mortis Polycratis fuisse memoratur, quarum utrilibet accommodate fidem quis potest. Itaq; Orcetes in urbe Magnesia degens, quæ est ad Maeandrum flumen sita, misit Myrsin quendam Lydum, Gygis filium, cum nuntio in Samum ad Polycratem, cuius animū nouerat. Etenim Polycrates primus extitit Græcorum, duxit at eorum quos nowimus (secundū Minoem, & si quis aliis isto prior maris imperio potitus est) qui in animū induxit ut mari potiretur. Primus inquam, extitit ex eo genere quod humanum vocatur, qui multam conciperet spem Ioniae atque insulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Orcetes factus, misit nuntium in hæc verba, O R O E TES POLYCRATI ITA INQUIT, Audio te res excellentes agitare animo, sed proposito rem pecuniariam non suppeterem. Quod si ita feceris ut suadeo, prospexeris & tibi & saluti meæ. Nam rex Cambyses (ut mihi pro comperto renuntiatur) de me interficiendo cogitat. nunc igitur me ipsum recipito, atq; pecunias, earum partem tibi habiturus, partem mihi permisurus: & ipsarum pecuniarum beneficio omni Græciæ imperaturus. De quibus si mihi fidē non habes, mittito quempiam tibi fidissimum, cui ego fidem faciam. Quo audito Polycrates gauisus est, atq; obsequi volebat. maiorem enim in modum pecuniam auebat. Nittit itaque prius ad rem inspiciendam quendam è popularibus suis Maeandrum Maeandri filium, scribam suum: qui non longo post hoc tempore ornatum conclusus Polycratis spectatu dignum templo Iunonis omnem discavit. Hunc Orcetes quum cognouisset speculatorum esse circumspectum, ita sibi agendum putauit: Octo scrinia lapidibus implet, prater ad inodum parvam partem circa ipsas otas, ac superficiem lapidum auto inducit: eaq; scridia alligata in expedito habet. Quæ adueniens Maeandrus quum iuxpexisset, Polycrati renuntiavit. Enimvero nullus iuste confiteret, magnopere debortabatur tum oracula

*id est, Primus inter homines.  
Hoc addit. ♀  
Minoe habentur Ioniae filii.*

*z cui ego ostendam, vel  
representabo.*

*Mæandrum  
Mæandi fil.*

*+ At Orcetes quum exploratotē aduentate audisset, ita egit. Ad verbum Expediri aud. jet.*

*§ At ille, tum oraculis tum amicis multū dehortantib⁹ illuc profect⁹ est. quoniam etiam ~~new~~ filia omnium hoc vidisset. Certe sibi videbatur, &c.*

& amici, tum præcipue somnium hoc, quod eius filia videbat. Videbatur sibi cetero patrem in aere sublimem esse, qui a loue quidem lauaretur, à sole autem inungeretur.

**t omniib. mo-**  
**dit / vel. omniis**  
**arte) dissua-**  
**debat**  
**z ad nauem**  
**quinq[ue]ginta**  
**ta tremorum.**  
**Sunt qui veritatis**  
**ad nauem adser-**  
**tant.**

Hanc visionem conspicata, instabat omnino dissuadere patri ne à patria proficiseretur ad Orceten: quinetiam ad biremem eunti male ominabatur. Cui quum ille minaretur, si sospes rediret, fore ut hæc perdi maneret virgo: ipsa ut ita continget, sibi imprecata est. malle enim le diutius virginem esse quam patre orbari. Polycrates omnino consilium pro nihilo habens, ad Orceten navigauit, cum alios secum ducens, tum verò Democed Calliphontis filium Crotoniensem medicum, qui eam artem apud suos præclarissimè omnium exercebat. Vbi Magnetiam peruenit Polycrates, tetra morte est affectus, indignaque sua persona & suis cogitationibus. nam neq; corum qui Syraculis tyranni extiterunt, neq; aliorum Græciæ tyranorum ullus est magnificencia cum Polycrate comparandus. Eum Orætes (quod indignum relatu est) crucifixit: ex illis verò qui illum coimitati fuerant, Samios quidè dimisit, iubens eos gratiâ sibi habere quod liberi essent: peregrinos autem atq; seruos iure captiuitatis tibi vendicans, retinuit. Polycrates ergo suspensus omnem filiæ visionem exoluit. nam ab loue quidem, quum plueret, lauabatur: à sole autem, exudante è membris abdomine, vngebatur.

**t quid ipse hu-**  
**moriē ē cor-**  
**pote emine-**  
**rce.**

Hunc exitū habuerunt tam prosperæ res Polycratis, quem vaticinatus ei fuerat Amasis rex Ægypti. Verum non multo post tempore Polycratis ultio Orceten excipit: quippe post Cambysis obitum occupato à magis regno, Orætes quin esset Sardibus, nihil de Persis qui à Medis imperio fraudati erant, bene meritus est: sed in ea perturbatione Mitrobatem Dascylij præfectum (qui illi de Polycrate exprobauerat) interemit, & eius filium Cranapecm, spectatos in Persis viros: & cum alia quoque omnifaria flagitia commisit, cum quendam è nuntius qui ad ipsum à Dario venierat, quod parum incunda nuntiasset, trucidandum curauit, summisis quibusdam qui redicunt aggrederetur, quique trucidatum cum ipso e proo occultarent. Darius, ubi principatu potitus est, Orceten vicerit cum ob alia sceleris, tum præcipue ob Mitrolaten filiu.

**6. legit cō-**  
**taū r̄n r̄n m-**  
**eḡx̄.**

**7. qui ei illa**  
**ad Polycratē**  
**pettinentia**  
**exprobauer-**  
**ta,**

Suumque, cupiebat: sed aduersus eum 'è professo mitte- i aperte: Gr. q.  
re copias confilij non erat, ' utique rebus bondiū satis ~~enim~~ <sup>q. d.</sup> dñi.  
fundatis, & imperio recens paro: quum præscitum audi- <sup>q. d.</sup> redi a vix  
ret Orcætem multa vi nixum, quum in ille Persarum facel- <sup>q. d.</sup> reporte teo  
litibus stipatus esset. nam suæ prouinciae habebat Phry- <sup>adhuc turbu-</sup>  
giam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius aduersus hæc hanc <sup>lentia. v. / Reg-</sup>  
rationem iniuit: accitis Persarum summis quibusque pro- <sup>bus mundis com-</sup>  
ceribus, his laquutus est verbis, Persæ, quis hoc vestrum <sup>fojtu ad ver-</sup>  
mihi repromittat, & exequuturus & prudenter duntaxat, <sup>bū. Rebus ad-</sup>  
nulla vi, nullisque copiis? Vbi enim opus prudentia est, ibi <sup>huc summi tra-</sup>  
vi agere nihil attinet. Ergo ' quis vestrum mihi Orcætem <sup>q. d. Quid non-</sup>  
vel adducat viuū, vel interhiciat, qui de Persis nihil omnino <sup>dum rumor re-</sup>  
meruit, sed cum alia multa scelera admilit, tum hæc duo: <sup>rum resedij et</sup>  
vnum, quod duos è nobis Mitrobate in eiusque filium in- <sup>id est, turbulus</sup>  
teremur: alterum, quod à me missos ad se accersendum, <sup>tra statu.</sup>  
' necandos curat, facinus profectò non tolerandum. ideo-  
que priusquam maiora in Persas scelera admittat, ' com- <sup>3 aliqui ve-</sup>  
prehendendus est ad necē. Hæc Datius interrogabat Per- <sup>strum Potest</sup>  
tas. Eorum triginta extiterunt qui repromitterent, sin- <sup>& interrogati-</sup>  
gulivolentes ipsi id exequi. Quos inuicem contendentes <sup>us legi.</sup>  
Darius reprehendens, sortiti iustit. id quum fecissent, fors <sup>4 necat, iasor</sup>  
Bagæum Artontis silium ex omnibus contigit. Hic sor- <sup>seniā u. cole-</sup>  
te delectus, hac ratione vsus est: Complutes literas variis <sup>tabilem exhibe-</sup>  
de rebus vbi scripsit sigilloque Darij impressis, cum his <sup>beus.</sup>  
profectus est Sardis. eas, posteaquam in conspectum O-  
rcætis venit, dedit separatim recitandas regio scribæ. (re-  
gios autem scribas cuncti præsides habent.) Reddebat au-  
tem separatin Bagæus literas, explorandi gratia animos <sup>5 morte no-</sup>  
satellitum, nunquid annuerent ad rebellandum ab Orcete. <sup>bis est occu-</sup>  
Quos animaduertens magnopere venetari literas, & ea <sup>pandus.</sup>  
quaer illis dicerentur, etiam vehementius, reddidit aliam <sup>q. d.</sup>  
epistolam in hæc verba, Persæ, Darius rex interdicit vobis <sup>q. d.</sup>  
ne apud Orcætem fungamini satellitum officio. Hoc illi au-  
ditio lanceas deposuerunt. Tunc si gæsus cernens illos ob-  
temperantes epistole, sumpta si uita reddidit scribæ vlti-  
mum libellum in hæc verba scriptum, Rex Darius mandat <sup>q. d.</sup>  
Persis qui in Sardibus sunt ut Orcætem intenciant. Id vbi <sup>q. d.</sup>  
audiere doryphori, & citharæstæ, & lutes eductis ac macibus <sup>q. d.</sup>  
sine moia Orcætem intenciant. Ita vindicta Polycraus

Samij Orætem persecuta est. Traductis atque compotatis Susa bonis Orætis, contigit non diu post ut in venatu ferarum Darius rex, dum ab equo desiliuit, pedem intorserit vehementerque luxauctit. nam talus è iuncturis amotus est. Se itaque existimans, ut etiam prius, habere ex Aegyptiis eos qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera vtebatur. At isti retorquendo pedem ac violenter tractando, plus mali faciebant: adeo quidem ut septem dies totidemque noctes Darius præ molestia qua afflicebatur transegerit insomnes. Octavo die eidem in nialè habenti quidam Democedis Crotoneensis mentionem facit, cuius de artificio prius iam inde in Sardibus audisset. Darius hominem quam celerimè accesi ad te iubet. Ille, ut inter captiuos Orætis fuit inuentus, ubi pro neglecto habebatur, in medium adduclus est, sicut erat pannulus ac compedes trahens. In medio positiū Darius interrogavit pumquid eam nosset arte. Deinocedes, veritus ne, si te prodiceret, usquequaq; Gracia priuaretur, dissimulare: led quā videretur notitiam artis præ le ferre, Darius iulit eos qui hominem adduxerant, verbata & tormenta afferentia medium.

\* alij in Grecis legunt immatrigiæ iugum: id est, fomenta efficacia & vehementia admodum. vi verit. Paul. Leo- pard. Emenda. lib. 1. c. 1. 4. 5. Ita autem Democedes ita Crotone. Sæcum venierat. Cù Polycrate patre versat\*, quum aspera eius iracundiæ ferre non possit, illo reliquo ab. &c.

Tunc illæ dissimulatione missa, se planè scite arte in illam negavit, sed aliquantulum, ob eam consuetudinem quam cuin medico habuisset. Façaq; ei potestate curandi, Græcis medicamentis vtens, \* & lenia post acria adiuvantes, Darium compotem somni fecit, & brevi tempore incolumentem reddidit, quum iam se post hac validum fore ad indeundum desperasset. Ob quam curationem postea quum eum Darius duobus autearum cōpedum paribus donasset, interrogauit Democedes nūquid ideo se duplaci malo remunerandum putaret, quod ab eo solpes ipse foret effetus. Hoc dicto Darius delectatus, ad tuas uxores hominem misit. Eunuchi qui eum deduxerunt ad fœminas, dicebant hunc esse qui restituisset animam regi. tunc earum singulæ auream phialæ thecam suffringentes, Democedem donauerunt tam amplio munere, ut famulus neinum Sciton qui sequebatur, excidentes ex percussione palatrum stateres colligens, non parvam aurum manu coegerit. Hic Democedes hunc in modum è Crotone profectus, cum Polycrate consuetudinem habuit: quum à patre Iauè

sanci iracundo Crotone cohiceretur, neceum tolerare posset, illo relictio abiit in Aeginam: ubi commoratus vnum annum, primos medicos transcendit, et si imperatus erat, & nihil instrumentorum habens quae ad artem medicinæ pertinarent. Ex quo factum est ut in sequenti anno Aeginetæ conduxerint cum talento, Athenienses tertio anno tentum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus.

ita Samum profectus est. A quo viro non minimum medici Crotonienses primi numerabantur, secundi, Cyreni. Qua etiam tempestate Argui cæteris Græcis præstare mutica ferebantur. Tunc itaque Democedes Dario sanato Sufis, maximas ædes obtinebat, & cum rege ad mensam sedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc unam quod in Græciam redire nō poterat. Quinetiam Ægyptios medicos regem curare solitos, quum essent patibulis suffi-

gendi quod à Græco medico superati forent, impetrata ab rege venia liberauit: item vaticinum quandam Eleum,

qui Polycratem sequutus fuerat, & inter captiuos præniglecto relictus. Denique maximi apud regem momenti Democedes erat. Interiecto deinde brevi tempore, inter alia contigit ut Atossa Cyri filiae (qua erat Darij uxoris) in mamilla vlcus extirpetur, deinde rescissum porro graftatur. quod ista, quoad fuit exiguum, præ pudore occultans, nemini indicauit: sed ubi male iam se habebat, accersito Democedi rem ostendit. Ille se redditum sanam affirmans, adiutat eam ut sibi vicissim ipsa infieriat in eo quod orauerit. oraturum autem nihil unde dedecus redundaret. A quo posteaquam curata est, educta, Darium, dum cum co cubat, his verbis alloquuta est, Rex, quum tantum tu habeas copiarum, desides, nullam neque gentem neque potentiam Persis acquirens. at qui pareat virum & iuuenem & magnarum opum dominum, aliquid operis edendo se ostendere, quo etiam Persi cognoscant sibi virum præesse. Quod ut facias, duabus de causis interest, ut Persi & eum qui ipsis præest, virum esse intelligent, & bello attirantur: ne otium agentes tibi insidias tendant. Nūc ergo aliquod opus edas quoad in aetate iuueniles. nā augelcentie corpore ingenium pariter augescit, & consenserente consenserit, & ad res omnes elanguescit. Hęc Atossa

<sup>1</sup> Crotoniæ-  
ses inclaue-  
runt. hinc e-  
nim tempus  
fuit quū pri-  
mi quidem  
medici Græ-  
ciz Croto-  
niæ esse di-  
cerentur. sec-  
undi vero,  
Cyreni.

<sup>2</sup> In maximis  
pretio à regē  
Democedes  
habebatur:

ad ostendenda ex admonitu Democedis ad quā Darius respondēs. Quā,  
 singula Grecia & ad inquit, vxor, ipse facere destinauerā, ea omnia dixisti. ego  
 & ad cōnstitueram Scythis bellum inferre, iuncto mari cō-  
 nītra continentē in alteram ponte: & h.ec breui tempore  
 perficiuntur. Adeūt Atolla. An in adūcte, inquit, nunc:  
 omittit primum Scythis bellum inferre, qui, quando cum  
 que voles, tu etunc aduersus Gr̄ciām tu mihi eas in expe-  
 ctiōnē. concupisco enim Lacēnas & Argias & Atti-  
 cas & Corinthias, fando cognitas, mihi fieri ancillas. Et ad  
 hoc visum habes ex omnibus maxime alienum ad de-  
 monstrandas Gr̄ciāē res atque exponendas, hunc qui pe-  
 dem tuum finauit. Cui Darius. Quandoquidem inquit,  
 vxor, tibi videtur nos primum Gr̄ciām tentare debere,  
 mihi videtur satius ante omnia mittere illuc exploratores  
 Persas, unicum isto quem dicis, qui percepta omnia illic  
 & visa renuntient: & mox ego ab illis eductus, aduersus  
 Gr̄cos tendam. Hęc loquutus Darius, & quod est loqui  
 ipso nauigat, re quoque aggressus est. nanque ubi primum illuxit,  
 accitis quindecim viris Persarum spectatis, praecepit ut se-  
 quentes Democedem omnia Gr̄ciāē maritima loca col-  
 veritus ne Da lustrarent, nēve committerent ut Democedes ab illis au-  
 riū eius anti- fugeret, sed rursum eum omnino reducerent. Hęc illis ubi  
 mū tentaret, praecepit, secundo loco Democedem ipsum ad se accersi-  
 tum orat ut exposita atq; demonstrata Persis omni Gr̄ci-  
 a, rursum redeat: iubetque eum dono ferre patri ac fratri-  
 bus omnia sua terrena, affirmans se alia multo plura illi  
 iūicem donaturum. ac prater dona missum ait, quā  
 vna iter faciat operatiōnē nāūm, omnīfariis bonis refer-  
 tam. Quā Darius nullo doloso cōñīho (ut mea fert op-  
 tio) mandabat: ille tamen veritus ne se Darius tentaret,  
 tanquam fugit. ut si cuncta sibi oblatā caperet: respon-  
 dit se quidēm tua illic velle relinquere, vt ea reuersus sibi  
 haberet: verum nāūm onerariam quam Darius promit-  
 teret, dono fratribus accipere. Darius postquam hęc De-  
 mocedi praecepit, homines ad mare dimisit. Iti, quum in  
 Phoenicem defecundarent. & ex Ihernicē in urbe Sidonēm,  
 confūsū d. astrīremes in luxerunt, & simul ingentem  
 cāterātēm ex adversus levatis impleuerunt. Comparatis  
 omnibus, hi Gr̄ciām trāiciunt. & adeūtes maritum  
 eius

tias loca intuebantur atque describabant. Tum pleraque & alios ex ea  
 ac celeberrima Græcæ loca contemplati, in Italiam Ta- ni posse im-  
 rentem transiuerunt. Ibi Aristophilides Tarentinorum  
 rex,<sup>1</sup> & ipse Crotoniensis, gubernacula Medicorum nau- dpaupr.  
 um resoluit, pariter & ipsos Persas detinuit, tanquam cer- i Nō sequitur  
 tos exploratores. Interea dum isti patientur hęc Democe- tellionem edit.  
 des Crotonem abit ad dominum suum. Quo abeunte Ari- nigr. quæ tamē  
 stophilides Persas missos fecit, restitutis iis quæ de naib. & ipsi suspecta  
 abstulisset. Illinc Persæ navigantes, ac Democedem perse- est.  
 quentes, Crotonem perueniunt: nactiq; in foto Democe- 2 Interim ve-  
 dem prehendunt. Eum Crotoniem quidam, res Persi- rō dū ille do-  
 cas reformidantes, tradere parati erant: quidam iniectis è mū reuer-  
 diuerso manibus, fustibus cædebant Persas,<sup>2</sup> qui his ver- bani: vel. Hęc  
 bis cōmonefaciebant, Viri Crotonenses considerare quid ibi alegarant  
 faciatis, qui hominem regis fugitivum eripitis. An ex vñl vei proponerent?  
 erit vobis hanc iniuriam regi Dario intulisse, ac vobis be- 3 qui hęc vet  
 ne cedet ita fecisse,<sup>3</sup> si uos dimicatis? Cuienim prius ba obtendē-  
 quam huic vibi bellum inferemus? aut quam priorem di- bani: vel. Hęc  
 ripere conabimur? Hęc dicendo nihil magis Crotonieniū ibi alegarant  
 bus persuaderunt. quinimo non modò Democede, sed et vei proponerent?  
 iam oneraria nauī quam vna duxerant, priuati sunt: atque 4 si nobis  
 in Afiam reuerst, omisso iam studio dilecti vleriora Græ- hunc cūpue-  
 tix, quod duce essent fraudati. Quibus tamen in digrellum  
 Democedes mandauit vt Dario dicerent, Democedem  
 ducere uxorem Milonis filiam. erat enim apud regem ce-  
 lebre nomē Milonis luctatoris. Quas nuptias videtur ob-  
 hice o tēpore properasse magna erogata pecunia vt iplumi  
 etiam in patria sua spectacum esse Dario appareret. Profec-  
 ti Crotone Perie, ad Iapygiam in qualdam nauis incide-  
 runt: a quibus in seruitutem redactos Gillus quidam Ta-  
 rentinus exul redemit, & ad regē Darium reportauit. Ob  
 quod meritum quum rex paratus esset donare ei quicquid  
 vellet, optauit se in patriam reduci, exposita prius sua cala-  
 mitate, dicens, ne omnem Græciam conturbaret, si classis  
 ingens ipsius causa in Italiam mittetur, contentum se el-  
 se vt per tolos Cnidios reduceretur: existinans, pro amici-  
 tia que Cnidiis et ac cum Tarentinis, se præcipue reductū  
 iri. Id Darius pollicitus effecit. nam missio Cnidum nuntio  
 iussit ut Gillum Tarentum reducerent. Cnidijs Dario obie-

quentes, id tamen a Tarentinis non impetraverrunt: nam ad vim inferendam invalidi erant. Atq; hæc hunc in modum administrata sunt huic Persæ primit exire qui in Graeciam traiecerunt explorandi gratia. & ob hanc rem. Simum verò post hæc rex Darius, omnium urbium tam Graecarum quam barbararum primam euerit, ob hanc causam: Dum Cambyses in expeditione aduersus Aegyptum ageret, permuli se illuc Graecorum conferebant, partim (ut credibile est) negotiandi, partim militandi, partim ipsius regionis oculis subiendi gratia. E quibus fuit Syloson. Eacis filius, Polycratis germanus, extorris patris. huic Sylosonti felicitas huiusmodi contigit: Sumpto hic annulo rutilo ac sibi circundato, apud forum Mempheos spatiabatur. quem quum vidisset Darius Cambysis latelles, nullius admodum conditionis vir, captus amore amiculi, ait hominem ut mercetur annulum. Syloson, animaduertens Darium magnopere amiculum cupere, diuina quadam fortuna usus, Ego, inquit, annulum hoc nulla pecunia vendo, sed ubi largior, si modo tuum perpetuo debet esse. Hæc approbans Darius, accepit indumentum. Syloson, qui putat sibi illud stultè perisse, interiecto tempore, quum Cambyses decellasset, & septem illi magum oppresissent, & ex septem Darius regnum adeptus esset, ubi certior factus est ad eum virum peruenisse regnum cui ipse roganti dedisset in Aegypto illud amiculum, Susa ascendit, ledensque in vestibulo regiae, ait secum esse qui de rege sit bene meritus. hæc audiens janitor, regi nuntiavit: ad quem admirabundus rex, Et quis est, inquit, Graecorum qui in me beneficus extiterit, cui ego reverentiam debeam, recens regno potitas? Nec dum multi aut nulli eorum ad nos ascenderunt: nec villo Graecorum quicquam (ut sic dicam) opus habeo. tamen hominem introducite, ut sciam quid hæc dicendo velit sibi. Vbi a ianitore introductus est Syloson, ac stetit in medio, interrogatur ab interpretibus quinam esset, aut quo facto beneficus in regem extiterit. Ipse rem omnem gestam circa amiculum refert, scilicet que illum esse qui id donasset. Ad hæc respondens l'atius, O, inquit, virorum generosissime, tunc ille es qui in hi nullam dum potentiam habenti do-  
nasti

nastica, quamuis parua, tamē perinde grata ac si nunc ali-  
quid magnum accipere? Quia de te immenso te auto ar-  
gentoque remunerabor, ut nunquam pœnitentia libera-  
lem in Datiū Hystaspis filium extitile. Cui Syloton, Mi-  
hi, inquit, sex neque autum neque argentum dederis, sed  
pattiam meam Samum, vbi eam liberaueris, quam nunc  
post necem fratris mei Polycratis ab Oronte interfecti,  
occupat seruus noster: hanc miliū donato citra cādem at-  
que direptionem. His Darius auditis, misit exercitum  
duce Otane vno è septem viris, iusso ut quæ Syloton roga-  
set, ea effecta redderet. Otanes ad mare descendens,  
contrahebat exercitum. At Sami imperium obtinebat  
Mæandrius Mæandrij filius, acceptum à Polycrate, ut il-  
lud procuraret. Cui, iustissimo viro cum volenti esse, non  
licuit. nā vbi de Polycratis interitu allatus est nuntius, an-  
te omnia loui liberatori statuit aram, eiōque fanum in cir-  
citu designauit, quod nunc quoque in suburbanis ex-  
stat. Deinde vbi hoc perfecit, aduocata omnium ciuium  
concone, ita verba fecit, Mibi sceptrum atque omnis po-  
tentia Polycratis (ut vos etiam noſtis) demandata fuit: in  
meo quoque arbitrio sicutum est vobis dominari: sed quod  
in vicino reprehendo, id ipſe quoad potero non faciam.  
: in alio tempore.  
Nam neque Polycrates placebat mihi, in viros sibi ipsū  
pates dominacum habens, neque alias quispiam talia fa-  
ciens. Et Polycrates quidem fatum suum expluit: ego  
autem, deposito in medium dominatu, iuris & quabilita-  
tē suadeo: postulans iure optimo mihi ipſi honoris  
cautummodo ut ē pecunia Polycratis sex demum talen-  
ta peculiatariter mihi cedant. Et præterea loui liberatoris  
(cui ego templum extruxi) sacerdotium tam meis in per-  
petuum liberis, quam mihi qui libertatem vobis restitui.  
Hæc Mæandrius a Samiis postulabat. Tunc eorum qui-  
dam surgens, Tu vero, inquit, indignus es qui nobis impe-  
res, tu qui malus extixisti ac funestus, sed dignus potius qui  
pecuniatum quas interueristi, rationem reddas. Hæc Te-  
leseatchus (ita enim vocabatur) dixit, quod inter ciues <sup>1. etat si eadem</sup>  
rat experte virtutis. Quæ Mæandrius in animū accipiens,  
reputansq. fore ut si dominatū ipſe deponeret, alias quis-  
piā incius locum tyrannus constitueretur, non deponen-

dum sibi dominatum statuit: sed in arcem regressus, acci-  
tum vnumquenque eorum, tanquam rationem pecunia-  
rum redditurus, comprehendit, alligauitque. Post hæc,  
dum hi in vinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur:  
quem decessurum credens frater suus, nomine Lycarctus,  
3 id est. illi se  
apposuit.  
2 Quinetiā &  
Mæandri mī-  
lites & ipse  
Mæandrius sc  
patatos esse.  
data sibi hīde,  
insula excede  
re dixerunt.  
Quam autē  
hanc cōditio  
nem admis-  
set Otanes, nī  
demq; dedit  
ter, spectatili  
mi quiq; l'et  
satū, &c. Legō  
autē spxno-  
tati ex ver.  
cod. pro sxe-  
stā. mī.  
3 qui ubi ne-  
scio quod de-  
lictū in sub-  
terranea fossa  
vinctus deti-  
uebant. Sic  
paulo post. Et  
ex illa subter-  
ranea fossa su-  
spiciens, &c.  
Ne tamē pīp  
zīgō est sim-  
pliciter subter-  
ranea fossa, sed  
canalis via, si-  
ne timore.  
4 de omnib.  
conducisse  
exst.

dum sibi dominatum statuit: sed in arcem regressus, acci-  
tum vnumquenque eorum, tanquam rationem pecunia-  
rum redditurus, comprehendit, alligauitque. Post hæc,  
dum hi in vinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur:  
quem decessurum credens frater suus, nomine Lycarctus,  
quò facilius Sami retum potiretur, omnes vinctos intere-  
mit. neque enim videbantur velle liberi esse. Igitur vbi Sa-  
mum tenuere Persæ, Syfolontem reducentes, ne no' ad-  
uersus eos manum leuauit. Atque ij qui contrariae Mæ-  
andrio factionis etant, deditioñem se facere velle dixe-  
runt: quin & ipse Mæandrius ex insula discedere. Appro-  
bante hæc Otane, atque inito sedere, eminentissimi qui-  
que Persarum politis sellis et regione arcis sedebant. Erat  
autem Mæandrio germanus vecordiusculus, nomine  
Charileus, i qui quod delinquere solebat, in subterraneo  
loco erat alligatus. Hic quim audisset quæ agebantur, &  
per specum suspiciens vidisset Persas quietè sedentes, voci-  
ferando dicebat velle se in colloquium venire Mæandrii.  
Eum audiens Mæandrius, iussit solutum ad se adduci. vbi  
adductus est, confititum conuitiando maledicendoque illi  
suadebat vt impetum daret in Persas: hæc inquiens, Me tu,  
o dete rime viroq; mī, qui sum tuus frater, quiq; nihil vin-  
citis dignum peccavi, in subterraneo carcere alligadum  
putasti: Persas autem, quos cernis te adorientes, atque ex-  
torrem facientes, vlcisci non audes, tam faciles tibi ad ca-  
piendum? Quos si tu reformidas, præbe mihi auxiliares  
tuos, vt istos ob suum huc aduentū vlciscar: paratus etiam  
teipsum ex insula ejcere. Hæc Charileus. Quem sermo-  
nem Mæandrius admisit, quantum ego sentio, non quia  
eo insipienti venisset vt putaret suas vires regiis superio-  
res esse; sed quia inuidens Sylosonti si ciuitatē & integrām  
& sinc labore esset accepturus, maluerit res Samias debili-  
tari Persis irritatis, atq; ita tradi: probè intelligens, Persæ  
prius iniuria lassitos, sanguinosos esse in Samios, & sibi tu-  
rum ex insula excessum esse quandocunq; vellet. foderat  
enī sibi occultum coniculum ex arce ferentem ad mare.  
itaque ipse quidem Mæandrius è Samo profectus est. Cha-  
rileus autem, armatis cunctis auxiliariis, patefactisq; por-  
tis, egreditur: in Persas nihil tale expectantes, sed 'omnia  
pacata

pacata existimantes.<sup>1</sup> In hos Persas qui sellas attulerant, & plurimi momenti erat, dato impetu auxiliarij gravabatur. Dum hæc illi agunt, cæteræ Persarum copiæ auxilio venientia quibus repulsi auxiliarij, tursus in arcem se recipiunt. Octanes imperator, cernens tantam cladem accepisse Persas, et si memor erat præceptorum Darij, dum ipsi summittebat, ne quem Samiorum aut occideret aut caperet, sed insulam immuncum malorum Sylosonti traderet: tamen horum præceptorum obitus est, iussitque milites ut quenam Samum adipiscerentur, occidere, vitum pariter & puerum. Tunc pars copiarum arcem oblidebat, pars obuim quenq; sine dilectione trucidabat, tam in delubris quam extra delubra. Mæandrius è Samo profugis, Lacedæmoniæ in fugiuit. eo vbi peruenit, habens quæ in discessu exportauerat, dat negotiū famulis ut pocula argentea & aurea proponant. Dum illi ea promunt, interea ipse Cleomenes Anaxandridæ filium, Spartæ regem, colloquendo dedit ad eædes suas. Cleomenes vbi pocula insperxit, præ admiratione actionitus erat. Mæandrius cum iubere, quæcumque libere, illinc asportaret: idq; quum etiam atque etiam Mæandrius diceret, tamen Cleomenes viroxum iustissimum extitit, qui ea quæ sibi donabantur, recipienda non putauit. <sup>2</sup> Sed quum sentit eadē non nullis ciuium Mæandrium elargiri, quomodo puniri deberet ex cogitauit. aditis enim ephoris, hoc est tribunus plebis. dixit, satius esse Spartæ hospitem Samum è Peloponneso ablegari, ne cui Spartanorum aut ipsi aut alij cuiquam persuaderet fieri in alio. Illi, Cleomeni obsequentes, Mæandrium ablegarunt. Persæ vbi diripuerer Samum, Sylosonti tradiderunt viris desolatam. Interiecit tamen tempore Octanes imperator frequentem incolis effecit, <sup>3</sup> è visione per quietem morbo correptus, quo laborauit circa pudenda.

Cæterum, interim dum Samum nauticus proficiuntur exercitus, interea Babylonij rebellaverunt, rebus probè ad modum comparatis. nam quādiu magus imperauit, & septem coniurati rem aggrediuntur, per hoc omne tempus & per occasionem rerum turbatarum, se ad ferendam obiunctionem instruxerunt, & in his apparandis vique latuerunt: verū vbi è professo descierunt, hæc sibi facienda

<sup>1</sup> Iruentesq; auxiliarij Persas eos qui sellis intidebant, & maxime autoritatis erant. interfecerunt.

<sup>2</sup> Haec egit. Quam argentea pariter & autem pocula precomplisset,

(vel promisit) ea famuli extergerat. Interea aut ipse cù Cleomenone Anax. filio Spartæ rege colloquens, cum ad xodes suas deducit.

<sup>3</sup> quum bis atq; adeò ter dixisset,

<sup>4</sup> Sed quum intellexit eā hæc aliquib; aliis cuiū dōnatū, & inde multatū iri, aditis ephotis dixit &c.

<sup>5</sup> ex insomni visione & morbo quo illū circa pudenda labore

re contigit. <sup>6</sup> Quid facire in mentem illi venit quā somnū quoddam videt, & in morbā intidisset.

**1** Matribus statuerunt: Matres expellunt mulierum vnam, quam sibi quisque voluit, e domesticis deligit, itemque vnam ad panem sibi faciendum: cæteras in vnum conuactas strangulant. hoc idcirco facientes ne rem frumentatiam ipsorum illæ absumerent. His rebus cognitis Darius, aduersus eos

contractis omnibus copiis contendit: & postquam peruenit, urbem obsidione cingit. Sed illi nihil pôdere obsidionem. nam conscientis propugnaculis, tripudiare probraç; ingerere Dario atq; exercitum: quorum quidam ita inquit, Quid iste delictus Persa? qui potius absceditis, quippe qui tunc expugnaturi nos estis quum pepererint mulæ? Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquid parere mulam. Anno ac septem mentibus in obtulione consumptis, iam Darium atque uniuersum exercitum tædere quod Babylonios expugnare nō posset: et si aduersus illos omn. a machin. menta atq; omnes intidias expetitus, cum alias, tum illas quibus eoldem Cyrus expugnauerat. Omnia hæc frustra fuerunt, quia Babyloniorum veleni inter excubis incumbebant. Sed quum nesci quidem capi possent, vicefimo quam circumuallati sunt mœns, Zopyro Megabyzi filio, vnius è sepcè qui magum iustulerent, hoc contigit portentum, ut quedam mulierum eius p. ex frumentum subuectabat, pareret. Quod ubi enunciatur fuit,

**2** Ex hoc or  
mine  
**3** Foccia enim  
facti: vel, Ro  
enim fortiter  
gesto

**4** Alio enim  
nullo facto il  
lam se subua  
gaturū cogi  
tabat quam li  
a scipio mu  
tilatus ad il  
los tua, fuge  
te. Tu igitur  
id patim pen  
dicas scipionem  
accidi hanc  
mutilatione. c  
affectione d. for  
pionem vides a  
tre ipsius mo  
ribus.

non credens, factum ipse inspicere voluit. eo vilo, retulit seruos cuiquam rem aperire, reputans illius Babyloniam verba, qui inter initia dixisset, postquam mulæ peperissent, fore ut muri expugnarentur. Ex hac fama Zopyro vnde est expugnabilis Babylon. diuino enim numine. Etiam loquutum & suam mulam esse enixa. Igitur ubi vlt. m. est fatale esse iam Babylonem capi, adiens Darium secessatus est nunquid per quā magni faceret expugnare Babylonē. Audiens per quam magni ab illo fieri, aliquid cōsultat, quomodo ipse foret urbis expugnator, & suum hoc effici opus. **5** beneficia enim apud Persas per multum ad incrementa honorum consequenda valent. \* Eoque nemini exprimens, se si effectum rei faciendæ si seip am quum multo efficit, ad hostes transfigeret, se se defensum multa mutilatione affectit, per fas quoniam id minimū faceret quippe na  
res sibi prædicta auriculas que, comitique deformati cir  
cumpon-

qumtondit, flagas imposuit: atque ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens, virū videlicet spectatissimū sic mutilatum. adeo grauiter tulit ut exiliens è solio exclamat, interrogando quis eum & ob quod facinus mutilasset. Adeum respondens Zopyrus, nemo, inquit, rex præter te, cuius tanta potètia est, ita me potuisse afficere. neque alienus quispiam hoc mihi fecit, sed ipse ego: quòd indignè animo fero Assyrios Persis illudere. Cui rex, O vitium infernale, inquit, turpissimo factō pulcherrimum nomen imposuisti, inquiens, proptet eos qui ob sidentur, remet ipsum indignè lacerasse. Nunquid ó demens, te mutilato hostes citius deditiōrem facient? quid in te ipsum laniando sensus amissisti? Adeum Zopyrus, Si inquit, tecum communicassem quæ etiam factutus, tu me non permisisses: nunc memet ego adhibens in consilium, id feci. Itaq; iam babylonem capiemus, nisi tu tuis parces. ego enim ita vti sum ad muros ut transfuga fugiam; dicamque ad illos me hæc abs te cīsc passum: & ut opinor, ex hoc corporis habitu fidem eis faciens, consequar exercitus præfecturam. At tu decimo die quām muros fuero ingressus, mille milites ex eo genere cuius amissione nihil admodum damni fiat colloca ad portam quæ vocatur Semiramidis: rursus interiectis septem diebus, colloca mihi duo millia ad portas quæ dicuntur Niniorum: atque tertio, viginti diebus interiectis, et regione portarū quæ dicuntur <sup>4</sup> Chaldaorū, alios statue numero quatuor millia: dum neq; priores neq; posteriores habeant quō se defendant, præter gladios: hoc tantum finas eos habere. Post diem vicesimum reliquas copias iube recta muros undique subire. Verū ad portas quæ Belides ac Cilix vocantur, Persas mihi statuito. etenim (ut ego arbitror) Babylonij mihi, qui magna opera ediderim, comiuitent cum alia, tum verò portarum ad publicas claves. illinc mihi atque Persis curæ erit operam nauare. Hæc ubi mandauit, ad muros perrexit, subinde respectans tanquam vere perfuga. Eo conspecto qui in turribus ad id dispositi erant, deorsim occurserunt, & alteram portam aliquantulum reclinantes, sciscitabantur quisnam esset, & cuius rei indigens veniret. Quumque hic dixisset se Zopyrum esse, & se ad illos transfugere, eum <sup>1</sup> ad Baby-

<sup>1</sup> nisi per tuos steterit.  
<sup>2</sup> Ut opibor, fide eis facta hæc ita se habere, militē copias impetrabo.

<sup>4</sup> Redi legia  
Χαλδαῖον τὸ  
& in vet. cod.  
non Χαλκεὺς  
εστι.

ad publicas  
çdes Bab. cū  
deduxerunt,  
a la maison de  
la ville. Quod  
quum venis-  
set, condicio-  
nem suam mi-  
serè deplora-  
bat, ret. &c.

Ioniorum magistratus deduxerunt. Ante quos vbi stetit Zopyrus, conditionem suam miserebatur, referens à Dario se passum quæ à semetipso passus erat, idque ob eam causam quod suasset illi discendere cum exercitu, quoniam nulla via ostenderetur urbis expugnandæ. At nunc inquit, ad vos venio Babylonij, futurus vobis maxima bono, Dario autem & copias eius maximo malo. Neq; enim quod ita me mutilauit, feret impunè quum habeam exploratos omnes consiliorum eius exitos. Hæc Zopyrus commemorabat. Quem Babylonij virum utiq; apud Persas spectatissimum cernentes naribus atq; auribus priuatum, vibicibus ac sanguine conspersum, sperantes, omnino

<sup>i auxiliato</sup> no vera loqui, & ad ipsos tenire 'socium, inducti sunt ad

rem ei

<sup>i ad ea illi</sup> committentes cum Dario parati erat postulasset. Si quidem decimo die eductis Babyloniorū quæ ab ipsis copiis, mille Darianos quos collocari primos mādarat, circumuentos cruciavit. Eū Babylonij animaduertentes cōfidentanea verbis facta prestare, maiore in modum iętabantur.

<sup>3 ea de qui-</sup> bus cuius Darij diebus de quibus erat conuentū, cum delectis Babylonio-  
<sup>tio conuene-</sup> rum egressus, duo millia Darianorum militum interfecit.

Babylonij cernentes hoc alterū opus, nihil aliud quam Zopyrum in ore habere, cum laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus supersedens ad predictum locum copias educit, circumuentaque quatuor milia occidit: quo tertio opere edito, Zopyrus omnia apud Babylonios erat, adeo ut & dux exercitus & murorum custos declararentur. Vbi verò è compagno Darius copias vndique muris admouit, ibi Zopyrus omnem dolam patefecit, nam quum babylonij conscenis muris copias Darij adorientes arcerent, ipse apertis Cissis ac Belidibus portis, Persas in urbem introduxit. Quod factum qui Babyloniorum templum videbant, hi in puluinae lous Beli confugerunt: qui non videbant, hi in suo quisque loco permanserunt, donec & ipsi se proditos intellexerunt. Ita Babylon iterum capta est, qua potius Darius muros eius circuncidit, & portas omnes amolitus est: quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidem à se captæ. Babylonicum quoque procerum

triā millia patibulis affixit, data cæteris venia urbem incedendi. Atque ut iidem uxores haberent unde succresceret soboles, prouidit nam foeminas Babylonij (ut superius demonstratum est) rei frumentariæ consulentes, stragulauerant. Itaque Darius vicinis vndique populis negotium dedit ut foeminas Babylone repræsentarent, pro iuncto quisque numero. In summa igitur quinquaginta millia foeminalium conuenerunt: ex quibus qui sunt Babylonij originem duxerunt. Zopyri autem præstantia facta nemō Persarum Darij iudicio supergressus est, neque eorum qui prius neque eorum qui posterius extiterunt, præter unum Cyrus, cui comparari nullus vnoquam Persarum dignum se existimauit. Fertusque Darius hoc dictum sexpenuero usurpasse, præceptaturum se, Zopyrum nobile esse clavis passum, quam viginti sibi Babylonies ultra illam quam haberet acquiri. Egregiè verò cum remuneratus est, cum dando quotannis quæ apud Persas sunt honorificissima, atque alia per multa, tum tradi ta Babylonie immisi, quoad viuetet, in peculiarem portionem. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in Ægypto aduersus Athenienses & socios; atque huius Megabyzi filius Zopyrus ille qui ad Athenienses transfugit à Persis.

HERODOTI HALI  
CARNASSEI HISTORIA-  
RVM LIBER QVA R-  
tus, qui inscribitur  
MELPOMENE.



Ost Babylonis expugnationem, Darius aduersus Scythes expeditionem fecit. Nam quum florceret viris Asia & magno pecuniae prouento, cupido incessit ei Scythes vlciscendi: quippe qui priores iniutiam intulissent, quam Medium ingredi essent, & eos qui occurserant

, intellige de in  
gredi eis  
et rorat  
e in e  
tum.

in pax cum  
per se. Tunc  
fuerit et  
in hunc  
laudare.  
s. L. et  
tum ad  
lum.

\* Nomades.

prælio vicissent. Item in Scythæ (quemadmodum superius a me dictum est) quo ieriginta annos superiori Atiæ imperitauerunt. siquidem persequentes gentem Cimmeriam, ingredi Arian, abrogarunt imperio Medos, qui ante plorum aduentum Atiam obtinuerant. Sed Scythes, quum octo & viginti annos peregrè absulissent, in patriam reuertentes excepti non minor quam Medicus fuerat, labores. Offenderunt enim in non exiguum exercitum sibi occurrere. Vxores namque eorum, in diuturna vitorum ablevita ad seruos accelerant vilu orbatos. Orbant autem Scytha letuos omnes lactis gratia, quod potant, ita id facientes: Sufflatoria oīsea histalis sumillima sumuntur, caque genitalibus equarum unpolita ore inflantur. hoc aliis facientibus, alij equas emulgent. Hoc ideo se facere suunt, quod venæ equarum fistulæ implentur & manuæ descendunt. Posteaquam emulxerit lac, in concava vase lignea diffundunt. His circumpositi cæci lac agitant, cuius quod lumen est delibatur, pretiosiusq; habetur: vilius autem, quod subsidit. Huius rei gratia Scytha quemcumque capiunt, visu orbant. non enim agricultores sunt, sed pastores. Ex his igitur seruis & uxorisbus Scytharum progenita est rauentus: quæ suorum natalium conditione cognita, obuiam pertexit iis qui reuertebantur à Medis. Et primum quidem regionem interieplit ducta lata fossa,

qua

qua à Tauricis montibus pertingebat ad Maeotin paludem omnium maximam: deinde in his confitens, Scythis introire conantibus repugnabat. Sæpe commissa pugna, quum nihil tamen Scythæ proficerent, quidam ex eis inquit, Qui in am te facimus viri Scythæ, cum nostris ipsorum seruis dimicantes? qui & quum interficiuntur, ipsi pauciores efficiuntur: & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur hastis arcubusque omis- sis sumenda flagella quibus equos verberamus: & ad illos proprius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis, atque è sunilibus esse: ubi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc se nostros seruos esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt. Hoc Scythæ quum audissent, ita sibi faciendum putauerunt. Qua ex te percussi illi, pugnat immemores, fugam capesserunt. Ita Scythæ imperio sunt Asiae potiti: & rursus à Medis eieoti, ad terram suam hunc in modum reuersi. Hac de causa Darius vlciscendi cupidus, comparauit exercitum.

Scythæ gentem suam omnium nouissimam esse aiunt, idque hoc modo extitisse. Virum quendam in hac terra, quum deserta esset, primum fuisse, nomine Targitaum, & eius parentes (quod tamen mihi non probatur) Iouem, Borysthenisq; fluuij filiam. Tali genere ortum aiunt Targitaum: eiusq; tres liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, & nouissimum Colaxain. His regnantibus, demissa cœlitus in Scythicam regionem ex auro facta, aratrum, iugum, securim, phialam. Quæ quum primus omnium inspexisset natu maximus, accessisse animo illa sumendi: sed eo accidente, aurum artisse: hoc digresso, secundum accessisse, & itidem aurum artisse. Ambobus ab ardenti auro summissis, quū minimum natu accederet tertius, aurum fuisse extinctū, & ab illo asportatum eaq; re maiores fratres animaduersa, totum regnum ad minimum detulisse. Et à Lipoxai quidem progenitos esse Scythes: quorū genus Auchatæ appellatur: ab Arpoxai vero, qui medius fuit, eos qui Catiari & Traspies nominantur: a minimo autem natu, reges qui Paralatæ vocantur. Omnibus autem nomine esse Scythes, regis cognomen, sed Scythes Græci appellantur. Huc in modum se extitisse Scythæ nesciorant, & ex quo exire-

<sup>1</sup> Deinde ve-  
rò conatus  
intrupere  
Scythæ ne pe-  
llo oppone-  
bat.

<sup>2</sup> non si ve-  
ri simile:

<sup>3</sup> natu min-  
imum.

runt, à primo rege Targitao, usq; ad Darj aduersus ipsos transitum, annos omnino mille non amplius fuisse. Autū verò illud sacrum in primis custoditur a regibus, placatur quæ maioribus hostiis, & aditum quotannis solenniter. & qui aurum sacrum habens, die festo dormient subdio, is nunquam perennare fessut: & ob id dari ipsi tantum soli quantum uno die vectus equo petagare potest. Quā autem regio sit indigens, Coloxain constituit se tifariū filiis suis regnum: eorumq; unum & quidem maximum, ubi aurum affluatur.

**¶ Quæ verò sunt boream versus, ultra eos qui super mare regionis partes incolunt, eanee propriece nee trahi posse propter intercess.**

Superiora autem ad centum a jalonem vergentia, ultra quam regionem nulli incolere possint, neque prospicere neq; transire, propter interfusis pennas. Pennis enim cum terram, tum aereum oppletum est: & has præpedire videntur. Hæc Scythæ de sciptis pariter ac de regione superiori narrant. At Græci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem Geryonis vaccas agentein, in hanc peruenisse terram, quæ deserta esset, quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitasse extra Pontum in terra quam Græci insulam Erythiam vocant, contra Gades, quæ sunt extra columnas Herculis in oceano. (oceanum verò ab ortu solis incipiente in, circumflueret terram, verbis quidem affirmant, sed retamen non demonstrant.) Herculem, quum illinc ad regionem quæ nunc Scythica vocatur venisset, substrata sibi pelle iconis obdornisse (depichendat enim eum vehemens pluia & gelu) & dum dormit, interea equas eius à curru palcentes, diuina quadam forte amotas, non comparuisse. Eas ex parteclus quum indagaret omnem regionem colluissim, tandem in terram quæ dicitur Hyrcania deuenisse: ibiq; in antro quandam inuenisse virginem aincipitis naturæ, huminæ ac serpentinæ: superne quidem, femorum tenus, fœminam: inferius autem, viperam. Eam conspicatum Herculem atque admiratum, interrogasse nuncubi suas equas errabundas vidisset. Illamq; respondisse, se quidem illas habere: sed non prius reddituram ei quam cum ipsa coisset. Herculem pro ea mercede cum feminæ concubuisse. Sed quā illa difficeret reddere equas, cupida d. utilissimè cum Hercule concubendi, at hic cuperet receptis equis abire, ad postremum illis reddius mulierem dixisse,

Flag

**¶ Rudolfus  
me**

**¶ natum**

Hæc tibi equas, quæ huc venerant, seruauit: tu earum seruatarum præsum mihi persoluisti, Concepit enim ex te filios tres: qui ubi adoleuerint, expone quid facere debeamus: nunquid hic habere domicilium, (nam ipsa huius regionis imperium teneo) an ad te mutti. Hæc percontata respondebam, Posteaquam eos in virilem ætatem adoleuisse videris, si ita facies non delinques: quem animaduerteris eorum hunc arcum ita tendentem, & hoc balteo ita præcinctum, eum tu huius regionis incolam effice: qui autem his operibus quam mando non erit par, cum hinc ablegas. Hæc exequendo & ipsa lætaberis, & præceptis meis obtemperabis, Atque ita loquutum Herculem tetendisse alterum arcum, (duos enim gestabat) & balteum præmonstrasse, atque utrumque mulieri tradidisse, arcum & balteum, qui balteus in extrema commissuta haberet auream phialam: & his donatis abiisse. Illam pueris natis nomina imposuisse, vni, Agathyrso: sequenti, Gelono: <sup>1</sup> nouissimo, Scythæ. Et quum in virilem ætatem adoleuerunt, eandem mandatorum memoriam illa peregrisse: & duos quidem filiorum, Agathyrsum ac Gelonum, qui proposito certaminis non sufficerent, à matre ablegatos è regione excessisse: Scyham vero, qui rem complexset, ibidem remansisse: & ab illo Scytha Herculis filio progeneratos qui deinceps fuerint reges Scytharū: ab illa autem phiala Scythas ad hanc usq: ætatem phialas in balteis ferre: & id solū Scytha matrem excogitasse. Hæc Græci qui habitant in Ponto referunt. Fertur & alijs sermo ita habens, cui ipse præcipue assentior: Scythas pecuarios, qui Asiam incolunt, quin à Massagetis bello vexarentur, Araxe transmisso, in Cimmeriā abiisse. nam regio quam nunc Scythæ incolunt, ea fuit olim fuisse Cimmeriorū. Sed in uidentibus Scythis Cimmerios, quum liberarent, tanquam qui à magno inuaderentur exercitu, in sententia discrepasse, hinc reges, inde plebem: utraq: quidē valida, sed regum meliore. nam populus sentiebat abstinendum bello, nec oportere aduersus multos pugnare adire periculum: at reges pro regione cum inuasoribus dimicant. Ita quū neutrīs alteri obtenerare veulent, & populus celeret sine prælio demigrandum, tradita in ualoribus regione: reges vero, in sua potius patria

<sup>1</sup> date 100  
domic.

<sup>2</sup> id est. ~~in-~~  
state proxima.  
<sup>3</sup> natu mi-  
simus

<sup>4</sup> Nomades,

occumbendum, nec vni cum plebe fugiendum censuisse, quot bona habuissent, & quot mala cui deutia habituri essent paxia profugi, reputantes. Hec illos sententes, inter se decerراسe; utique numero pates: & omnes qui mutuis ietibus concidissent, fuisse a populo Cimmeriorum sepultos ad flumen Tyreum: (& eorum adhuc sepulchrum extat.) Sepultis his, illum è regione migrasse: quam desertā superuenientes Scythes occupauisse. Extantque ad huc in Scythia tum muri Cimmerij, tum portoria Cimmeria, tum regioni cuiusdam nomen Cimmeriae est, & Bolporus qui Cimmerius appellatur. Constat autem Cimmerios in Asiam fugisse Scythes, & Cheronesum condidisse, ubi nunc Sinope Græca urbs sita est. Apparet etiam Scythes, in persequendis illis Medium intrasse, via aberrantes. nam Cimmerij quidem fugientes iter semper secundum mare tenebant: Scythes autem eos ad iuxtam Caucatum habentes insequebantur, donec ingredi sunt Neivian, itinere in mediterraneā conuersi. Alia quoque fertur communis Graecorum barbarorum pte narratio: Aristeus quidam Proconnesius, verificator, Calirob. filius, memoravit se Phœbo initium venisse ad Issæ Jonas: & supra hos incolete Arimaspos, viros vnoculos: & item supra hos esse Gypas, qui aurum alleruent: ac super hos esse Hyperboreos, id est supra aquilones, ad mare pertinentes. Hos autem omnes, ppter Hyperboreos, Ariæ apis authoribus aliud fuitius bellum inferre, & ab Arimaspis exterminandam, ex Attace urbe venientē, atque illis qui id dicereunt: asseverante se Ariosto occurrit se euam Cyzicū, & cum eo colloquium esse. Quod te dū perinaciter concederet, propinquos mort.

apud

apud Cyzicum, atque colloquutum. Et quum id iste contendendo assueraret, propinquos mortui ad fullonicam præstò fuisse, habentes quæ ad efferendos homines expediunt: sed aperta domo, Aristeum nec viuum comparuisse nec mortuum. septimoque deinde anno, quum in Proconneso comparuisset, eos versus fecisse qui nunc à Grecis Arimaspei vocantur: quibus conditis, rursus euanisse. Hoc istæ ciuitates commemorant: quod scio congruisse cū Metapontiniis qui sunt in Italia, trecentis & quadraginta annis, postquam iterū euanuit Aristeus, quemadmodū coniiciens & in Proconneso & apud Metapontinos inueni. Metapontini enim aiunt Aristeū, quū apud ipsos apparuisset, iussisse arā Apollini extrui, & iuxta cā etigi statuā quæ cognomē Aristei Proconnesij haberet: quòd diceret <sup>1 Ad ista Me-</sup>  
<sup>2 Apollinem ad eos solos ex Italotis in ipsorū terram ve-</sup>  
<sup>nile. se illum affectante, & qui nunc Aristeus esset, tum</sup>  
<sup>fuisse coruum quum deum affectaretur. Ec hæc loquutum</sup>  
<sup>euanuisse. Eoque aiunt Metapontini se Delphos ad deum</sup>  
<sup>mīlē seicitatum quóniam illud hominis esset prolo-</sup>  
<sup>quium, tibiique iussisse Pythiam ut dacto audientes essem̄t.</sup>  
<sup>melius enim cum ipsis actum iti, si parereut. Se igitur hæc</sup>  
<sup>admittentes perfecisse. Ec nunc statua extat cognomine</sup>  
<sup>Aristei, iuxta aram ipsam Apollinis, in foro extructam</sup>  
<sup>circumstantibus vtrinque lauris. Hæc de Aristeo hæte-</sup>  
<sup>nus. Regione autem de qua nos dicere institueramus,</sup>  
<sup>quænam sunt vteriora, nemo exploratum habet. neque</sup>  
<sup>enim id ego ab aliquo audire potui, qui se diceret nos-</sup>  
<sup>se quod ipse vidisset. Ac ne Aristeus quidem ipse (cuius</sup>  
<sup>paulo antè feci mentionem) in iis quos recit vertib⁹, ait se</sup>  
<sup>vltra Isledones processisse: sed vteriora sando sibi esse co-</sup>  
<sup>gnita, quod Isledones diceret ista commemorare. Verum</sup>  
<sup>nos, quo ad longissimè rem inuestigare potuimus, omne & penitissime,</sup>  
<sup>referemus: Ab emporio Botythenitarum (hoc enim ex</sup>  
<sup>maritimis totius Scythiaæ est maxime medium) primi</sup>  
<sup>incolunt Callipidae, qui sunt Græco-scythæ, id est e Græ-</sup>  
<sup>cis facti Scybi. super hos aliud genus eorum qui vocantur</sup>  
<sup>Halizones. Horum vtriq; cum in exercitis seruant ritum</sup>  
<sup>Scythatum, non in serendo, atque vescendo cœpe, alio,</sup>  
<sup>lente, uino. Supra Halizones autem incolunt Scythæ, & miliū,</sup>

<sup>1 Ad ista Me-</sup>  
<sup>tapontinis</sup>  
<sup>qui sunt in</sup>  
<sup>Italia condi-</sup>  
<sup>gisse scio tre-</sup>  
<sup>cessit.</sup>

<sup>2 solos ex</sup>  
<sup>Italotis esse</sup>  
<sup>in quotā ter-</sup>  
<sup>ram Apollo</sup>  
<sup>venisset.</sup>  
<sup>; vitum,</sup>

<sup>4 præstitisse.</sup>  
<sup>vel eff. Ita red-</sup>  
<sup>didisse.</sup>

<sup>& in exercitis</sup>  
<sup>quidem ratiō</sup>  
<sup>scytharū fer-</sup>  
<sup>mant, sed su-</sup>  
<sup>mentū ferunt</sup>  
<sup>& adūt, &c</sup>  
<sup>non capre, &</sup>  
<sup>aliam, & le-</sup>  
<sup>lentem, & miliū,</sup>

qui sicut aratores, qui non ad panem conficiendum ferunt tritum, sed ad illud torrentium. Supra hoc incolunt Neuri, at vescendum ferunt, sed ad vendendum. *Sup.*

*ad Hypatim Rurum incolunt* *colunt, o-* *biopolitas. H*igitur agricultorū Scytharū colunt cum qui-  
nunc etiā vescuntur, *dem tractum qui vergit ad auroram, trium dierum itinere* *per tingentes ad flumen nomine Panticapem: cum vero* *qui ad ventum aquilonem, undecimi dierum navigatione,* *Boream au* *Borysthene in versus, tractus autē qui vltior est, in mul-*  
*citum vnde* *tum sanē ipsius desertus est. Ultra quam longitudinem habi-*  
*cum fecerit* *tant Audrophagi, id est virorum carne vescentes, separata*  
*Rummie Bo-* *natio, ac nequaquam Scythica. At supra hos deserta iam*  
*rythene.* *procudubio omnia, necnulla gens, quantum nos scimus,*  
*At horum Scythaum qui agitcole sunt, plaga quæ ad*  
*auroram vergit, transfluo flumine Panticape, Scythæ no-*  
*mades, id est precarii, incolunt, neque ferentes quicquid neq;*  
*arantes. Nuda autem arboribus est omnis hæc plaga præ-*  
*ter Hyrcanam. Nomades autem isti incolunt tractum qua-*  
*tuordecim dierum longitudinis, auroram vltius, ad Ger-*  
*thum usque flumen. Trans Getibum autem sunt ea quæ*  
*vocantur regia, & Scythæ optimi pariter & plurimi, & qui*  
*sunt feruosi esse cæteros Scythes arbitrati: a meridie qui-*  
*dem ad Thauricam regionem pertingentes: ab aurora ve-*  
*ro, ad foissam quam dixerunt illi qui e cœcis geniti fuerunt*  
*Oryxam, & ad emporium paludis Melotidis quod vocatur*  
*Cremni, id est præripia, quorum pars ad flumen Tanain*  
*excedit, ne-*  
*recedit, & ar-*  
*recedit, & ne-*  
*mette.* *portrigitur. At quæ superiore sunt, ad ventum aquilonem,*  
*Scythis regis, ea incolunt Melanchlæni, alia gens nō Scy-*  
*thica. Et supra Melanchlænos paludes sunt, & deserta ho-*  
*mibus regio, quantum nos scimus. Trans flumen au-*

*tem Tanain non est regio Scythica, sed prima Laxiorum*  
*Sauromatarum, qui a recessu Melotidos paludis incipiun-*  
*tes, incolunt tractum qui spectat aquilonem, inter die-*  
*rum quindecim, vacuum protius arboribus tam agre-*  
*atis, quam fructiferis. Suprahos habitant quæ secunda*  
*parte*

portio est) Budini, terram colentes totam omni arborum genere abundantem. Supra Budinos ad aquilonem statim excipit solitudo octo diecum itineris. Post hanc solitudinem declinando magis ad ventum subsolanum, incolumi Thyslagetx, natio copiosa & propria, & è venatu victitans. His contigui, & in eisdem habitantes locis, iij quibus nomen inditum est lyrcæ, & ipsi è venatione victitantes, hunc in modum: Conscensis arboribus, quæ per oram regionem frequentes sunt, infidantur. singulis autem adest canis, & item equus, in ventrem cubare edoctus, humilius subsidendi gratia. Vbi quis igitur ab arbore ferram viderit, sagittaque percusserit, conscientio equo illam persequitur, comitate cane. Super hos, auroram versus, incolunt alii Scythæ, qui a regiis Scythis dehinc, ita in hunc locum peruenierunt. Ad hos usque Scythas omnis regio Scythica est campeltris, & ipsi soli: reliqua dehinc lapidosa atque salebrosa. Cuius regionis magno transmillo spatio, incolunt sub excelsorum moatium radicibus homines qui ab ipso natali dicuntur esse calvi, mares pariter & fœnitæ, simis quoque natibus, & ingenti mento: propriam quandam vocem edentes, Scythicam gestantes vestem: ex arboribus victitantes. cui generi arboris nomen est Ponticum, magnitudo ferè eadem quæ fico, fructus fabæ instar nucleus habens. Id ubi maturuerat, vestibus exprimunt, & quod ab eo crassum & nigrum defluit, nomine aschy, id & lingunt, & lacte cōmixtum potant. ex ipsis quoque crassitudinis fecce maissas ad esum componunt. Neque enim mulsum est eis pecorum, ut pote non studiosis rei pecuariæ. Sub arbore quilibet cubat per hyemem quidem, ubi arborem pileo rido firmoque contexerint: per statem vero, sine hoc pileo. His neuno mortalium iniuria infert. sacri enim dicuntur esse, nihilq; Martiorum armorum possident. Idem & finitimarum controvetsias dirimunt, & quisquis ad eos cōfugit, is a nemine læditur. Nomen eis est Argippæi. Ad hos vñq; caluos ingens quoquovius prospectus est regionis & gentiū, quæ in conspectu sunt ex Borysthenis atq; ex aliis Ponticis emporiis. Scythæ qui ad eos conuicant, per leptem interpres totidemq; linguas perutant. Hotum tenus nouua retinu habetur, ac quod

i id est: quod  
sæptra virtutis  
parata.

excitant

supra illos caluos est, nemo pro comperto referre potest. nam montes editi atque prærupti transitum interdicunt, quos nemo transcendit. Isti tamen calui referunt, ( que apud me fidem non habent ) incoli montes ab hominibus capipedibus: quos ubi transieris, esse alios qui senos mensiles dormiant, quod ego in primis non admitto. Sed trans-

<sup>1 Neq; ab illis</sup> Etum illum qui ad auroram caluis est, ab Illedonibus habiliis caluis nec ab illis tari sine ambiguitate competum est. Ille vero superior one ab illico qui vergit ad aquilonem, tam Illedonibus quam caluis natus *balitam* ignotus est, nisi quatenus isti ipsi dicunt. Illedones portantur.

<sup>2 pilis nuda-</sup>

tum

<sup>\* Sacerdos et deus hec re-</sup>

<sup>cidentia se- cito apud En-</sup>

<sup>stath. Comitis.</sup>

<sup>m. D. annij T. lachro vtratur, agentes illi quotannis maiores hostias ce-</sup>

<sup>riezefin pag. 16;</sup>

<sup>et ex p. 78 70</sup>

<sup>et. Exibisi,</sup>

<sup>magistris dicitur</sup>

<sup>et i. q. laudes</sup>

<sup>ad e. nam</sup>

<sup>AR. Scy. hice</sup>

<sup>VNV M dici- this nos cæteri accipientes, verum putamus, ac Scythicè</sup>

<sup>MASTVS vocant, spon</sup>

<sup>verò O C V adeo infestatur hyberna sauitia ut octo mensibus tolerati</sup>

<sup>L V. S. ut illar</sup>

<sup>tung. annota non posset: tale illic gelue est. sicubi aquam effundas, mo-</sup>

<sup>i. cap. 1. S.</sup>

<sup>scubus si aquam effun- tum non fa- cies: facies au-</sup>

<sup>au.</sup>

Ibidem quoque mare glaciatur, & omnis Cimmerius Bos-

<sup>porus: super quam glaciem omnes qui intra fossam in-</sup>

<sup>colunt Scythæ exercitus ducunt, & plaustra agunt trans-</sup>

<sup>mare usque ad Indos. Ita vis hyberna octo mensibus per-</sup>

<sup>stat, quatuor tamen mensibus reliquias frigora illic sunt. V-</sup>

<sup>4 Tonitrua</sup>

<sup>geo tempore</sup>

<sup>funt ai si. ibi</sup>

<sup>non sunt: ai sit ullus momenti, pluie: si late pluere non cessat. Quin-</sup>

<sup>zstate frequi-</sup>

<sup>ti existunt. Quod hye-</sup>

<sup>mic, &c.</sup>

<sup>eriam tonitrua, quia ab aliis, tanquam nulla existunt, estas nu-</sup>

<sup>bilis est. hyeme si tantum tonitrua, proclento habetur. Ter-</sup>

<sup>ritetus in Scythia si existat, cuiusitate leuhyeme, tanquam</sup>

prodi-

prodigium admirantur. Eatim vim hyemis equi perferunt, muli atiniq; neq; incipiente in quidem frerunt: quū tamen alibi stantes in gelido equi tabescant, asini vero ac muli durant. Et hæc mihi videatur esse causa cur omnino cornua bouino geneti non sacerescant: astipulaute sententia meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet,

*Et Liby-n, ubi sum cornuti protinus agri.*

Quod rectè dictum est, in locis calidis inutere cornua existere, at in vebementibus frigoribus aut non oriuntur statim pecoribus cornua, aut si oriuntur, vix oriuntur. In Scythia itaq; hoc propter frigora contingit. Quo magis miror (ab initio enim oratio mea indagare intituit) cur in omni Eleo agro muli ne queant gigni, quum neq; locus sit frigidus, neq; vlla alia causa appareat. Atiunt Eleenses ipsi ex imprecatione quadam id tibi contigisse: quinq; tempus aduentus conceperat epiatum, sc in loca finitima illas faciat, tunc educere: ibi postquam admitterint asinos. dumq; conceperint, tunc rursus eas reducere. De pennis autem quibus aiunt Scythæ oppletum esse acrem, & idcirco non posse prospici longius continentem, nec ulterius transire, hæc est mea sententia: <sup>2</sup> Quod ultra eam regionem, assidue nongit, & (ut credibile est) minus & stuc quām hyeme, nam, prout cui libet eminus intuenti cadentem niuem copiosam liquet quod dico) nix pennis assimilis est: & propter hanc tam hyemem inhabitabilia sunt eius continentis loca quæ ad aquilonem spectant. Eoq; opinor, pennas niuem esse interpretantes Scythes ac circumiectas gentes, ita loqui. Verum ea quæ reperiuntur, longissime dicta sunt. De Hyperboreis autem hominibus neque Scythæ quippiam, neq; alij vlli illic incolentium memorant, praeter lisedones: ne ipsi quidem (ut mihi videtur) dicentes aliquid dicerent enim & Scythæ de hoc, quemadmodum de vnoculis dicunt. Quanquam ab Hesiodo de Hyperboreis mentio fit: qui etiam ab Homero in Epigonis, si tamen Homerus revera fecit hos versus. Sed multo plurima de his Delij memorant, sacra alligata in triticea stipula ex hyperboreis delata venisse ad Scythes: à Scythis deinceps finitos accepisse, gradatimq; per singulos ad <sup>3</sup> occasum versus longissime Adriani usque atque illinc Meridiem versus dunilla, à pri-

& grauidæ  
tuis.

<sup>2</sup> Quæ sunt  
vltia hanc re-  
gionem loca,  
semper niuo-  
sa sunt: mi-  
nus tamē ( ut  
rationi con-  
sentaneo est)  
est quam hye-  
me. Iam vero  
quisquis cade-  
re copiosam  
niuem intui-  
tus est cōmi-  
nus, intelli-  
git quod di-  
co. nix enim  
pennis simi-  
lis est.

<sup>3</sup> quæ com-  
memorantur  
ab aliis, latif-  
simè exposi-  
ta sunt.

<sup>4</sup> Occasum  
versus longis-  
sime Adriani  
usque:

mis Græcorum Dodonæis esse accepta , & ab his descedisse ad Meliensem finum , peruaississeque in Eubœam , & oppidatum usq; ad Carystum : & ab hac verò reliquissim Andrum ( Carystios enim esse qui in Tenum portarint ) Tenios verò in Delum : atque ita hæc sacra in Delum aiunt peruenisse. Sed primùm Hyperboreos misisse duas pueras quæ ferrent hæc sacra , quas Deli aiunt Hyperochen & Laodicen : & cum his tutelæ gratia quinque è suis populis , qui eas deducerent : nunc Periphœreos vocatos in Delo , ubi in magno honore habentur. Sed quum isti ab Hyperboreis missi , rursus non cedirent , indignè ipsos Hyperboreos tulisse , si eos quos assidue mitterent nō reciperent . Ita misisse qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata , iuberentque illos consideratè mittere ad aliam nationem : atque ita hæc gradatim missa , aiunt deuenisse in Delum. His ego sacris simile quiddam fieri animaduerti à fœminis Thraciis atque Pæoniis , quæ in sacrificando regiæ Diana , non sine stipula triticia id faciunt : atque ipse vidi eas facientes. Cæterum his virginibus Hyperboreis vita functis in Delo , parentant pueræ Deliæ ac pueri , tonsis utrique crinibes : quos ' pueræ quidem fuso inuolutos supra monumentum depositant : pueri aut ad quandam herbam applicantes , & ipsi sepulchro imponunt. Est autem monumentum int̄a Artemisium ad sinistram intrantibus , oleaque supra ipsum est nata. Hochonore ab incolis Deli afficiuntur hæc virgines. Aiunt verò iidem Argin & Opis virgines ex Hyperboreis corundem hominum cætate in Delum venisse , etiam priores Hyperoche & Laodice : & has quidem venisse ad reddendum Lucinae tributum quod pro partu maturando instituerant : Argin verò & Opis una cum ipsis deis aduenisse , hosque illis alios honores donasse. Adeas enim congregari cœtum mulierum quæ hymnum canant ab Olenæ Lycio conditum , in quo hymno nomina Argis & Opis nuncupantur. Deinde à Deliis eðoëtos insulanos & Ione , cœtus agere instituisse , & nominatim Argin & Opis decantare . ( hic Olen è Lycia profectus , alios quoque vetustos fecit hymnos , qui cantantur in Delo ) dum cinis qui supra sepulchrum est Argis & Opis , dispergitur super infinitam

agro-

1 pueræ qui  
dem ante nu-  
ptias fuso in-  
uolut.

2 Viderunt po-  
tius ægipie-  
ritas sumi ut quā  
de matre decorū  
dicitur unde  
poteræ ægipie-  
torū. Sic et  
statim post.

3 & dum fe-  
mota ad arā  
adolectus , ci-  
nem bunc  
consumi in  
conspicen-  
do Opidis &  
Argidis sepul-  
cio. Et autē  
Ieo. i. Pausa  
etiam hanc Ar-  
gin : etat He-  
cætigen. 4.  
12 : & 15 +. 13.  
§ 3

zgotorum turbam qui ad aram suam. Est autem sepulchrum earum post Artemisium, ad auroram spectans, proxime Celerum coenaculum. Hactenus de Hyperborcius dictum sit. Nam de fabula Abatis, qui fertur esse Hyperboreus, nihil dico: qui sagittam dicitur per uniuersam terram circumvulisse, nihil comedens. Quod si qui sunt Hyperborei, id est per aquilonares, et sunt & alibi hyperborei, id est juxta meridianas. Nempe video quum multos video iam descriptissime ambitum terrae, nullum habentes in exponendo sensum, qui Oceanum scribunt circumfluere, & terram, tanquam tornum, factam esse orbiculatam, & Asiam faciunt Europae partem. Nam ego singularum magnitudinem breui patefaciam, & quanta sint singula ad describendū. Vbi Persae incolunt, id ad australe protenditur mare quod dicitur rubrum. Super hos ad ventum aquilonem habitant Medi, super Medos Sapires, super Sapires Colchi, ad septentrionale pertingentes mare, in quod influit flumen Phasis. Hęe quatuor nationes à mari ad mare incolunt. Dchinc vespeream versus ab ea duę orę terrarū ad mare protenduntur, quas ego exponā. Hinc aquilonem versus, ora vna à Phasi incipiens porrigitur ad mare per Pontum & Hellespontum, usque ad Sigeum Troicum: austrum autem versus, eadem ora à sinu Mariandyno, qui Phoenicæ adiacet, protenditur secundum mare ad promontorium usque Triopium. Incolunt autem in ora hachominum nationes triginta, talis est vna ora. Altera verò, à Persis incipiens porrigitur ad rubrum mare, quod & Persicum vocatur: deinde gradatim Assyria, atque inde Arabia: deincepsque in sinu Arabico. etsi non desineret, nisi ob id quod Darius è Nilo riuos in illum sinnm induxit. A Persis ad Phoenicen tractus amplius est ac multus. A Phoenice hęc ora tendit secundum hoc mare per Syriam, Palæstinam & Aegyptum, in qua terminatur: intera quam tres sunt duntaxat nationes. Atque hęc sunt quæ à Persis occasum versus in Asia continentur. Quæ supra Persas sunt & Medos & Sapires & Colchos, auroram veillus & solem orientem, hinc mari rubro alluviant: aquilonem autem versus, à mari Caspio, & fluamine Araxe, qui contra solem orientē fluit. Porro Iadidam

i & quales  
sunt singula  
quantum ad  
descripitionem  
attinet.

tenus habitatut Asia. Illinciam auroram versus deserta sunt: nec qualia sint dicere quisquam potest. Et Asia quidem talis & tanta est. Libya autem in altera ora est: ab Aegypto enim iam excipitur. Hæc ora circa Aegyptum iam angusta est, nam ab hoc mari ad rubrum inter capedo est centum millium vlnarum, quæ efficiunt mille stadia. Ab his deinceps angustiis spatio la sanc ora excipit quæ Libya dicitur. Itaque admiror eos qui determinauit atque distinxerunt Libyam, Asiam, Europam: inter quæ etiam patrum est differentiae. Siquidem Europa longitudine quidem cæteras allequitur, latitudine vero non videtur nulli comparari digna: nam Libya seipsam monstrat circumfluui mari esse, excepto dum taxat ubi Asia contermina est, Neco Aegyptiorum rege, eorum quos nouimus primi in hoc demonstrando. Is postquam destitut a deprimenda sollicitu illo ad Arabicum sinum, misit nauibus quoddam Phœnices, præcipiens ut transiuncti columnas Herculeas penetrarent ad septentrionale usq; mare, atque ita ad Aegyptum remigarent. Phœnices igitur è rubro mari soluentes, abierunt in mare australe: qui, quum autumnus aduenisset, applicitis ad terram nauibus leviter faciebant: ut assidue Libyes legerent, ac messem expectarent. deinde mello frumento nauigabant. Ita biennio consumpto, anno tertio ad Herculeas columnas declinantes in Aegyptum renicarunt, referentes quæ apud me fidem non habent, sed forte apud aliquem alium: prætereuntes Africam, se habuisse solem ad dextram. Atque hunc in modum Libya primum est cognita. Secundo loco fuere Carthaginenses, qui dixerunt quendam Satalpem, Teaspis filium, virum Achæmenidem, qui Libyam non circumnavigavit quum esset ad hoc ipsum missus: sed cum navigationis longitudine tum terræ solitudine deterritus retro rediit, non impleto labore quem ei mater iniunxit. Etenim vitiauerat filiam virginem Zopyri filij Megabyzi, quem ob hanc causam à Xerxe rege suffigendū cruci mater sua, quæ erat Darij soror, liberauit: quod diceret se maius illi suppliciū interrogaturam quam rex pararet. quippe necesse ei fore permanegare omnem Africam, dum perueniret ad Arabicum sinum. His annuente Xerxe, Satalpes in Aegyptum abiit,

sum-

<sup>1</sup> in qua-  
cunq; Libyx  
pumci nata-  
gant, petue  
rest: illi  
te nq; expe-  
ciunt. Quā  
autem int̄  
fossile, otā  
fuerunt. Ita  
hic.

<sup>2</sup> Achæme-  
nidē Libyam  
non nava-  
gazelle, id est,  
nauigando obis-  
se, ut legere-  
tur. Xerxes  
n. vel xi-  
partes sepa-  
randum a le-  
guntur. De-  
inde, Deterr-  
tua retine re-  
dusse.

sumptaque illinc naue ac sociis , nauigauit ad columnas  
 Merculis : quibus transuersis , circumiectus Africae pro-  
 montorum nomine Syloes , in meridiem cursum tene-  
 bat. Emenitusque permultum maris intra complures men-  
 ses , quum assidue pluri tempore opus esset , conuerso cur-  
 su in Aegyptum rediit. Et illinc ad regem Xerxem regres-  
 sus , auctoritate in pernaviganda remotissima ad quam ille  
 ora , videlicet homines punilos Phoenicea vientes veste , qui ,  
 quum ipius terrae nauim applicarent , ad montes se fuga  
 propinquenter relictis urbibus . Iste autem ingressos nihil illi-  
 lis iniuriae intulisse , pecora tantum illinc accepisse. Quod  
 autem totam Africam non pernauigassent , hanc causam  
 afferebat , quod nauigium ulterius procedere non posset ,  
 sed retineretur. Hunc Xerxes negans loquutum vera ,  
 quid certamen sibi propositum non exoluisset , in cru-  
 cem sustulit , irrogata quam destinauerat poena. Huius  
 Sata spis eunuchus , audita domini nece , Samum cum ma-  
 gna pecunia profugit , quam Samius quidam interuerit:  
 cuius nomen quum sciam , tamen volens obliuiscor. Cæ-  
 terum Asia bona pars à Dario peruestigata est. Is cupi-  
 dus cognoscendi ubinam Indus ( qui secundus omnium  
 fluminum crocodilos praestat ) mare influat , misit nau-  
 bus cum alios quosdam , quos vera renuntiatores consi-  
 debat , tum Scylacem quendam Caryandecum. Isti è Ca-  
 spatyto urbe è terra Pactyica soluentes , secundo lumine  
 auroram versus atque solem orientem nauigantes in ma-  
 re , dehinc per ipsum mare occasum versus , tricesimo de-  
 cimum mense tenuerunt eum locum unde rex Aegyptio-  
 rum eos Phoenices quos antea dixi , miserat ad Libyam  
 circumnauigandam. Post horum circumnavigationem  
 Darius Indos subegit , & eo mari positus est. Ita Asiam  
 ( præter eam quæ orientem solem spectat ) compertum  
 parem Libyx esse. At Europa à nemine inuestigata est ,  
 neque quæ ad orientem neque quæ Aquilonem vergit , an  
 mari claudatur . Longitudine tamen cognoscitur ad ; mari allua-  
 tranque accedere. Neque possum conjectura colligere  
 unde , quum una sit terra , trifaria sint ei nomina indi-  
 ta è mulierum cognominibus : ciusque fines ponantur  
 Nilus fluvius Aegyptiacus & Phasis Colchus. Alij aiunt es-

At Xerxes  
 nō assentiebat  
 ipsi , verum esse  
 quæ dicetet ,  
 quod labore  
 sibi proponi-  
 to nō delun-  
 ctus esset  
 id est , si auctoritas  
 præterea .

1. *Diversā vi-* se sines Tanain & Mæotidem, fretumque Cimmerium:  
*detur sequuntur* sed negant se audisse nomina eorum qui hæc distinxerunt,  
*lectronem ab ea* & vnde nomina impulerint. iam enim Libya qui-  
*qua in vng. e.* dum à plerisque Græcorum fertur sottita nomen a Libya  
*dicitur. & in noſtris* quadam muliere indigena: *Aſia verò, ab uxore Promethei,*  
*vet. cod. vabe-* *quiquam Lydi hoc sibi nomen vendicant, asserten-*  
*sur.* *a cibam* *tes ab Alio filio Cotys, filii Manei, Aliam appellatam, non*  
 3. *Nō Σειρη* *ab uxore Promethei. In le & Sardibus familiam quan-*  
*tegit Valla. sed* *dam esse vocatam Aliadem. Europa autem neque an sit*  
*Treacherie* *mari circumflua, neque vnde hoc nomen acceperit, ne-*  
*etiam effemina* *que quis nominis autor extiterit, ab aliquo mortalium*  
*zav. nulli etiā* *compertum est: nisi dicamus ab Europa Tyria nomen*  
*vocata.* *accedit regionem: nec antè, sicut cæteras, nomen ha-*  
 4. *... ea ve-* *buisse. Tamen illam ex Asia fuisse constat, neque in hanc*  
*to hinc me a* *commeasse terram, quæ nunc à Græcis vocatur Europa,*  
*renu. neut &* *sed è Phœnico tantum in Cretam, & è Creta in Africam.*  
*cæteræ.* *Hæc hactenus de his dicta sint. nam quæ sentimus de*  
 5. *V. e. nunt e* *his, ea dicimus. Pontus autem Euxinus, in quem Darius*  
*nuntiū opinio-* *fecit expeditionem, nationes exhibet omnium imperitis-*  
*nibus quæ de* *simas, Scythica duntaxat excepta. nullius enim nationis*  
*luis, & cæteræ* *corum quæ sunt intra Pontum, aut aliquid ad sapientiam*  
*funt. Totæ tra-* *pertinens proferre possumus, aut aliquem virum pro erudi-*  
*mē & aliis ef-* *tito habitum nouimus, præter Scythicam gætem & Ana-*  
*ſeſſione.* *chatlin. In gente autem Scythica ex omnibus humanis*  
 6. *vñaterum* *negotiis vaum maximum, quantum nos scimus, excogitat-*  
*humanaatuñ* *atum est. at cætera non admiror. Quod maximum ab eis*  
*maxima. omni-* *excogitatum, id est, ut neque quispiam qui ad eos se cotu-*  
*nū quas qui-* *lerit, aufugere, neq; ipsi capi possint, aut ne inueniri qui-*  
*dē nō fuerit,* *dem, si nolint, atque deprehendi. Siquidem nullæ sunt eis*  
*soleruſſime* *vbres, nulla moenia extructa. domos secum ferunt sin-*  
*excogitata* *guli: equestresque sunt sagittarij, non pane vicitantes,*  
*et.* *sed ex pecoribus: pro domibus plastra habentes: quid-*  
 7. *neq; possit* *ni imbellies alioqui futuri, & ad dimicandum inhabi-*  
*cos quicquā* *les? Hæc autem sunt ab eis inuenta cum opportunitate*  
*nac̄. si in-* *terræ, tunc fluminum beneficio. nam hæc* ~~est~~, *quam sit*  
*veni no-* *campestris, sua sponte viginosa est & humida, eamque in-*  
*liret, finiq;* *terfluunt flumina non multo pauciora numero quam in*  
*qui domos* *no ex inelle,*  
*poterit,* *exquis sagit* *terruſſibus vicitum habeant, ac in palustris habitent, qui non hi sociint in-*  
*qui domos* *expugnabiles & inaccessi? Hæc autem, &c.*

f. 17. 2. Aegy.

**Egypto** fossæ. Quorum quæ sunt celeberrima & à mari nauigabilia, ea recensebo. Ister, quinque hostia habens: post hunc Tyres & Hypanis & Borysthenes & Panticapes & Hypacyris & Gerthus & Tanais. Isti hunc in modum fluunt. Ister, omnium quos nouimus fluuiorum maximus, semper sibi ipsi partam æstate quam hyeme fuit, ab occasione primus omnium qui sunt in Scythia. ob id omnium maximus, quod alij in eum influunt, qui ipsum ingentem reddunt: per Scythiam quidem delapli, numero quinque. Vnus quem Porata Scythæ appellant, Græci Pyretton: alias, Tiarantus, tertius Ararus, quartus Napares, quintus Ordissus. Horum primo loco dictus fluuius, magnus est, & ad auroram fluens, cum Istro aquam communicat: minor est Tiarantus, ad occasum magis vergens. Inter quos ex-  
teri fluentes, Ararus, Naparis & Ordissus, in Istrum infun-  
duntur. Hi sunt vernaculi Scythæ amnes, qui illum au-  
gent. Ex Agathyrsis autem fluens unus, Matis, Istro se im-  
miserit: ex Haemini vero iugis tres alij ingentes ad aquilonem ventum, Atlas & Auras & Tibes: per Thraciam ve-  
ro & Corbyzos Thrases, Athres & Noes & Atarnes: at ex  
Paxonis ac monte Rhodope, medium intersecindens Haemum Cius in ipsum crumpit. Quin ex Illytiis in aquilonem tendens Angrus, planitem Triballicam interfuerit,  
Broncum intrat, Broncus iste Istrum. ita utrumque per se  
magnum Ister excipit. Præterea ex regione quæ est supra  
Umbrios, Carpis, & aliis ad ventum aquilonem Alpis, in  
Istrum exirent. Omnem enim Europam Ister emetitur  
(sumpto ex Celtis initio, qui omnium in Europa ad solis  
occasum extremi sunt, post Cynetas) totamque permen-  
sus Europam, ex transuerso ingreditur Scythiam. His  
quæ dixi fluminibus, & aliis aquas suas communicanti-  
bus, Ister fit omnium maximus. nam si alterius cum al-  
terius aqua comparetur, profecto Nilus copia aquæ an-  
tecellit, quod in eum nullus neque fluuius neque fons in-  
grediens, ad incrementum aquæ confert. Quod autem I-  
ster tibi semper pars fuit tam æstate quam hyeme, ob id  
fit (ut mihi videtur) quod hyeme est quantus est, aliquan-  
tulo maior quam sua natura fert. nam per hyemem pau-  
lulum in ea regione pluit, sed ubique nungit. Æstate vero

Per quod  
medium cat.  
H. vel quos ex-  
teri interfl.

nix, quæ sub hyemē decidit permulta, vnde in Istrum liquefacta dilabitur, eumq; implet: nec ipsa solū, sed cum ea imbris multi atque vehementes. Quippe per statem pluit, quo tempore quanto plus aquæ sol ad se attrahit quam hyeme, tanto plus aquæ cum illo miscetur estate quam hyeme. Ita quum paria faciat Ister datis aquis & acceptis, fit ut semper videatur sibi esse similis. Ex fluvius ergo qui apud Scythas sunt, unus est Ister. Post huc Tyres, qui ab aquilone means, orrum trahit ex ingenti palude, quæ Scythicam terram a Nebride separat. ad osium huius incolunt Græci qui Tyritæ vocantur. Tertium flu men est Hypanis, ex Scythia veniens, & ex magna palude protinus, circum quam pascuntur equi sylvestres cedidi: recteque vocatur hæc palus, mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis fluit ferè quinque dierum nauigatione, angustus, & adhuc dulcis, sed mox quatuor à mari dierum nauigatione sane quam amarus, propter amarum qui in eum fluit fontem: adeo, inquam, amarum, ut quum sit ex: guis magnitudine, tamē inficiat Hypanis flumen, in paucis magnum. Est autem hic fons in finibus regionis Scytharum aratorum, & Alizonum, eodem nomine quo locus unde emanat, Scythica lingua \* Amaxampeus, Græca autem lingua, ipse id est, sacra via. Apud Alizonas autem contrahunt terminos suos Tytes & Hypanis, mox deinde in diuersum abeuntes, medium intercedinem lauant. Quartus fluuius est Borysthenes, secundum Istrum omnium maximus, & nostra sententia, non modo Scythicorum fluviorum longè huberimus, sed etiā cæteris hu: berior, præter Ægyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare. Cæterorum autē huberimus est Borysthenes, pascua præbens amoenissima & accommodatissima pecoribus, necnon optimorum ac singularium piticium affatim: idem ad potandum suauissimus, limpidus in: terrubido fluens, iuxta quem sementis optima fit, & qui parte nō herba non satiua, etiam altissima. In huius quoq; ostio ingens vis salis sua sponte concrescit. Præbet idem ingentia cete ad saluram, spinis carentia, quæ antacæos appellant. Alia præterea præstat admiratione digna. Porro quadraginta quidem dierum nauigatione usque ad locum nomi-

ne Ger-

\* Infatio. Ex-

empaxus bri-

tatur, etiam in

creco: utiq;

et ad S. Iunam

et ad apud

Melan.

... ap. S.

i & gramen,

qui parte nō

ferunt regio-

zatianam. ad

terram, præ-

sundum.

ae Gerrhum, cognoscitur ab aquilone fluere: at superiora per quæ fluit, nemo hominum eloqui potest: videtur tamen fluere per solitudinem ad Scytharum agricolantium plagarum. nam hi Scytha decem dierum nauigatione accipiunt hoc flumen. Cuius tantum ac Nili foutes nec ipse possum, nec ullum Græcorum reor posse dicere. Idem quum ad mare aduenit, Hypanis cum eo miscetur, eodem in loco mare irrumens. Quod inter hos annes in confluente tendentes intercedens est, 'Hippoleo promontorium' vocatur, vbi delubrum Cereris extactum est. Ultra quod delubrum sub Hypani incolunt Borysthenitæ. Hactenus quæ ab his fluuiis. Post hos alius, qui quintus est, nomine Panticapes, & ipse ab aquilone fluens, atque è palude: inter quem & Borysthenem incolunt Scytha agricultores. Idem in Hylæam ingreditur, qua transmissa, Borystheni immiscetur. Sextus est Hypacaris, qui è palude manans, mediosque Scythas nomadas influens, in mare voluit, iuxta Carcinitin oppidum, ad dexterâ coercens Hylæam, & cursum qui dicitur Achillis. Septimus est Gerrhus, nomen à loco obtinens, qui à Borysthene dirimitur circa ea loca apud quæ Borysthenes cognoscuntur: cui loco nomen est Gerho, distinguitaque regionem Scytharum nomadum ac regiorum, & dum in mare fluit in Hypacarin dilabitur. Octauus est Tanais, qui superius è vasta palude profluens, in aliam vastiorem diffunditur, nomine Mæotin, quæ discludit regios Scythas à Sarmatis. In hunc Tanain aliis influit, nomine Hyrgis. His celeberrimis amnibus Scytha muniti sunt. Gramen quod in Scythia germinat, omnium quæ nos nouimus germinum articulatum est, quod ita se habere disiectis pecoribus licet discernere. Et ea quidem ut quam maxima sunt, ita apud eos abundant cætera autem vulgaria sunt. Atq; hunc in modum res sunt eis institutæ Deorum hos solos propiciantur: Vestam ante omnes, deinde Iouem ac Tellurem: existimantes Tellurem Iouis coniugem esse. Post hos Apollinem, & cœlestem Venerem, & Martem & Heretum. Hos cuncti Scytha deos arbitratur. Sed qui regij Scytha vocantur, etiam Neptuno sacrificant, appellantes Vestam lingua sua Tabiti, Iouem, Papaxum, mea sententia

<sup>z</sup> Videtur aliud  
legiie quam  
omnes sunt  
eis instituti.  
His soles his  
licitant; et ex-  
crificant.

rectissimè: Tellurem Apiam, Apollinem OEtosyrum, cœlestem Venerem, Artimpasam, Neptunum Thamimasadem. Simulachra & aras & delubra facienda non putant, præterquam Marti. Iocin sacrificium proflus apud omnia templo fieri eodem modo est institutum, qui talis est: Victimæ ipsa primoribus implicita pedibus fissitur, cuius à tergo statis immolator, amota in primis infusa, pecudem ferit, eaq; concidente deum invocat cui illæ mactat: deinde circundat laqueū collo, tum iniecto baculo circumducit, hostiamque strangulat non incensu igni, non votis nuncupatis, non sumptis libamentis, sed ybi pecudem strangulauit, ei que pelle detraxit, ad coquendum se conuerteit. Verum quum Scythica regio lignorum sit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est: Vbi victimam pelle denudarunt, denudant quoque ossa carnis, dehinc illas in lebetes eius gétis (Lesbiis crateribus allimiles, nisi quod sunt multo capaciores) iniiciunt. subiectis atque succensis oslibus hostiarum, coquunt. Si autem non adfuerit lebes, omnes carnes hostiarum in aluos illarum & cum aqua commiscent, atque ossa succendunt. Quibus pulcherrimè ardētibus, & aliis facile capiētibus carnes olibus separaras, ita sit ut bos leipse coquat: & itē cætera pecora immolata, per semetipsū quodque elixum sit. Coctis carnib⁹, is qui immolauit, earū atq; intestinorum libamenta ante se porrit. Immolant autē cum alia pecora, tum præcipue equos. Et altis quidem diis hunc in modum & alias pecudes immolant. Marti vero sic prælico ritu apud quosq; tale extruitur templum: Sarmentorum falces aggeruntur trium in longū latumq; stadiorum, minoris tamen sublimitatis. desuper quadrata plauites efficitur: tria latera prærupta sunt, quartū acclive, per quod ascendatur. È quodtanuis comportat centum quinquaginta plaustra sarmentorum. nam semper propter cœli tempestate illa marcescunt. Sub hac congerie ferreus acinacis, qui singulis vetustus est, statuitur. Idq; est Martis simulachrum, cui annuas hostias offerunt cum alioreum pecorum, tum eorum, & plus huic acinaci quam cœteris diis. Ex captiuis centesimum quenque immolant, non eodem quo pecora modo, sed diverso. nam ubi eorum capiētibus

*& facere non  
est illi vnu  
reptum.*

*& nō oblatis  
primoris.*

*& primoris*

*& His: intelli-  
gu forte esse Mar-  
ti & acinaci.*

tibus vīnum libauerunt, ipsos intra quoddā vas iugulant: dehinc eisdem in cōgeriem farinætorum sublati, acinacem crūore perfundunt. Hæc quidem supra conferunt. inferius autem in templo ista faciunt: Virorum interemptorum omnes humeros dextros praecidunt, quos vñacum manib⁹ in aetem iaciunt. & quocunque deciderit manus, ibi rater, seorsim autem mortuus. Cæteris deinde solennibus confessi abeunt. Et sacrificia quidem hæc ab eis sunt instituta. Sues pro nihilo putant, quas nec alere oīnno in suā regione volunt. Quæ verò ad bellum attinent, hunc in modum sunt ab eis comparata. Quem primum vitum ceperit vir Scytha, eius sanguinem potat: quo scunque in pñlio interemerit, eorum capita regi offerit. nam capite allato, sit pñdæ quancunque ceperint particeps, alioqui expers. Caput hoc modo praecidit: In orbem illud amputat circa aures, verticeq; sumpto excutit, deinde pellem detrahit: & ubi sicut bouis corium manibus molliuit, tanquam mantile possidet, eaque & habenis e- qui sui appensa glotiatur: qualia mantilia ut quisque plu- riua habet, ita vir iudicatur pñctantissimus. Sunt quoque multi qui coria hæc humana tanquam brutorum consu- ant, quibus pro amiculis induantur. Multi etiam catforum holtium manus dexteræ cum vnguis excoriant, eisque opercula pharetrarum indegunt. Est autem inter omnia coriæ humanum fetè & crassum maximè & candore splen- didum. Multi etiam totos homines excoriatos, & super li- gna extentes, supra equos circumferunt. Hæc ab illis im- mores sunt recepta. Non tamen de omnium, sed de inimi- cissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisq; illud quod est intra supercilia, recitum proflui excutiat: & crudo tantum bouis corio, si pauper sit, si diues, non modo extetius in- ducat bouido corio, verum etiam interius inaureret, & sic vterque pro poculo vtatur. Idem agunt de familiaribus, si inter eos extiterint discordia, & apud regem victoria sine potiti. Hæc capita hospitibus qui ad eos veniunt VIII auncias existimationis, exhibent: referuntque illos, quin, essent domestici, & ad pugnam lacerissimè, ab ipsis clericis superatos: id strenuitatis loco ponentes. Semel autem quotannis singuli regionū principes miscent viuum cra-

<sup>1</sup> Videretur autem diversam a no- stra lectione se- quuntur esse, nos nostra non intellexisse. quo- tamen ampi- exarsis habet pro eo quod uult, end. & ampli- exarsis.

<sup>2</sup> Suum nullus est illus- vissus:

teiq; phare- træs integræ. vel, & ex eis ex- perientia phare- trarum confi- ciunt.

<sup>4</sup> At capitib. non quidē o- manum, sed iniunctissimo rum, hoc fa- ciunt:

<sup>5</sup> vñusquisq; pugnacis; re- fectus in sua provincia et re- tenevini tem- perat, de quo sc.

¶ Scytha omnes habent aquilas hollis et interfecti sunt non raro. hoc factus nō e intereat, hoc non gloriatur telex.

¶ Sicutque dicitur hoc dicere, singulis tamquam coniunctis, quam perfecte cun- gerent, & in viuis corporibus.

3. Legit oī xāj  
əidooz reto;  
prəvə oī xāj,  
prəcəzə, -;  
səpər̄ sīn t-  
əpətə, p. 10.  
qəməl̄ uat ex-  
ə. T. M. 10. 11. 12-  
x. 13. Cəməl̄ uat,  
qədədə e tə  
jəpəfə sīn  
ə. 13. Mətətə  
gətətə xədəfəs  
n. məlli sədətə.  
Cə. 2. 10. 8. 9.  
təməs effə vətə  
ə. 11. 12. 13. 14-  
x. 15. 16. 17. 18.  
fətətə cəmə-  
ə. 11. 12. 13. 14-  
x. 15. 16. 17. 18.  
ə. 19. 20. 21. 22.  
ə. 23. 24. 25. 26.  
ə. 27. 28. 29. 30.  
ə. 31. 32. 33. 34.  
ə. 35. 36. 37. 38.  
ə. 39. 40. 41. 42.  
ə. 43. 44. 45. 46.  
ə. 47. 48. 49. 50.  
ə. 51. 52. 53. 54.  
ə. 55. 56. 57. 58.  
ə. 59. 60. 61. 62.  
ə. 63. 64. 65. 66.  
ə. 67. 68. 69. 70.  
ə. 71. 72. 73. 74.  
ə. 75. 76. 77. 78.  
ə. 79. 80. 81. 82.  
ə. 83. 84. 85. 86.  
ə. 87. 88. 89. 90.  
ə. 91. 92. 93. 94.  
ə. 95. 96. 97. 98.  
ə. 99. 100. 101. 102.

teri de quo<sup>1</sup> Scythæ omnes hostiū homicidē bibunt, at nō  
gulāt qui nihil p̄t. clari operis ediderint, sed sine honore  
leorum sedent: quæ res apud eos maxima est ignoratiæ.  
Quæ vero cōplutes cardes fecerunt, h̄i duobus patet quos  
habent calicibus potant. Apud eos s̄m p̄t: t̄i sunt vati-  
cinatores, qui plurib. virḡis salignis diuident, ad hunc mo-  
dum: Grandes virgarum t̄ices quæ attulerit, humi po-  
sitos dissoluunt, ac separatim ponētes illarum singulas, va-  
ticipantur.<sup>2</sup> ad h̄c dicendo, viceuerla virḡes p̄tendūt,  
ac rursus sigillatum componunt. Hac est illa tradita a ma-  
joribus diuinatio. Sed Enaries, <sup>3</sup> qui sunt arrogyni, atq;  
sibi a Venere traditam diuinationem, qui v. l. x. fronde va-  
ticipantur. Tiliam vbi quis trifariam sciderit, dicitis suis  
eam implicando ac resoluendo tractat, atq; in hunc modū  
vaticinantur. Horum tres maximè probatos acserit rex  
quoties ex grotat: cui isti semper ferè dicunt hunc aut illum  
eum (nominant autem hominem de quo loquuntur) ve-  
jerale, iurantem per regium solium: (est autem Scythis  
mos plerūq; iurandi per regium solium, quum maximū  
volunt interponere iuriūdūm) pretiusq; is quem dix-  
erint peccat, adductus, coarguitur sciēta diuinandi, tan-  
q; at compertus f. is. de jeraile per regium solium, & ob  
i regem ex grotare. Si ille inficians se negat peccat, etq;  
rem graviter fert, rex duplū vaticinorum acserit: qui in-  
specta humana ratione, si & ipsi hominem petiri con-  
sicerint, sine mor. c. p̄t excidunt: eiusq; facultates inter-  
se parvuntur prius vaticini. Sin vero illi qui super uenient  
vaticini homines absoluuerint, alij atque alij prædicti sunt:  
quorum si plures absoluuerint, decernitur p̄tialis. Is vati-  
cini: est p̄ceundum: eosq; hunc in modum neco: Pau-  
stru. m. concameratum ybi larmenatis refererunt, nobisq;  
inxerunt, varicos pedibus implicatis, & manus p̄t  
regum rectiactis, atq; ore obstruio, excedunt in mediū  
lamentorum: incensisq; lamenatis territudo agitato-  
res, quorum boum multi cum vaticinis concordantur,  
multi autem, cremati utq; plausi tecone, accipiunt.  
Hoc quæ dixi modo comburunt qd: v. s. id est v. v. et  
c. v. v. v. v. v. appellanteq; & evadente. v. v. v. v. v. v. v. v. v. nos.

nos Sed quos morte rex afficit, eorum ne liberos quidē re-linquit, sed vniuersos mares interficit, fœminis nihil læsis. Foedera cum quibuscunq; ineunt Scythæ, hoc modo ine-unnt: In fufo in grandem calicem fictilem vino, commiscet̄ corum sanguinem qui feriunt foedus, percutientes<sup>1</sup> cultello aut iacientes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt acinæ em, sagittas, secutim, gladium. Hæc vbi fecerunt, iefe multis verbis denuoent: postea vinum e-potant non modo ij qui foedus fecerunt, sed etiam comites ij qui sunt maxima dignitatis. Regum autem sepulchra apud Gerribos sunt. Vbi Borysthenes iam nauigabilis est, ibi, quum rex eorum decessit, ingente scrobem effodiunt for-ma quadrata. hoc vbi prepararunt, accipiunt mortuum corpore incerto, alio euulsa atq; expurgata, quam silere contulō & thymiamate apiiq; semine & anisi quum expleuerant, resunat tursus, impositumque plaustro cadauer ad aliam gentem ferunt. Quod qui excipiunt, eadem agunt quæ regij Scythæ: aurem decidunt, crinem circumton-dent, brachia circuncidunt, frontem nasumque confauici-ant, sinistram manum sagittis traiiciunt. Postmodum re-gis cadauer carpento ferunt ad aliam gentem cui imperi-tant, quæ ipsos comitatur ad eos unde primū venerant. Vbi iam mortuum circumferentes, lustrauerunt singulas gentes quibus imperauit, apud eos deponunt qui in extre-mis Getribis habitant, & in sepulchris. Quem postquam su-per torum in loculo posuerunt, bastis hinc atq; hinc defi-xis, desuper ligna disponunt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi spatiotitate aliquam eius pallacam strangu-latam se peliunt, & cum qui vinum milcebat, & cocum & equisone & ministrum & cum quierat à nuntiis, necnō equos & aliarum rerū omnium primitias, quinetiā phia-las aureas. nam argentum aut æs nibil in usu habet. His a-ctis, humum certatum atque audiē iniiciunt, cupientes tu-nulum quam maximum efficere. Circumacto anno, rur-sus hoc agit: E famulis regis intimos sunt<sup>2</sup> (sunt autem famuli regiori, ingenui Scythæ, & quos ipse rex iussit. nam nullus venalitus ei ministrat.) Horum ministrorum quinquaginta quum stragulauerunt, actotidem præstan-tillimes equos, eductis intestinis & expurgatis, paleis

<sup>1</sup> Sunt qui ve-cem Grecam vixi suspe-gam habeant. <sup>2</sup> iaculiu.

<sup>3</sup> autis partē expurgant.

<sup>4</sup> Sunt autē Scythæ indi-genæ. nam fa-muli sunt quos rex ius-sit: nec vi-lus venal. Le-gisse autē vnde tur hic interpr. dicitur pro iugis.

<sup>5</sup> vacuata & purgata alio,

implent, ac consuunt: & ubi dimidium forniciis super duo lignatae supinatum statuerint, alterumq; lumen super altera duo ligna, & ite abha multa huiuscmodi defixint, cum super ea equos impomunt, et assit regis in longum ad cervicem usque traectos, ita ut priores sonices sustineant annos equorum, posteriores vero iuxta femora suscipiant uteros, utcunq; cruribus superne pendebitis. E quos autem infrenant, eorumq; habenas ad palos exteras alligant: deinceps eorum singulos statuunt sanguinos quinquaginta iuuenium strangulatorum hunc in modum, & nictaque eorum rectum stipitem per spinam. Itce uero utq; transfigunt: quod inferius stipitis extatyle, manu diligunt signo illi quo equus traiectus est. His equi bene repulchro circumpositis absunt. Hunc in modum reges seculunt. Alios autem Scythes, qui non decellerunt, proximi queque in ruit, hec cum plaustris collocatos ad amicos circumferunt. eos singuli amicorum excipientes, epulum cadaver comitantes fruebent, tam propinquos quam ceteris. Ad hunc ordinum folgenter, vel quadraginta diebus priuati homines circumaguntur: deinde. hinc humanunt, taliter in ratione prius purgari: Vbi caput exuaniuerunt, ablueuntque, circa corpus ita agunt: Triplagna statuunt mutuo inclinata, circualliter prætendunt lances et lancea pilea, quam maximè possunt contipantes, & in secundantes. pham in medio lignorum pileorumq; posita lapides contiunt exiguae perspicuos. Nascunt autem apud eos canabis lino finissima, præterquam crassitudine ac magnitudine: sed multo quam nosca est præsterior, vel sua sponte nascent, vel sita: ex qua Thraces vestimenta conficiunt linetis finissima: quæ non quis admodum terat, linea sint an canabea, non queat dignoscere: & qui non viderit canabam, existimet lincum esse vestimentum. Huius canabis lumen semen Scythæ sub pileis oculunt, supra lapides signe perspicuos: unde fit thymiam, tantum reddens vaporē quantum apud Grecos nullum thuribulum reddit. Hoc odore stupentes Scythes ciulant: quod apud ipsos ab eo non est locolanactri est. neque enim latuant omnino corpus, sed ante crassum corporis totu scierent, obliuunt.

4 humanur.  
Post quatuor uero  
se benebat  
Scytha, ita se  
puerant. Vbi  
caput abster-  
ierit & lue-  
lios autem Scythes, qui non decellerunt, proximi queque in  
runt, hec cum  
corpus es-  
ciunt.

2 abueum  
3 folgenter, vel  
quadrageinta diebus priuati homines circumaguntur: de  
inde.

4 non quis sit  
vide etiam  
ta uuln.

5 lances et lancea pilea, quam maximè possunt contipantes, & in secundantes.

6 Corpus ex  
tum nullo pa-  
cio lauat. At  
uxores omni  
effundunt ex  
quim deinde  
cypres & ce-  
dro & thutis  
lignis ad ea  
brum altius  
lignis circu-  
runt: eo autem  
quod lata fue-  
rit atterendo  
ab eo non est  
ante crassum  
corporis totu  
scierent, ob-  
liuunt.

pham in medio lignorum pileorumq; posita lapides con-  
tient exiguae perspicuos. Nascunt autem apud eos can-  
abis lino finissima, præterquam crassitudine ac magni-  
tudine: sed multo quam nosca est præsterior, vel sua sponte  
te nascent, vel sita: ex qua Thraces vestimenta conficiunt  
linetis finissima: quæ non quis admodum terat, linea sint  
an canabea, non queat dignoscere: & qui non viderit can-  
abam, existimet lincum esse vestimentum. Huius canna-  
bis lumen semen Scythæ sub pileis oculunt, supra la-  
pides signe perspicuos: unde fit thymiam, tantum reddens  
vaporē quantum apud Grecos nullum thuribulum red-  
dit. Hoc odore stupentes Scythes ciulant: quod apud ipsos  
ab eo non est locolanactri est. neque enim latuant omnino corpus, sed  
ante crassum corporis totu scierent, obliuunt.

faciem-

faciemque medicamentis oblinunt. Ideas simul bene orientes facit, simul posterodie, medicamentis amotis mundas ac splendidas. Externis hirsibus uti magnopere caudent, ne mutuo quidem inter se; sed Græcorum præcipue, ut utique posteaquam deprehenderunt Anacharsin, & deinde iterum Scylem. Siquidem Anacharsis quum multum orbis terrarum contemplatus esset, & multum in sapientia profecisset, eam ad mores Scytharum pertulit. Is dum per Hellespontum nauigans tenuisset Cyzicum, voulit Matrem deorum, (offendit enim Cyzicenos eius diem festum magnifico sanè apparatu celebrantes) si saluus solpesque dominum reuertisset, sacrificaturum se eodem ritu quo Cyzicenos sacrificantes vidisset, & per uigilium noctis institutum. Quum igitur in Scythiam venisset, venit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, ubique omnifariis arboribus referta. In hanc abstrudens se Anacharsis, omnem festi ceremoniam deinceps persoluit, tympanum tenens, exutisque simulachris. Hæc eum agentem quidam Scytha animaduertens, indicium deculit Saulio regi. Rex quum & ipse contulisset se coram, & Anacharsin ea facientem inspexisset, excussa sagitta peccauit. Et nunc si quis de Anacharsi interroget, Scytha negant se nouile hominem, ob id quod in Graciā peregrinatus externosque fit mores sectatus. Licet (ut ego accepi) tutor fuerit Timonis, filii Spargapithis, patruusque Indathyri Scytharum regis, filius Guri, nepos Lyci, pronepos Spargapithis. Itaque si ex hac familia extitit Anacharsis, constatum a patruelē fuisse interemptum. Indathyrsus enim fuit filius Sauli, Saulius autem fuit qui Anacharsin intererat. Quanquam & aliud quiddam Peloponnesos audiui referentes, Anacharsin à rege Scytharum missum, Græcię factum esse discipulum, & quum redisset, dixisse ad eum qui ipsum misserat, cuicostos Græcos esse in omni sapientia occupatos, Lacedæmoniis exceptis, qui soli rationem habent diandi & accipiendi prudenter. Verum hæc narratio aliter ab ipsis Græcis delusa est. Hic igitur vir (quemadmodum antea si ex hac sam. fuit Anach. sc. à patruelē intercep̄tus fuisse sciret Indathyrsus, &c. Erit autem alijs; αναχάρσιος in verbo Græci, non expressione.

\* vel eo quo dictum est modo, intercep̄tus fuit.

ramentis  
qui bus se ob-  
leuerant,  
2 ut collendit  
Anacharsis,  
& deinde re-  
tuim Scyles.  
Anacharsis en-  
imi quā mul-  
to orbis ter-  
rarum spacio  
pediuītatio,  
magisq; sapi-  
entia tibi in-  
de compata-  
ta. Scythicas  
sedes repe-  
ret, per Hel-  
lesp. nauigās,  
Cyzicū appu-  
lit. ubi voulit  
Matti d.

3 clā ingre-  
sus est Hylæa.  
vel, in Hylæam  
se at didic.

4 Legit Valla  
ex duoxi p̄p̄os  
pro cæsori-  
p̄p̄os, pro quo  
porpora legitur  
in vñl. cd. t.  
cæsori-  
p̄p̄os.

5 Ut aut̄ ego  
ex Timone tu-  
tore Spargapi-  
this, audiui,  
sagittā cū In-  
dathyri te-  
gis Scytharū  
patruum, hli-  
num autē Gru-  
n. L. p̄on. Sp.

et huic qui- dictum est) mortem appetiit.' & ipse quidem ita egit pro-  
dem propter pter externos ritus & Græcorum consuetudinem: multis  
externos rit' autem sanè annis postea interiectis ita passus est Scyles. A-  
& propriet cō ripithis filius. etenim Aripithes Scytharum rex, cum alios  
suetudinem filios multos, tum Scylem sustulit ex uxore Istrina, haud-  
quæ illi cum Græcis fuerat  
talia cōige-  
rat. Mul. &c.  
Q.d. Ita autem  
hunc sita dīnōsa  
fuit istam ex-  
ternos cogni-  
tio. & cito de-  
nali posse  
annu.

quaquam indigena, quæ filium Græcam linguam literas-  
que edocuit. Interiecto deinde tempore, Aripithe per do-  
lum occiso à Spargapithe Agathyrorum rege, Scyles re-  
gum suscepit, & uxorem patris, nomine Orcam. Erat  
autem Orcam hæc ciuis, ex qua erat Aripithi filius Oricus.  
Scyli regnum Scytharum obtinenti Scythicus tamen vi-  
uendi mos nihil protinus cordierat, sed Græcus, in quo fue-  
rat imbutus a puero: ideoque multo magis ad hunc exer-  
cendum se conuertebat. Vtiq: quum ad urbem Borysthe-  
nitarum Scythicum ducebat exercitum, (Borysthenitæ  
autem se à Miletis aiunt esse oriundos.) ad hos, inquam,  
quoties Scyles veniebat, relicto in suburbanis exercitu, i-  
pse niros ingressus portas obliterabat: depositaq: Scythica  
stola, Græcum sumebat vestimentum, & eo indutus, per  
forum spatiabatur, nullo neque satellitum neque populi  
comitatu, appositis qui portas custodirent, ne quis Scytha-  
rum cerneretur gestantem huiusmodi stolam: & cum  
exteris Græcorum institutis vtebatur, tum in faciendis  
deorum sacris. Et quum ibi tempus menstruum aut am-  
plius triuerat, abscedebat, induta sibi Scythica stola. Idque

z. i. Dionysii bacchici fa-  
ctus initiati  
cuius, & iā  
iam initiati-  
nis ritum ag-  
s agendi bac-  
chanalia con-  
suetudinem.  
negantes ta-  
toni cōsentia  
neū elīe exō  
gitare deum  
qui homines  
a iūntam  
asigat.

sex numero faciebat, extructis tibi ædibus illic, & uxore  
iliinc accepta. Sed quum foret ei malè euenturum, ex hac  
occasione malè euenit. Affectionate Dionysum baccha-  
nalem initiari, ac hostiam initiationis iamiam sumptuoso  
in manibus, oblatum est ingens ostentum. Erant ci in vr-  
gissimo, oī. be Borysthenitarum circum ædes suas, (quarum paulo an-  
tè habui mentionem) magnas atque magnificas, è lapide  
candido sphinges & grypes stantes, in has ædes deus ful-  
men iaculatus est, totaque deflagraverunt. Scyles nihil o-  
minus initiationem petagit. Eniuero Scythæ Græcis  
probrio dant bacchandi consuetudinem, negantes esse  
credibile deum inecusse quo homines ad dementiam adi-  
gitur. P. u. eaque in bacchanalibus sacris iniciatus est Scy-  
les, quidam Borysthenitarum Scythis indicium detulit, in-  
quens,

quiens. Vos quidem Scythæ nos irridetis quod bacchanalia agamus, quodque nos deus occupet: at nunc demum hic vestrum quoque regem occupauit. nam bacchanalia exercet a deo in dementiam actus. Quod si mihi non habetis fidem, sequimini me, rem vobis ostensum. Primo res Scythurum hominem sequuti sunt: quos Borysthenita ille deductos circulum in turri collocauit. Vbi adfuit Scyles cum thiafo, Scythæ cum bacchabundum conspicati, rem ingentis calamitatis esse duxerunt: digressiq; ea quæ viderant omni exercitui indicarunt. Post huc ubi ad lares suos rediit Scyles, defecerunt ab eo Scythæ, delecto fratre eius Octamalade, ex filia Tere genito. Scyles cognito quid de se fieret, & quam ob causam, profugit in Thraciam. Id quum audisset Octamalades, cum exercitu aduersus Thraciam contendit: cui ad Istrum progresso Thrases occurrerunt. Et quin conflicturi essent, Sitalces ad Octamaladem misit caduceatotem, cum his mandatis, Quid opus est inter nos tentare fortunam? Tu quidem sororis meæ filius, sed habes germanum meum, quem si mihi reddideris, ego vicissim Scylem tradam tibi. Ita neque tu, neq; ego periclitabor exercitu. Erat enim apud Octamaladem frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc a Sitalce oblatam conditionem Octamalades accepit, redditoque Sitalci fratre, eodemque auunculo suo, Scylem recepit fratrem. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum: Octamalades autem eodem die caput Scyli dempsit. Ad eò sua instituta Scythæ obseruant: & iis qui externos ritus adsciscunt, tales irtogār vœnas. Multitudinem autem Scythurum non potest acte indagare, quum de eius numero varia referentes audiam, & permultos illos, & rursus paucos esse vtiq; Scythes. Quantum autem sub aspectum meum venit, est inter Borysthenem & Hypanin flumina locus nomine Examp̄us, cuius etiam aliquanto antea habuimus mentionem, quum dicebam fontem in eo esse aquæ amarae, Hypanin in quem fluit, impotabilem reddentis. Hoc in loco iacet ahecum sexies tantum quantus crater qui est in ostio Ponti, à Pausania Cleombrori filio dedicatus. Quod si quis illum non inspexit, hunc ei in modum declarabo: Sexcentarum est amphoratum facile ca-

Scyles quā  
ita se tractati  
videret & cau  
sam sciret. vel.  
quā videret us  
in se confite

pax, crassitudine digitorum sex. id aiunt iadigenz ex aculeis sagittatum esse factum. regem enim suum, nomine Arianteum, quum nominem Scytharum scire vellet, iussisse singulos Scythes conferte singulos sagittarum aculeos, proposita morte ei qui non ferret. Ita magnam vim collatam esse aculeorum: & ex his confectum abenum illud placuisse ei pro monumento relinquere, & in hoc Exampano dedicare. Hoc de multitudine Scytharum audiebam. Miracula autem haec regio nulla habet, praeter flumina cum multo maxima, tum numero plurima. Si quid tamen praeter flumina & magnitudinem campi exhibetur admiratione dignum, id dicetur: Vestigium Herculis ostendunt petra impressum, virili vestigio simile, bicubitali magnitudine, iuxta fluviū Tyrem. Et hoc ita se habet. Redeo ad eam quam ab initio institueram orationem: Dario aduersus Scythes exercitum comparanti, dimissis nuntiis ad imperandum, aliis ut peditatum, aliis ut classi præstatent, aliis ut Bosporum Thracium iungerent: Artabanus Hyrcaspis filius, Darij frater, solebat illum villo pacto Scythis inferre bellum, commemorans Scytharum inopiam, utilia suadens: quum tamen non persaderet illi, destitit a dissuadendo. Darius, ubi omnia ei in expedito fuere, copias eduxit ex urbe Susis. Ibi cum Oebazus quidam Persa, cui tres filij etant omnes in militiam cuntes, obsecrabat ut unum sibi ex illis relinqueret. Cui Darius tanquam amico & modesta obsecranti, respondit se omnes eius liberos relicturum. Eo responso Oebazus magnopere letabatur, sperans liberos suos missionem habere militare. At ille præpositos filiis Oebazi iussit ut omnes eos interimerent. Ita filii Oebazi obtruncati, illic sunt relicti. Darius Susis mouens, peruenit ad Bosporum Chalcedonis, ubi pons iunctus erat. Illic cōscensā nauī, transiūs in insulas nomine Cyaneas, quas Græci prius errabundas fuisse aiūt. Ibi sedens in templo subiiciebat oculis Pontum, rem spectaculo dignam. nam inter omnia maria est maximè admirabile. Cuius longitudo est undicim millium ac centum stadiorum: latitudo (qua latissimum est) triū millium ducentorum. Huius pelagios latitudinis est quatuor stadiorum: longitudo oris (quod est collum)

*i. id est, Ponti  
bus conserne-  
sent.*

*i. & non ni-  
mīa pereorti.  
et. Rē non ni-  
mū magna per-*

*i. vel posse.  
eos quorū id  
olbecium erat  
iuss.*

collum ) quæ Bosporus dicitur, ubi pons connectebatur, circiter centum viginti stadia, ad Propontidem usque pertingens. Propontis autem quingentorum stadiorum est, mille & quadringentorum longitudinis, influens in Hellesponium. Ibi scilicet Helleponus, vix angustissimus, stadiis septuaginta quadrangenter longus, intans pelagi vastitatem quod Argum vocatur. Itæ autem ita diuina sunt. Nauis levem et omnino levigata milia passuum longior die, non le vero sed xaginta milia. Itaque è fauibus Ponti ad Pontum (hoc est enim Ponti longissimum) novem dies, et noctem, est navigatio, & octo noctium, quæ sunt mille centum, & decim milia passuum, hoc est stadiorum unde citè milia accentum. E Scythica autem ad Thessaliam, quæ est super flumen Thermodontem (hic namque Ponti latitudinem est) trium dierum duatunique noctium est navigatio, quæ sunt passuum trecenta actria millia, stadiorum vero tria millia & trecenta. Hunc igitur in modum Pontus ac Bosporus & Helleponus a me dimissa sunt, & secundum ea quæ dixi, sicum habent. Quinetiam Pontus hic paudem habet influentem in se, non multo quam ipse est minor, quæ Maeotis appellatur, & mater Ponti. Darius, ubi Pontum contemplatus est, ienauigauit ad pontem, cuius architectus extitit Mandrocles Samius. Contemplatus item Bosporum, duos super eum cippos erexit è candido lapide, literis incisis in unum quidem Assyriis, in alterum vero Græcis, omnes gentes quas secum ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat, continentes numero septingenta millia hominum cum equitatu, præter classem, quæ constabat è nauibus sexcentis. His postea cippis Byzantij in urbem suam translatis vñi sunt ad aram Diana Orthosiæ, præter vnum lapidem, qui apud Bacchi delubrum in eadē urbe relictus est literis Assyriis oppletus. Ceterum Bospori locus quem rex Darius ponte commisit, coniectanti mihi videtur mediis inter Byzantium & templum quod supra fauces est. Post hæc Darius ponte subilio delectatus, auctorem eius Mandroclém Samium donauit decuplo. Ex cuius principiis Mandrocles pictis animalibus comissionem Bospori & regem Darium in Medico solo

<sup>2</sup> indicantib<sup>z</sup>  
enes g. Hoc  
aut alius ha-  
bitus modis parti-  
cipium subae-  
dendam vide-  
tur.

<sup>3</sup> Hieronimoflu-  
ctus Uræus tem-  
pore

sedentem, ac suas copias traducentem, effixit, eamq; pi-  
eturam templo Iunonis dedicauit, cuj; hac inscriptione,

*Quirate piscojum coniunxit Bosporum, impletum*

*Darii regu vota, iubentis opus,*

*Iunoni Mandrocles haec monumenta dicavit,*

*Ejus honor Samiu unde, corona sibi.*

Hęc igitur monumenta extiterunt eius qui pontem com-  
pegit: quem vbi remuneratus est Darius, transmisit in Eu-  
ropam, iussis Ionibus nauigare in Pontum: sq; ad Istrum,  
atq; vbi eò peruenissent, se illic p̄t stolari, seu ium p̄t  
iungentes. Ducebant enim classem Iones & Aoles & Helle-  
spontij. Hi p̄t Cyaneas, reclā ad Istrum nauiga-  
runt, subiectiq; duorum dierum itinere a mari ad fauces  
fluminis, vbi in diversa scinditur, illud p̄tne iungunt. Da-  
rius, transmisso per ratem Bosporo, faciebat per Thraciam  
iter, & quum ad fontes Teari amnis peruenientum esset, tri-  
duo hic habuit statua. Tearus fertur ab accolis omnium  
amnium esse optimus cum ad alios morbos, tum ad sca-  
biem cuiandam vel hominum vel equorum. Eius enim  
fontes duodecaginta sunt, ex eadem petra manantes,  
partim frigidi, partim calidi. Ad hos tantundem viæ est à  
Iunonis templo eius urbis quæ iuxta Perinthum est, & Ap-  
ollonia quæ est in Ponto Euxino, duorum dierum utra-  
que. Fluit autem Tearus hic in flumē Contadetum, Con-  
tadesdus in Agrianem, Agrianes in Hebrum, Hebrus in  
mare iuxta urbem Aenam. Ad hunc igitur amnem quin  
peruenisset Darius, castraque posuisset, oblectatus amne,  
cipium erexit, his literis inscriptum, TEARI AMNIS

*Sic vorare  
ridetur eis  
fontes quos esse  
duo duode-  
quadragesima.  
2 PRAE-  
BANT.*

*CAPITA OPTIMAM AQUAM ATQUE PULCHER-  
RIMAM CVNCTORVM AMNIVM CONTINENT,  
ET AD EA PERVENIT, EXERCITVM DVCENS AD-  
VERSVS SCYTHAS, VIR OPTIMVS ATQUE PUL-  
CHERRIMVS CVNCTORVM HOMINVM DARIUS  
HYSTASPIS FILIVS, PERSARVM CVNCTAEQVE  
CONTINENTIS REX. Hęc sunt illic inscripta. Darius  
hinc inueniens venit ad alium amne nomine Attiscum, qui  
per Odrysas fluit: quō vbi peruenit, ita agēdū sibi putauit:  
Ostensu certo loco copiis suis, iussit illic singulos quoque  
prætercuates ponere singulos lapides. Id quum omnis ex-  
erci-*

ercitus fecisset grandes acerui lapidū effecti sunt: quibus relictis, Darius illinc mouit. Sed priusquam ad Istrū perueniret, primos subegit Getas, qui immortales agunt. Nam Thraces qui Salmydesū, quiq; supra Apolloniā & Mesambriam urbē incolunt, & qui Cyrmianæ & Mypsaxi vocantur, sine pugna sese Dario dediderunt. Getæ vero per imperitiā relitterentes, in seruitutem redacti sunt, quum sint fortissimi Thracū atq; iustissimi. Immortales autē agunt hoc modo: Morti se nō putant, sed eū qui defunctus est, meare ad Zamolxin *demonem*, quem nonnulli eorū opinantur eundē esse Gebeleizn.<sup>1</sup> Ad hūc mittunt assidue cum nauī quinq; remigium nuntium quempiam, ex seip̄is forte delectum præcipientes ea quibus semper indigent. eumq; ita mittunt: Quibusdam eorum datur negotium ut tria iacula tenent: alius, vt comprehensio eius qui ad Zamolxin mittitur, manibus pedibusque, hominem agitantes in sublime iacent ad iacula. Qui si imp̄ficiuntur exinguuntur, propitium sibi deū arbitrantur: sin minus, ipsū nullum insimulant, asseuerantes malum illum esse virum. Hoc iniuncto, aliud mittunt, dantes adhuc viuendi mandata. Idem Thraces, dum tonat fulguratque, in cœlum sagittas excutiunt, deo minitantes quod nullum alium præter suum esse arbitrantur. Verūm (vt ego à Græcis accepi, Hellespontum & Pontum incolentibus) Zamolxis hic, homo fuit, Samique seruitutem seruiuit Pythagoræ Mnesarchi filio. Illic natus libertatem, quum multum pecuniae comparasset, in patriam rediit. qui quum animaduerteret Thraces male viuentes & inscitè, ipse edocitus Ionicum viuendi genus & mores liberaliores quam Thracum, vt qui conuersatus esset cum Græcis,<sup>2</sup> cumq; Pythagora non infirmissimo inter Græcos sophista, domicilium exstruxit in quod primos quoq; popularium in conuiuū accipiebat, & inter conuiuandum docebat, neque se neque suos conuiuas,<sup>3</sup> neque illos qui illuc assidue gignerentur, interire: sed in eum locum ire vbi superstites omnium bonorum compotes essent. Duni ea quæ commemorata sunt ageret atque diceret, interim subterraneum ædificium struebat. Quo prorsus absoluto, è Thracum conspectu se subducit, descendens in illud subterraneum ædificium. V-

*1. ab aranīzor-*  
*nus. i. ad*  
*verbis, Im-*  
*mortalizantes;*  
*quid statim*  
*post ab ipso au-*  
*thore exposa-*  
*tur.*

*2. Semper au-*  
*tē solēt quin-*  
*to quoq; an-*  
*no quempia*  
*e fructuō na-*  
*mēto forte*  
*delectū, non*  
*tiū nulli mit-*  
*tere, mandata*  
*ci dantes de*  
*jis quæ ubi*  
*opus fuit.*

*3. & quidem*  
*cū Pythago-*  
*ra philoso-*  
*phorum non*  
*infimo,*

*4. nec eos*  
*qui ex ip̄is in*  
*omne tēpus*  
*nascerentur,*  
*interitatos.*  
*sed in cum lo*  
*cum ventu-*  
*ros vbi, &c.*

bī circiter tūcenniū egit, desiderantibus eis Thracibū, de  
deuentibus tanquam mortuum: quāto aīo se eiādē in  
conspectū dedit, atq; ita credibilia sunt affecta quā illis ex-  
potuerat. Hęc Zamolxin aiunt fecisse. Cuius subterraneo  
adūctio neq; fidem detraho, neq; valde credo, sed multis  
eum ante Pythagoram annis excitisse arbitror. Verū in liue  
Zamoisīs hūent homo quisq;ā, siue tit dæmon Getarū in-  
digens, valeat. Geta hoc tūcū videntes, vbi a Persis tubacti  
fuerunt, exterum sunt exercitū sequuti. Darius vbi ad Istrū  
pēruenit, & vniā pedestres copiae cunctiq; armē transmis-  
rūt, tunc verò iussi lōnes, postquā tātem solauit, te qui se  
pedestri itinere cum nauticis copus. Qui quāq; ratē solu-  
turi essent & imperata facturi, Coes Erxanori filius, Mity-  
lenxorū dux ita apud Darium verba facit, sc̄iscitatus an-  
te aīnunquid ei gratum foret audire sententiam dicere vo-  
lentis: Quām aduersus eam tertā rex facias expeditionem,  
in qua fētūr nihil atari, nullas vthes coh, sinito nunc poa-  
tem hoc loci state, telictis ad eius tutelam custodibus ins-  
qui eum contexuerunt: per quēm siue ex sententiā tem ge-  
remus Scythis inuētis, siue illos inuenire nequibimus, tu-  
rus nobis sit redditus. Neq; enim vēcor ne p̄xilio cōmillo  
a Scythis superemur: sed potius ne eis non inuentis aliquid  
patiamur errabundi. Atēnū credat me quispiā mea ipsius  
causa hęc dicere, vt hic subsistam: ego verò, quod in tuam  
rem esse fēcio, rex, id in medium profero. ipse te sequi vo-  
lo, neq; hic tēlinqui. Delectatus admodum eo consilio Da-  
rius, ita respondit, Hospes Leslie, fac omnino quām hospes  
domum rediero, p̄stō in hiis, vt te ob egregium consi-  
gium egregiis factis remunerē. Hęc loquitus, ubi sexagin-  
ta nodis lōrum iōnodauit, accitis ad colloquium tyrannis  
lōnibus, ita loquuntus est, Viri lōnes, quam prius habueram  
de ponte sententiā eam missam facio. vos sumpto hoc lo-  
ro, hęc ita velim agatis: quo ex tempore videritis me ra-  
ptissimē iter intendentē in Scythes, ex eo tempore incipiē-  
tes, soluite singulis dēbus singulos nodos: intra quod tem-  
pus nisi adfuero, sed dies nodorū exierit, vela facite in pa-  
triā vestrā. interea, quoniam consiliū mutauī, agite custo-  
diā ratis, & omne studiū illi & conseruandæ & custodiendæ adhibere: quod facientes, maiorē in modum mibi gra-  
tifica-

1 Pōensem u-  
erū statim post.

2 admittē-  
re sententiā,  
vel consiliū, ab  
eo qui pro-  
ponere vel-  
let. id est. au-  
tem pr̄ ebere  
consilio.

3 des te mihi  
in conspectū,

4 simulat-  
que videritus  
me in Scyth.  
proficiisci, ex  
eo temp.

tificabimini. Hæc loquutus Darius, promouer exercitum.  
 Thracia tcellus in mare tendens, Scythicæ prætenditur, qua  
 finū faciente Scythica exicit: & illic Ister in mare subit, ostio  
 in ventum curum conuerio. Quod autem ab Istro soli Scy-  
 thici secundum mare est id metiendo, indicare aggrediar:  
 Ab Istro hæc iam vetus Scythia est, meridiem versus &  
 austrum potita, vsq; ad urbem Carcinitidem eiusdem de-  
 inceps quod ad mare fert montosæ regionis, & in pontum  
 porrectum, incolit gens Taurica vsq; ad Chersonesum di-  
 ciam tracheam, *id est asperam*. Hæc ad mare pertinet  
 quod ad ventum subsolanum vergit. Sunt autem finium  
 Scythicæ partes duæ, ferentes ad maria, una ad meridia-  
 num, altera ad orientale, quemadmodum Atticæ regionis,  
 quod sic partem Scythicæ Tauri incolunt ut si Atticæ in-  
 gumi Suniacum alia gens non Atheniensis incoleret, quod  
 a tribu Thorica vsq; ad Anaphylastam magis in Pontum  
 porrigit promontorium. talis est ( ut parua cum magnis  
 comparem ) Taurica regio. Qui autem non est hanc Atticæ  
 partem præteruectus, huic alio modo planum faciam:  
 ut si lapygiæ non lapyges sed alia gens imperans, diuisa  
 terra i Brundusio vsq; Tarentum, promontorium incole-  
 ret. Quum hæc duo dico, multa alia similia dico, quibus  
 Taurica gens est comparanda. A gente Taurica deinceps  
 Scythæ supra Tauros & orientale versus mare incolunt, &  
 quæ Bospori Cimmerij sunt ad vesperam vergentia, & quæ  
 paludis Maeotidis Tanai tenus, qui influit in huius paludis  
 secessum. Itaq; ab Istro iam que superiora sunt ferentia in  
 mediterranea, discludunt Scythiam ab Agathyrsis, deinde  
 à Neuris, deinde ab Androphagis, postremò à Melanchlæ-  
 nis. Itaq; Scythæ veluti formiam quadratam habentis, duæ  
 partes quæ ad mare pertingunt, altera ad mediterranea fe-  
 rent, altera ad maritima, vsquequaq; sunt pares. nam ab  
 Istro ad Borysthenem, decem dierum es iter, tantundem à  
 Borysthene ad Maeotidem paludem. A mari mediterranea  
 versus, vsq; Melanchlænos qui supra Scythas habitant,  
 viginti dierum iter. Supputantur autem à me in singulos  
 dies itineris ducena stadia. Ita transuersa Scythæ exūt qua-  
 tuor millium stadiorum: recta quæ ad mediterranea fecūt,  
 totidē stadiorū. Tantæ est hæc terra magnitudinis: i Scythæ

*1. Maeotidis.  
 illa tamen al-  
 tera appellatio  
 frequentior est.*

*2. Maeotis.  
 3. Porro Scy-  
 thæ, quæ ini-  
 ca apud se ra-  
 uione se solos  
 impares esse  
 animadverus  
 licet copili  
 Dac.*

inter se colloquuti, quum soli impares essent copiis Darij prælio repellendis, nuntios ad finitimos misere. Eorum reges ubi conueniente, consultabant ut ingenti exercitu inuadente. Erant autem qui conuenerant reges, Taurorum & Agathyrsorum, & Neutorum, & Androphagorum, & Melanchlænorum, & Gelonorum, & Budinorum, & Sauromatarum. E quibus Tauri huiusmodi moribus utuntur: Virginis naufragos immolant, & quoscunque Græcos illuc delatos: hoc modo, Postquam preces peregerint, hominis caput clava feriunt, truncum eius quidam aiunt deturbati è rupe. nam in rupe prærupta templum est eorum situm. cruci affigunt caput. Quidam de capite suffigende consentiunt, se i truncum è precipitio deiici negant sed humo contegi dicunt. Daemonem cui immolant, ipsi Tauri aiunt esse Iphigeniam, Agamemnonis filiam. In hostes autem quos ceperint, hoc aiunt: Amputatum quisque caput hostis domum reportat, & fusti suffixum admodum sublime supra tecta statuit, & plerunque supra fumarium: ideo in sublimi locantes quod dicant eos totius domus est vel luxi secustodes. Viuunt autem è rapto & ex bello. At Agathyrsi excultissimi viri sunt, & autum plerunque gestantes. In commune cum mulieribus coeunt, vt inter le germanni sint ac domestici omnes, nihil neque liuoris neque odij mutuo exerceentes: in cæteris ad Thracum consuetudinem accedunt. At Neuri Scythicis quidem utuntur moribus qui vna ante Darij expeditionem xatae coacti fuerant solum vertere propter terpentes. nam serpentum cum magna vis ex iporum solo est edita, tum maior supernè è locis desertis ingruerat: quibus usque adeo infestati fuerūt, vt relieto suo solo cum Budinis habitauerint. Idem periculum autem hi in faciunt se homines esse maleficos, quod dicuntur à Scythis cantatores esse, & ab iis qui in Scythia incolunt Græcis, semel quotannis sioguli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in pristinum habitatum redire. quod tamen dicentes mihi non persuadent: nihilominus tamen illi aiunt ita esse, ac deierant. Androphagi agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudiciis, non legibus utentes, pecuariam exercentes: vestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt,

<sup>i</sup> autem hi in faciunt se homines esse maleficos, quod dicuntur à Scythis cantatores esse, & ab iis qui in Scythia incolunt Græcis, semel quotannis sioguli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in pristinum habitatum redire. quod tamen dicentes mihi non persuadent: nihilominus tamen illi aiunt ita esse, ac deierant. Androphagi agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudiciis, non legibus utentes, pecuariam exercentes: vestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt,

gerunt, unde & cognomen habent, qui soli ex his humana carne vescuntur, institutis Scythicis videntes. Budini, ingens natio atque numerosa vehementer cæsiis oculis omnis ac rufa: quorum urbis nomine Gelonus è materia constructa est muto alto è materia toto: cuius singula latera tricentrum stadiorum sunt magnitudinis. Ædes quoq; cum priuatum sacre sunt è materia. Nam visuntur ibi deorum Græcorum templa Græcanicè extructa, simulachris, aris, delubris ligneis. Dionysio trieterica, id est triennalia, agunt, & bacchanalia exercent. quippe Geloni quondam Græci fuere, sed summoti inter Budinos habitauerūt, lingua partim Scythica, partim Græca videntes. Budini à Gelonis & lingua & victu suarū dispares. nam quū indigenæ sint, <sup>1</sup> pecuariæ operā dant, soliq; eius regionis pedunculos edunt. at Geloni agriculturæ operam dantes frumento vicitant, & hortos possident, nihil illis neque aspectu neque colore similes. Vocantur autem à Græcis Geloni, etiam Budini isti, non rectè vocantibus. Horum regio omnis est atboribus frequens, & ubique plurimum consita, ubi est lacus ingens & multus, & palus, ac multū circa arundinis. Ex quo facultræ capiuntur, & castores, & alix feræ, forma oris quadrata, quorum pelles ad renones faciendos consuntur, & testiculi <sup>2</sup> ad curanda posteria sunt. De Sauro-matis vero ita memoratur: Quū Græci præliati sunt cum Amazonibus (quas Scythæ Eorpatæ vocant, quod nomen potest transferri Viricidæ: æter enim virum dicunt, pata autem, occidere) feruntur post victoriam prælij ad Thermodenrem facti, abiisse, portates tribus in nauibus quas cunque potuerant ex Amazonibus viuas capere: quibus illæ in pelago insidiatae, cunctos trucidavere. Sed quum nauies haberent incognitas, nec gubernaculo aut velis aut remis ut scirent, interfectis viris, ferebantur secundum tempestarem & ventum. Delatæque sunt ad paludis Maeotidis prærupta, quæ Scytharum liberorum telluris sunt. Ibi è nauibus egrelli Amazones, ad loca habitata iter facientes, quod primum nactæ sunt e quorum armentum, diripiunt, conciduntque: & obsequitantes, è Scythis prædas agunt. Scythæ qui illuc rei esset coniicere nequivant, quum neq; vocem, neq; vestem, neq; gentem agnoscerent: admirabun-

<sup>1</sup> Nomades sunt.

<sup>2</sup> morbis matricis auxiliantur. <sup>ad</sup> verbū. Ad me deam matrīcē conferunt.

di vnde venirent, & rati cunctos esse viros eiusdem aetatis.  
Sed commissa cum eis pugna potiti quibusdam illarum,  
ita denum fœminas esse coguauerunt. Itaq; consilio habi-  
to vñsum est eis, nullo pacto posthac quampli illarum esse  
occidenda: sed ex se qui in maxime iuuenes essent, ad eas esse  
mittendos, eodē numero quo illas esse coniectabāt, qui sua  
prope earū castra haberent, & eadē quæ illæ facerent. Si  
inuaderentur, pugnarent seu lucterfugerent: vbi subsiste-  
rent illæ, ipsi cuā proximè accedentes castra ponerent. Hoc  
Scythæ idcirco decreuerunt quòd prole ex illis suscipere cu-  
piebant. Adolescentes qui misli sunt, mādata peregerunt.  
quos vbi Amazones intellexerunt neutriū ad se lœdendas  
venisse, valere finebant. quotidie tamē castra castris propi-  
us admouebātur. Ceterum ne ipsi quidē adolescentes qui-  
quam habebant, quemadmodū Amazones, præter arma  
& equos: & eandem vitā quam illæ viuebant, venando atq;  
prædando. Circa meridiē Amazones solebant aut singulæ  
aut binæ separatim à reliquis ad ventrē leuandum longius  
vagari. ea re Scythæ cognita, & ipsi idem faciunt. quorum  
euidam vna illarū, quæ lolinaga erat propinqua quoniam fuis-  
set, non se auertit, sed de colloquendo deliberabat. nec ap-  
pellare poterat eum quocum nō esset prius congressa, ta-  
men manu significauit vt ad cūdein locū postridie rediret  
adducto secum altero, vt duo essent: se quoq; alteram ad-  
ducturam. Digressus ab ea adolescentis hęc enarrat ceteris:  
posteroq; die solum secum ducens, ad locum præstò fuit,  
acciperit Amazonem expectantem sociam. Eius rei cer-  
tiores facti reliqui adolescentes, & ipsi seducunt ceteras.  
Post hęc commixtis castris pariter habitarunt: eam quis-  
que uxorem cum qua primū coierat, habentes. Earum  
vocem quum ipsi discere non possent, ipsorum illæ disce-  
bant. Et quum utrique inter se conuenissent, viri ad Ama-  
zones ita dixerunt, Nobis parentes sunt pariter & faculta-  
tes: proinde non agamus diutius hanc vitam, sed hinc di-  
gressi in hominum frequentia degamus, vbi vos habebi-  
mus uxores, nequaquam alias. Ad hęc illæ responderunt,  
Nos verò non possumus vestris cum fœminis habitare.  
quibus non indein qui nobis sunt mores. nos enim arcu-  
tela excutimus, & iaculamur, & equitamus, multibria

<sup>1</sup> Si ipsos  
inuaderet, ne  
pugnaret, sed  
subterfuge-  
retur.

<sup>2</sup> Quum au-  
tem quidā v-  
ni Amazoni  
scorsum à ce-  
teris vaganti  
corpus iunge-  
rer, illa min-  
ime repulit,  
sed copiā sui  
fecilēr annq;  
significauit,  
quā voce nō  
possit, (neq;  
enim se mu-  
tuō intellige-  
bant) vt ad  
eund.

<sup>3</sup> Amazonem  
alterā ipsuni  
expectantem

<sup>4</sup> immatri-  
monium sibi  
ceteras con-  
ciliarunt.

mine habitant vltini, solitudinem versus: & supra plagam theri den dictam, a Thebis itinere dierum decem, primi Ammonij, habentes templum ad Theban: Iouis effigiem, etenim Thebis ( quemadmodum à me memoratum est) aspectu arietino Iouis simulachrum est. Apud hos est alia quoque aqua fontana, quæ sub matutinum quidem tepet, sub horam autem qua forum frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multo frigidior est, eaque hora hortos irrigat. Declinato iam die remittitur frigus, donec sol occidit: tunc tepescit, magis ac magis calecens, ad mediam usque noctem, quo tempore feruens exsatuat: præterita nocte media, ad auroram usque refrigerescit. cognominatur autem fons iste, solis. Post Ammonios autem per supercilium fabri, decem rursus dierum itinere est collis salis, & aqua illi Ammoniz par, hominibus circumhabitantibus, cui loco nomen est Ægila, ad quem locum Nasamones veniunt palmulas decerpsum. Rursus decem dierum spatio ab Ægilæis aliis collis est salis, & aqua, & palmularum fructiferarum magna vis, quemadmodum apud alios: incolentibus illic hominibus quibus nomen est Garamantibus, natione sanè magna, qui inducta super salem humo, ita serunt. Ab his ad Lotophagos breuissimum iter. A quibus triginta dierum spatiu[m] est ad eos apud quos gignuntur boues præpostetè pascentes. Ideo autem præpostere pascuntur, quod cornua inflexa anterius habent, & ob id cefsim eunt pascuntur. nam offensantibus in terra cornibus, progreendiendo pasci nequeunt: alioqui nihil differentes à ceteris boibus, præter crassitudinem pellis atq[ue] duritiæ. Garamantes hi Troglodytas Æthiopes quadrigis veniantur. nam Troglodytes Æthiopes, omnium quos fando cognouimus perniciissimi pedibus sunt, serpentibus, lacertisque & alia id genus reptilibus vescentes, lingua nulli alteri simili videntes, sed vespertilionum more stridentes.

**N**ā omnibus quidem simul nomen est Atlantes. id est, commune quidem universa genti nomen est Atl.

A Garamantibus decem quoque dierum itinere aliis collis est salis, & aqua: accolatis hominibus quibus nomen est Atlantibus, solis omnium hominum, quos ipsi nouimus, innominatis. nam sales quidem apud eos vocantur Atlantes, singulis autem eorum nullum nomen imponuntur. His olearum transcendentem execrantur, eiisque præter omnia

omnia conuitia ingerunt, quod torridus & ipsos & regionem perdat. Post totidem dierum iter & aliis tumulus salis est, cum aqua, & hominibus accolentibus. Cui confinis est mons nomine Atlas, angustus, & vndeque teres: & (ve ferrut) adeo cellus ut eius cacumen nequeat cerni, quod à dubibus nunquam relinquatur, neq; hyeme neq; aestate quem esse columnam cœli indigenæ aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines: nam Atlantes vocantur. dicunturq; nec villa animante vesci, nec villa somnia cernere. Ad hos usq; Atlantes possunt recensere nomina eorum qui in supercilio Libyæ habitant, post hos non amplius. Porrigitur autem id supercilium ad columnas vique Herculeas, atq; veterius. Intra quod est salis metallū, id est effusio, de- : Fodina cem dierum itinere, & homines incolentes, qui domicilia sua faciunt ex micis salis. isti enim iam tractus Libyæ va- 1 gravis cant imbitibus, nā si plueret illic, non possent inadere pa- rieres salis. Supra autem hoc supercilium, austrum verius, Pett Salis, ac mediterranea Libyæ, deserta iam plaga est, & sine aqua ferisq;, sine pluvia ac lignis, omni prorsus humore vacans. Ita ab Aegypto ad Tritonidem paludē, 4 Nomades pastoritij Libyes addi, ibi autē & altus & puceus tal ef- fuditur. sunt, carne vicitantes ac lacte, nihil vaccinum gustantes, quia nec Aegyptij gustant suem, nec calentes quidem vac- cam. Sed nec Cyrenæ fœminæ ferire sibi fas putant, ob Isidem quæ est in Aegypto, cui etiam ieiunia & dies festos studiosè agunt. At mulieres Barcæ non modò gustu vac- cinæ carnis, sed etiam suillæ abstinent. Atque hæc quidem ita habent. Ad occasum vero Tritonidis paludis iam non sunt 5 pascuales Libyes, neq; eisdem moribus videntes, ne- que idem circa infantes quod pascuales solent, factitiae. Nam Libyum qui pastorales sunt plerique hoc faciunt, an omnes, non quic pro certo dicere. Vbi filij ipsorum qua- drimi effecti sunt, venas perticis illorum lana succida inu- runt, nonnulli venas temporum: eam videlicet ob causam de ullo unquam tempore phlegma, id est pituita, defluens è capite, officiat. eaque de re se aiunt esse optimæ valetudine. Et sunt revera Libyes inter omnes quos nos nouimus homines saluberrimo corpore: iucatum mihi an ob hanc causam certè optimæ valetudine sunt. Quod si pueris inu- teadis spasimus existat, inuentæ est ab eis medicina. tria

**i Nomades.**  
Sic & in seq.  
pro pastoralis.

**¶ id est sum-**  
**fachrorum Mi-**  
**serna dicit e-**  
**rum Herodot.**  
**παλαιῶν**  
**quod dixerat**  
**τὸν αἰγαλ-**  
**μόντον τὸν**  
**Αἴγαλον.**

**¶ occidentali**  
**+ Lettoni se-**  
**γινutur viderunt**  
**et versam ab ea**  
**que est in val-**  
**li. et cetera.**

**¶ In valg. Gra.**  
**edit. Cynocephala**  
**orum suntum**  
**sit mentio: sed**  
**guida ver, cod.**  
**pro xerophy-**  
**tae huius est**  
**et xerophylos,**  
**buc modo, καὶ**  
**et xerophylos**  
**et cetera sū**  
**ρετ, ετε.**

enim hirci aspersa eos liberant. Ea autem referto quae ipsi Libyes narrant. Porro sacrificia apud pastoritos Libyes talia sunt. Vbi pro primis autem pecudis præciderunt, eam supra domum abinciunt: hoc acto, ceruicem eius attinent. Solis autem omnium deorum immolant Soli & Lunæ. & his quidem vniuersi Libyes sacrificant: at qui circa Tritonidem paludem incolunt, etiam Minervam Tritoniique ac Neptuno: sed Minervæ præcipue. A quibus Libybus Græci vestem & xigidas simulachrorum Minervæ mutuati sunt, præterquam quod xigidæ apud Libyes, & pendentres ex eis fimbriæ non sunt serpentes, sed è loqis factæ: cætera vero omnia ad idem exemplar efficta sunt: nomine quoque ipso testificante venisse ex Libya Palladiorum stolam. Quippe Libyssæ mulieres super vestem amiciuotur nudis xgeis, id est caprinis pellibus non villosis, fimbriatis, auro rubrica delibutis, à quibus xgeis, id est caprinis pellibus, xgidæ denominauere Græci. Quinetiam hinc primum mihi videtur eiulatus in templis extitisse, quod eo Libyssæ mulieres vchéméter vtuntur ac bellè. Et a Libybus quadrupes equos iungere Græci didicere. Sepelunt autem pastorales Libyes defunctos ut Græci, præter Nasamones, qui illos sedentes sepeliunt, obleruantes ut dum quis cœpit agere animam, eum sedentē cōstituant, ne lupinus expiret. Domicilia eorum sunt virgultis compacta, suspensis circa lenticulos, & ea quoquierius versatilia. Et isti quidem tabibus vtuntur moribus. Contingunt autem hos ab orientali parte Tritonis fluminis iij Aïses qui sunt aratores: qui vero Libyes domos possidere cōluerunt, iis nomen unpolitum est Maxyes, qui dextram capitidis partem comatam gestant, sinistram radunt, corpus minio tingunt, assidentes scilicet Troianis esse oriundos. Regio autem hæc & reliqua ad occidentem vergens, multo frequenter est feris fulvisque quam regio pastoralium. Nam quæ ad auroram respicit, quam pastoralis incolunt, Tritone flumen tenus & depressa est & arenosa: hinc deinceps quæ aratorum est, vel per am spectans, montana valde est ac nemorosa, ferrisque frequens. Si quidem apud hos & serpentes sunt supra modum grandes ac leones, elephantes quoque & vlti, & aspides, & alii coryibus prædicti. Et cynocephali, id est capua

*capitacanina habentes, & acephali, id est non habentes capita, qui in pectoribus oculos habent, ut Libyes memorauit nec non viri sceminarumque agrestes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ. Quorum nihil apud pastorales est, sed alia, veluti pygargi, & capreæ, & bubali, & asini, non illi quidem cornua habentes, sed alij impoti: nunquam enim bibunt. & otyes, quibus vlnales palmitæ pro cornib. sunt. (huius feræ magnitudo est ad æquiperationem bouis) & bassaria, & hyæna, & hystiches, & arietes agrestes, & dicyes, & thoes, id est ex hyæna et leporigenis, & pantheræ, & boryes, & crocodili tricubitali ad summum magnitudine, terrestres lacertis asilimiles, & struthi subterranei, & serpentes pusilli cum singulis cornibus. Hæ sunt illic feræ, & item ceteræ quæ alibi, præter ceruum & aprum. ceruus enim & aper protius in Libya nullus est. Sunt ibidem quoque tria muriū genera, quorum alij bipedes vocantur, alij zegeries Libya lingua (quod in Græca pollet idem quod *Scenæ*, id est collis alij, echines. Sunt præterea mustelæ quæ in silphio nascuntur, murenis simillimæ. Tot habet feras Libyum pastoralium regio, quantum nos maximè scrutando longissimè investigare potuimus. Maximum autem Libyum confines sunt Zabeces, ubi sceminae aurigantur curtus in bellum. His finitimi sunt \* Zy- gantes, ubi magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices virti facere dicuntur. omnes autem minio inficiuntur, ac simiis vescuntur, quarum affatim gignitur iis qui in montibus degunt. Iuxta hos aiunt Carthaginenses sitam esse insulam nomine Cyranin, ducentorum stadiorum longitudine, arctam latitudine, in quam transiri è continente potest, oleis refertam ac vitibus. Et in ea esse lacum vnde virginis indigenarum pennis volucrum pice illi vestimenta auri referunt è limo. Hæc an vera sint haud equidem scio, sed quæ narrantur scribo. Fuerit autem totum, ut ipse ego in Zacyntho vidi picem è lacu referri. Sunt e loci complures lacus, quorum qui maximus, se- ptuaginta quoquo versus pedum est, altitudinis duum: pa- tiuum. in hunc virginis contum, cuius in summitate mirtus alligata est, deinde sunt, deinde referunt myrti picem, odorē quidem asphaltū habentem, sed cetera præstant orem picce*

*Ad quartum  
cornua Phœ-  
nicæ cubicos  
minores faci-  
unt : Phœni-  
cæ simul menes-  
tra dictæ cubic  
ros illarum cor-  
nibus magnitu-  
dine faciunt pa-  
res fortasse tam-  
en & aliis fa-  
tis.*

*1 Tarentiæ  
Graecæ.*

*Zueces: \* Γύγαντες  
pro gente Liby-  
ca ex Herodoti  
quarto citatur  
a Stephano: ut  
annoram Terr-  
nob. Aduersari.  
10.e.24. Sed id  
tamē Steph. Ζύγαντες pro  
Libya populo  
citatur ex Hera-  
doti & Eudoxo.  
S.*

*4 Fieri autem  
potest ut id o-  
mnino ita se-  
bat est, quando  
ipse videtim,  
&c.*

Pieria : **eamq; in scrobem quam iuxta lacum foderunt, effundunt, & ubi multum illis aggesserunt, ita in scrobe in amphoras transfundunt.** Quicquid autem in lacum decicet, cospicitur, dit, id sub terram means redditur in mati, quod a lacu *scoparet*.

a protocoli  
mercibus re-  
trocedere.

*4 facilitated  
script case,  
and a great  
student con-  
tent.*

§ Neque enim  
illios autū at-  
tingere mi-  
litiam mer-  
ciū pretio id  
annuerunt.

*ad eft. prouis que  
tum min. ne ex-  
hibeantur quia  
tum metrum  
fretus respon-  
deat: neq; il-  
luminos at-  
tingere, vel co-  
tingere, periu-  
qu in. &c.*

6 rec. quic-  
quidem compi-  
to sumis est  
**reliquaz Lj.**  
**b) 4.**

Pieria: eamq; in scrobum quam iuxta lacum foderunt, effundunt, & ubi multum illus aggesserunt, ita in scrobe in amphoras transfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id sub terram means redditur in mari, quod a lacu quatuor stadiis abest. Ita quæ de insula a liacenu Libya dicuntur, consentanea sunt veritati. Aliunt præterea Cartthaginæs, locum esse Libyæ extra columnas Herculis habitatum hominibus: eò quoties ipsi applicuere fè, merces è nauibus exponere, easq; in crepidine terra deinceps collocare: tum cōscensis nauibus suum excitare: sumo autem conpecto, indigenas ad mare contendere: dehinc aucto promiscibus deposito, rursus illuc abcedere, sed non extra conspectum: tum se illuc è nauibus egressos pretium conficerare, & si dignum mercibus videatur, eo sumpto abiure: sin minus, cōscensis iterum nauibus considerat illos vero accedentes, plus auri ad id quod deposuerunt addere, donec persuadeat. Neutros autem alteris iniuriam inferre: neq; aut se contingere merces priusquam ipsi implerint aurum. Atq; hi sunt Libyam quos nominare possum: quorum pleriq; neq; tunc de rege Medorum curabant quicquam, neque nunc curant. De qua regione eatus queo dicere, à quatuoream nationibus (quantum nos scimus) & non à pluribus incoli: quarum duæ sunt indigenæ, totidem non indigenæ. Indigenæ quidem Libyes atq; Æthiopes, quorum alteri ad aquilonem Libyæ, alteri ad austrium incolunt: aduenæ vero, Phœnices & Græci. Neq; vero videtur nubi bonitas Libyæ terræ cum bonitate Asie atque Europæ comparanda, præter unam Cynopem, quæ tellus fluit cognominis est. Ilæc autem optimæ cuique telluri par est prouentu fructus cerealis omnino ceteræ Libyæ. Est enim pulla & vda fontibus, a secura siccitatis aeris: ac ne imbre quidem, qui fit vehementior, leditur, nam in eo tractu Libyæ pluit. Ex prouentibus autem fructuum terræ, totidem mentura illuc quod è Babylonica tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est quod Evesperita colunt, nam quoties id eximiè sepius vberitate superat, centuplem reddit: at illud Cynopum, circiter trecenta. Porto Cyrenaica regio quo huius Libyæ editissima est, quam pastorales incolunt, tres in se

'plagas continet admiratione dignas. Primam quæ maritima est, quod in ea iam fructus maturi metuntur vindimianturq; his compositis, in plaga quæ supra maritimam est, medios fructus legunt, quos bunos appellant: dum hi fructus adioriatur, ij qui sunt in editissima plaga, coquuntur atq; maturescunt. Itaq; dum primi fructus bibuntur atq; eduntur, ultimi aduentant. Atq; hunc in modū ad octo menses preceptio fructuū Cyrenæos occupat. Hæc hactenus de his dicta sunt. Persæ autem ad vlciscendum Phœtiunam ab Aryande milii ex Ægypto Barcen peruerterunt, oppidum oblederunt, milis illico qui denuntiarent dedi autores necis Arcelilai. Eos oppidanis, ut qui cedis omnes participes essent, in colloquium non admiserunt. Ita octo menses Barcen quum obledissent Persæ, nono mense cuniculos suffoderunt ad murum ferentes, & validatormenta admouerunt. sed cuniculos quidem faberquidam ætrius deprehendit ærco scuto, hunc in modum: Circumferens illud intra murum, admouebat pavimento urbis: quod ubicumq; admouebatur alibi, illinc è solo nihil soni reddebat: ad locum autem qui suffodiebatur, æs clypei resona bat. ubi è diuerso fodientes Barcæi, Persas suffosores intercinerunt. Tormenta autem Barcæi ipsi repulsabant. Verum quum multum temporis contriuissent, & multi utinq; caderent, nec pauciores ex Persis, Amasis dux peditatus taliter commentus est: Animaduertens Barcæos vi non posse superari, sed dolo, latam fossam per nocte depresso, eiq; fragilia superstrauit ligna, & super ea humum induxit, reddens solum æterto aquabile. simularq; illuxit, Barcæos in colloquium euocat. Illi libenter obtemperaueré, quod eis cordierat ad pactionem deuenire. Pactionem autem in hanc formulam inierunt, ferientes fœdus super illam occultam fossam: ut quoad humus ea ita se haberet, tandem fœdus in ea regione ratum foret, Barcæis quod æquum foret se pensuros regi, & Persis, se nihil rerum nouarum aduersus Barcæos esse molituros promittentibus. Barcæi dehinc fœderibus fredi, & ipsi ex urbe prodibant, & ex hostibus cuiuscunq; libebat intrandi urbem faciebant potestatem, patefactis omnibus portis. At Persæ rescisso ponte occulto in urbem proruperunt: ideo autem pontem quem fecerant

*Sunt qui in  
Graeco scripto  
proximas le-  
gendum con-  
seant oīgas.  
quam lectio-  
rem sequendo,  
aliter suerit in-  
terpretandas  
hic tacu.*

*1. Eorum op-  
pidauit, ut qui  
&c. orationē  
non admise-  
runt. id est, co-  
rä petition, non  
acquiecerunt.  
vel, affirmare  
sunt.*

resciderunt, ut fœdus soluerent quod cum Iarcæis percuterant, tandem ratum fore fœdus quandiu maneret terra ut tunc moebant refracto enim ponte, non manere fœdus in ea regione amplius. Pheretima traditos sibi à Persis Barcaeos qui facienda cædis principes fuerant, uditus suffixit per ambitum murorum. Fœminarum quoq; decisas mammillas circa muros appendit. Ceteros Barcaeos Persis ut diriperent imperauit, præter Battadas, & qti cædis affines non extiterant. His urbem permisit reliqui in feruitatem

**Hos ex Aegypto ad regem transpo-  
sunt: rex autem Darius iis ad  
Incol. Legen-  
do, ~~annal-~~  
cas pro-  
prietas.**

**felicitet  
vitam finiuit.  
quoniam primū  
enim vta  
Barc in Aegypti redit,  
miserè petire.**

**Vt enim  
diis odioſa  
sunt nimium  
aces homi-  
nū vitiones:  
Perinde ac si di-  
sat. deos illi ta-  
miserabilem ut  
re exīta immi-  
ſſe, odio profe-  
quentes et qua-  
rta fuerat in vi-  
tione sumenda  
crudeitate, ut  
& alio modo a-  
erces ulionet  
odio prosequi fa-  
lent. Valla au-  
tem fortissimū ex-  
pertit.**

abreptis Persæ redierunt. qui quum ad urbem Cyrenen redissent, Cyrenæi eos oraculi cuiusdam seruandi gratia, per urbem deduxerunt. sed inter transiendum praefectus na- ualis exercitus Barces illis præcepit ut urbem diriperent: re- cufante Amati peditum duce. se enim aduersus unam Bar- cen Graecam ciuitatem esse mislos. Verum postquam tranſi- erunt, & ad ripam Lycæi Iouis subsederunt, pœnitentia eos subiit quod Cyrenen non occupassent: eamq; iterum ad-

oriri conati sunt, Cyrenæis non permittentibus. Et licet nemo contraria ferret arma, tamen incessit eis metus: illincq; cursu se protipientes, sexaginta circiter stadia conseruit. ubi stativa habentibus, ab Aryande nuntius aduenit ad eos reuocandos. Quum igitur a Cyrenæis commeatum sibi præberi precati essent & eum accepissent, in Aegyptum re- uertebantur. Quos deinde Libyes excipiētes, vellitus atq; vt enī liliū gratia, ut quisq; relinquatur trahaturq; in-

terficebant, donec in Aegyptum peruentum est. Hic Per- sarū exercitus in Libyam longissime ad Elysperidas pro- cessit. Quos autem Barcaeos repere, quosq; ex Aegypto eicere ad regem, iis Darius rex ad incolendū dedit vicum Bactrianæ regionis, (cui vicino nomē imposuere Barca) ad meam usq; memoriam etiam incolis frequenter. Verum ne ipsa quidem Pheretima probè vita excessit. nam post eaquam vta Barcaeos celeriter in Aegyptum redit, male perit. ut enim existunt arces admodum & inuidiosa: vi- tiones decorum in homines, viues vermis compu-

**Talis actanta Pheretima Battas  
in Barcaeos vindicta  
extitit.**

HERO-

HERODOTI HALI-  
CARNASSEI HISTORIA-  
RVM LIBER QVIN-  
tus, qui inscribitur  
TERPSICHORE.



T Persæ qui in Europa sub 'Megabyzo' relictæ à Dario erant, primos ex Hellespontiis Perinthios Dario subesse recusantes, subegreunt, antea quoque à Paxonibus male affectos. Si quidem Paxones qui sunt à Strymone admoniti diuino responso ut bellum Perinthiis inferrent: & si quidem à Perinthiis ex aduerso confidentibus prouocantur, nominatim compellantibus, eos inuaderent: si, minus ab iuadendo abstinerent: ita fecerunt. Enim uero cōfidentibus Perinthiis erigione Pœnum in suburbanis, ibi singulare certamen triplex ex prouocatione commissum est, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et quum victores duobus certaminibus Perinthij pœnæ gaudio carmen Paxana cantarent, tunc Paxones hoc ipsum esse responsum dei coniectantes, inter se dixere. Nunc oraculum dei perfectum est, nunc nostrum est opus, Atque ita in Perinthios canentes impetum fecere, egregieque vincentes ex illis paucos reliquere. <sup>1</sup> Quæ quondam a Paxonibus gesta fuerant, hunc in modum gesta sunt. Tunc autem Perinthij pro libertate iltenue pugnantes, tamen multitudine a Megabyzo superati sunt: Perinthio capta, Megabyzus per Thraciam arma circumferens, omnes eius vrbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi a Dario iuctat imperatum, ut omnem Thraciam subigeret. Gens Thracum, secundum Indos, omnium maxima est: quæ si aut unius imperio regeretur, aut idem fenicer, ut mea fœt opinio, inexpugnabilis foret, & omnium gentium multo valdissima; sed quia id nimis arduum illis est, & nulla ratione contingere potest, Germania siccio iubecilles sunt. Habet autem multa nomina singularia

*vel Megabyzo, si nostra exemplaria sequarū. idem que in sequentiibus Megabyzo, & Megabazus. Veritas & apud alios illud nomen ad hoc sed illo modo scriptum non veniat.*

<sup>1</sup> Quæ igitur quondam à Paxonibus acciderant Perinthiis ita se habuerant, vel, Talem igitur olim cladem Perinthij à Paxonibus accepere. Tunc tamen pro libertate

*Germania*

*siccio iubecilles sunt. Habet autem multa nomina singularia*

*vel Megabyzo, si nostra exemplaria sequarū. idem que in sequentiibus Megabyzo, & Megabazus. Veritas & apud alios illud nomen ad hoc sed illo modo scriptum non veniat.*

<sup>1</sup> Quæ igitur quondam à Paxonibus acciderant Perinthiis ita se habuerant, vel, Talem igitur olim cladem Perinthij à Paxonibus accepere. Tunc tamen pro libertate

*Germania*

*siccio iubecilles sunt. Habet autem multa nomina singularia*

<sup>3 vel. & Cre-</sup>  
<sup>torum qui</sup>  
<sup>superiore re-</sup>  
<sup>gione inco-</sup>  
<sup>lunt sic & pan-</sup>  
<sup>to pos.</sup>

<sup>z De his vide</sup>  
<sup>lib. præcedens</sup>  
<sup>locum Herido-</sup>  
<sup>ni. simulq. an-</sup>  
<sup>notationem in</sup>  
<sup>causa</sup>

<sup>3 stigmatis.</sup>  
<sup>Cicero sive</sup>  
<sup>ad interpre-</sup>  
<sup>tatur compa-</sup>  
<sup>nem nota.</sup>

regionum singuli. Moribus tamen ac opinionibus consimilibus imbuti sunt, præter Getas & Trausos, & qui superia Crestonos incolunt. Ex quibus quæ à Getis fiant qui se pro immortalibus gerunt, a me commemoratum est. Trausi verò in cæteris quidem omnibus idem quod Thraces, verùm circa natalia suorum atque obitus hoc facti-  
tant: Edito pueri, propinqui cum circūlidentes cum plo-  
ratiōne prosequuntur, ob ea mala quæ necesse est illi, quod  
vitam ingressus sit, perpeti: humanas omnes calamitates  
recensentes. Homincin autem fato functum, per lusum  
atque luctitiam terræ demandant, referentes quot malis li-  
beratus in omni sit felicitate. At qui supra Crestonos in-  
colunt, ista agunt: Singuli plures uxores habent. quorum  
vbi quis decepit, disceptatio magna fit inter uxores, acri  
amicoruin circa hanc rem studio, quænam dilecta fuetit à  
marito præcipue. Quæ talis iudicata est & hunc honorē  
adepta, ea à viris ac mulieribus exornata, ad tumulum à  
suo propinquissimo mactatur, vnaqne cum viro humatur,  
cæteris uxoriibus id libi pro ingenti calamitate ducētibus.  
Nam id eis summo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic  
mos est: Liberos in mercato venundant. Virgines autem  
non afferuant, sed quibus libuerit cum viris concubete  
sinunt: at uxores afferuant vehementer, easque magno  
ære à parentibus coemunt. Punctas i' notis else frontes,  
nobile iudicatur: non esse notatas punctis ignobile. Otio-  
sum esse, pro honestissimo habetur: agricultorem verò  
pro contemptissimo. Ebello atque rapto viuere, pulcherri-  
mum. Atque hi quidem sunt eorum insignissimi mores.  
Deos autem hos solos colunt, Martem, Liberum, Dianam:  
sed reges, præter populares, etiam Mercurium, eumque è  
diis præcipue: per quem solum jurant, a quo progenitos  
quoque se aiunt. Optimatibus eorum tales sunt sepulturæ:  
Prolato triduum cadauere, mactatisque omnifariis hosti-  
is, conuiuantur. Illudque defletum prius, deinde combu-  
stum sepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggestoque  
de super tumulo, cuin alia omnis generis certamina pro-  
ponunt, cuin præcipue certa cum ratione monachiani,  
<sup>id est singulare certamen.</sup> Et sepulturæ quidem Thracum hu-  
mificandi sunt. Quid autem huius regionis ad aquilonem  
vergit,

vergit, nemo potest pro competitore referre quinam homines eam incolant: sed illam quæ trans Istrum plaga est, cōstat vastam esse atq; ignotam: 'vbi solos audio habitate homines nomine Sigynas, veste Medicæ utētes, eorumque equos toto corpore hirsutos esse, ad quinque digitos altitudine pilorum, eosdemque pueros ac simos, inualidosq; ad viros gestandos, sed currui iunctos esse pernicissimos: atq; his curribus indigenas inuehi. Horū fines proximè accedere ad Enetos qui sunt in Adria. Eos quoq; se colonos Medorū dicere: qui quo pacto coloni Medorum fuerint, equidem non quero dicere: sed fiat quidlibet intra longum tempus. Sigynas Libyes qui supra Massiliam incolunt, iostiores appellant: Cyprij iacula. Verū, vt Thraces aiunt, apes loca quæ sunt trans Istrum, obtinent, & ob illas vterius pergi non potest. Quæ quum dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal constat frigoris intolerās esse. Sed mihi videntur loca quæ septentrionibus subsunt, ob gelu in habitabília esse. Hactenus de hac regione: cuius oram maritimam Megabyzus Persis obedientem reddidit. Darius, <sup>4</sup> transmissio rapidissimè Hellesponto, postquam Sardis venit, recordatus est beneficij in se ab Histiaeo collati, & cōsiliij Cois Mitylenæi. Quibus accertitis Sardis obtulit electionem. Histiaeus, vt qui esset Miletii tyrannus, nullam sibi tyrannidem poposcit: sed Myrcinum Edonidem, animo urbis in ea condendax: Et iste quidem hanc elegit: Coes autem, vt qui non tyrannus sed priuatus esset, optauit Mitylenes tyranidem. Imperato vterq; quod optauerat, eò se contulit. At Dariores huiuscmodi oblata est, vt illam videnti incesserit cupido iubendi Megabyzo vt Pœonas ex Europæ sedibus in Asiam transportaret. Erant Pigres & Mastyes viri Paxones, qui postquam Darius transmisit in Asiam, & ipsi Sardis venerè, cupiditatem tyrannidis apud Paxonas potiunda, ducentes vna sororem procera statuta atque speciosam: obseruato tempore dum in suburbanis Lydotum Darius præsideret, talem rem sibi agendā putarūt: Sororē quam optimè poterant, quum exornassent, ad aquam mittunt, vas capite tenetem, equumq; è brachio trahentē, linumq; nentem. Eam prætereuntem Darius attenè considerabat, quod

1 De nullis autē possum quicquam ac cipere qui trans Istrum habitent per quam de Sigynis.

2 nihil est quod non cōtingere possit intra long.

3 Sigynas quidem certè Ligures qui supra Mass. &c. At hic legit Ligures pro Ligures.

4 quum pri- nium Sardis transmissio Hellesponto per- venit,

*e quae s-  
quunt m-  
et aquarit:*

neque Persica erant illa quæ ageret mulier, neque Lydica  
neque villarum ex Asia fœminarum. Hæc considerans, mi-  
sic quosdam suorum scellitum, iussos obseruare in quam  
zem viceretur mulier equo. Itis subsequentibus, fœmina  
vbi peruenit ad flumen, equo satisfecit, vas aqua implevit.  
His actis, eadem via regreditur, aquam capite sustinens,  
equum è brachio trahens, ac fusum versans. Admitatus  
Darius tum iis quæ ab exploratoribus audisset, cum iis  
quæ ipse vidisset, adduci coram fœminam iubet. Ea ad-  
ducta, adolescentes fratres qui aderant, non procul rem  
ipsam speculantes, interroganti Dario cuias illa esset, aiūt  
se Pœones esse, & illam suam sororem. Ad quos Darius,  
quinam homines essent Pœones, & vbi locorum habita-  
rent, & cuius rei gratia illi venissent Sardis, percontari. A-  
dolescentes se verò venisse dicere ut sele ei donarent. Pœo-  
niam autem esse ad flumen Strymonem sicam, quæ Stry-  
mon non procul ab Hellesponto. Eise vero Pœones  
coloniam Teucrorū qui è Troia fuerunt. Hæc singulatim  
illi referebat. Interrogantiq[ue] Dario nunquid omnes illic  
fœminæ tam laboriosæ essent, affirmare promptè id ita se  
habere. huius enim rei gratia illud siebat. Ibi Darius literas  
ad Megabyzum dat, quem in Thracia præfectum relique-  
rat, iubens è sedibus suis Pœones ad ipsum transferri cum  
liberis pariter & uxoribus. Eques cum hoc nuntio confe-  
stini ad Hellespontum cucurrit, Hellespontoque transmis-  
so literas Megabyzo reddidit. Quibus ille lectis, sumpto è  
Thracia duce, aduersus Pœoniam exercitum ducit: Pœones  
cognito Persarum in se aduentu, contractis copiis proces-  
sere ad mare, rati illac Persas ingrediuros ad dimicandum.  
Et Pœones quidem ad arcendum exercitus Megabyzi in-  
gressum parat erant: Persæ autem certiores facti Pœonas  
conuenisse ad intercludendum ab ora maritima ingressum.  
sumptis ducibus iter ad superiora conuertunt, hostemque  
latentes in eius oppida irrumpunt, & illa utpote vacua, fa-  
cile occupat. Quod vbi resciuere Pœones, protinus disper-  
si ad sua quisque dilabuntur, sequē Persis dedunt. Ita è Pœo-  
nibus Syropœones & Protopolæ, & qui ad Praesiademi usq[ue]  
paludem incolunt, è suis sedibus emoti, in Asiam sunt  
abducti. Qui verò circa Pangæum montem incolant,

Dobc-

Doberasque & Agrianas & Odomantos, & ipsam Praesiadem paludem, a principio non cepit Megabyzus. Tentauit tamen eos etiam expugnare qui paludem incolunt. incolunt autem hunc in modum: In media palude compactæ stant sublica, angustum à continente ingressum uno ponte habentes. His sublicas tabulata sustinentes, olim communiter omnes ciues statuebant: mox è lege hunc in modum statuendas censuerunt, ut pro singulis uxoribus quas quisque duceret (ducunt autem singuli multas uxores) ter das defigeret sublicas, è monte sumptas cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt, & forces inter tabulata compactas, deorsum ad paludem ferentes. Parulos autem liberos per pedem recte illigant, metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autem & subiugalibus pisces pro pabulo præbent. Porro piscium tanta est copia ut quoties quis ianuam compactam reclinauerit, dismissam fune sportam vacuam, aliquanto post retrahat piscium plenam. quorum duo sunt genera, unum quod vocant Papraces, alterum Tilones. Cæterum è Persis ij qui capti fuere, in Asiam sunt abducti. Persis captis, Megabyzus nuntios in Macedoniam septem Persas, qui post cum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntam peturos regi Dario terram & aquam. Est autem è palude Praesiade breuis ad inodum in Macedoniam viam in primis paludi confine est metallum, id est fossæ <sup>1</sup>, unde post ea tempora Alexandro in singulos dies singula talenta proueniebant. Post Metallum, superato monte quem vocant Dyforum, Macedonia intratur. Eò Persæ ubi peruenere, & in conspectum Amyntæ, ad quem mittebantur, regi Dario terram & aquam petiente, Amyntas & ea dedit, & homines in hospitium vocavit. instructaque splendida cœna, per comiter accepit. Persæ postquam à cœna ad potum peruenere, Hospes, inquit, Macedo, nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnam, tunc etiam concubinas <sup>2</sup> & adolescentulas uxores ad assidendum introducere. Proinde tu nunc, quoniam libenter excepisti nos, & liberali hospitio præsumus regique Dario &

<sup>1</sup> sedine vnde  
acc.

<sup>2</sup> & legitime  
virginib[us] atq[ue]  
iure nuptas

terram das & aquam, sectare consuetudinem nostram.

*1 morem ge-  
te x:ati,*

*2 neque per nō cest, sed viros a fœminis semouendi: verum quandoqui-  
totum pota- dem vos exigitis qui domini estis, hoc quoq; vobis presta-  
tioneis tem- bitur. Hæc loquutus Amyntas fœminas accersit. Ille, vt  
pus hic ma- iux, presto fuerunt, & è regione Persarum deinde conse-  
nca,*

*3 ex suis ver- derunt. Quas Persæ conspicati formosas, Amyntam allo-  
bis te ita pro- quuntur, negantes omnino id factum esse sapienter. satis-  
pemodum ar us enim futurum fuisse, ab initio non venire fœminas,  
dere intelli- quam, postquam venerant, non assidere, sed ex aduerso se-  
go. Potest et- iam x:ides eū dere in oculorum dolorem. Ita coactus Amyntas illas assi-  
euinque ius- dere iussit. Quæ cū obtemperassent illico Persæ mami-  
gr.*

*4 Vobis, ho- nullum tentare suavitati. Hæc Amyntas intuens etiā ini-  
spites, his fœ quo ferebat animo, tamen præ metu Persici nominis qui-  
minis pouri scere. Verum eius filius Alexander quem adesset, atque  
(vel fratre) facie est, siue cū o- hæc aspiceret, utpote adolescens, & malorum inexpertus,  
mib. siue cū nequaquam amplius tolerare posse. itaq; grauiter ferens,  
aliquot catū ad Amyntam inquit, Tu quidem pater cede x:ati, abiisque  
(ve cum qua- hinc ad requiescendum, neq; indulgens nimium potatio-  
taeung, carnum parte) concu- n:ego vero hic remanens, omnia hospitibus quæ oportet  
bere libeat. exhibeo. Amyntas eum rei nouæ aliquid facturum ani-  
maduertens, ad hæc respondit, Fili, inquiens, verbatua*

*hinc me summouentis penè intelligo. ideo enim me di-  
mittis quod aliquid noui agere in animo habes. Quare no-  
lo te quicquam noui in hos viros perpetrare: futurum in-  
permicem noitram: sed tolera expectans quæ geruntur.  
nam quod ad dilectionem meum pertinet, parebo. His re-  
spouis Amyntas abiit. Tum Alexander ad Persas, Vobis,  
(i) graue non inquit, hospites, cum his fœminis vel omnibus, si liber, fa-  
cillimè licet concubatis: sed cum quaearum concum-  
bere libeat indicate. Nunc enim sere tempus cubandi ad-  
uentat, & vos bene potos esse temulentosq; video. Proinde*

*s:deft, im- has fœminas, si vobis cordi est, finite ire ad se lauandum,  
betbes iuue- quas, quum lotç fuerint, accipiatis. Hæc loquutus Alexan-  
nies, queu le- der, approbantibus Persis, egrellas fœminas in muliebre  
ma fulgent ora remittit conclave: ac totidem viros lœnes malas haben-  
ti, loquuntur Tib. tes, muliebris veltibus exornat: traditusq; pugionibus 13  
introdacit, admonetq; Persas, inquiens, Vos vero Persæ, à  
nobis*

nobis in conuiuiū estis omni munificentia accepti: quippe quibus & quæ habemus, & quæ iouere potuimus, ea omnia representauimus: & quod omnium maximū est etiā nostras ipsorum matres & sorores liberaliter exhibemus: ut omni honore affecti à nobis, intelligatis quib. rebus digni estis: vtq; regi qui vos misit, à Græco quodā Macedonum principe vos & mensa & lecto bene acceptos esse, renuntietis. Hac loquutus Alexander singulos Macedonas quos fœminas esse aiebant, abidere iussit singulis Persis, qui posteaquā à Persis attrectari cœpere, illos obtuncauerē. Et hac quidē morte affecti sunt Persæ ipsi pariter & corūcomitatus. Comitabantur enim eos & vehicula, & famulitia, & omnis generis apparatus, quæ cūcta cum illis omnibus pariter intercepta sunt. Non multo deinde intericto tempore, quum magna horum virorum à Persis inquisitio fieret, Alexander illos prudenter occupauit, tum multa pecunia, tum forore sua nomine Gygæa Barbari data, viro Persæ, vni ex inquisitoribus interactorum. Ita horum Persarum cœdes deprehensa, sed silentio suppressa est. Esse autem Græcos hos qui à Perdica progeniti sunt, quemadmodum ipsi aiunt, & ego scio, & ostendam in iis quæ postea dicam. Qui ueriam & ij qui in Olympia certaminibus Græcorum præfunt, Græcos esse eos ita cognouerunt. Nam quum Alexander certandi gratia ad hoc ipsum descendisset, à concursoribus prohibebatur, quod negarent barbarorum id esse certamē, sed Græcorum. at ubi palam fecit se Attyuū, Græcus esse iudicatus est: & stadium currens, proximus primo extitit. Et hanc quidem ita gesta sunt.

Megabyzus autem Paxones ducens, abiit in Hellespon-tum: & illo transmesso, peruenit Sardis. quum interim Histiarus Milesius iam mutis cingeret locum, quo à se petito donatus a Dario fuerat in pretium seruatæ ratis, qui locus est ad humen Strymonem nomine Myrcinus. At Megabyzus, cognito quod siebat ab Histiano, qui unum primum venit Sardis, ducens Paxones, ita est Darium alloquitus, Rex, quidnam tu rei fecisti, dato loco ad urbem condendam in Thracia viro Græco, eidemque soleti atque industrio? ubi afflata in materia est ad naues ædificandas, multumque remigium atque pecuniae? multis etiam cuin barbaris tum

1. ut nos vobis omnem quo digni estis honorem exhibere intelligamus.

2. astutia citcumuevit,

3. inquisitoribus astu cit-cumuentis, si supp. est. aī verbum. Ita circumuenta est. Voluit enim autor retinere idem vocabu-lum, ejusmi-nus posteriori loco conseruans.

Gr̄c̄is incolentibus? qui nacti ducem, facient quicquid ille vel die vel nocte pr̄ceperit. Nunc igitur tu vitum hūc ita facientem inhibe, ne domēstico bello afflīcteris. Inhibe autem miti modo accersitum: quem quum accep̄ris, da operam ne quando in Gr̄ciam reuertatur. Hæc loquutus Megabyzus, perfacile Datio persuasit, tanquam probè prop̄piciens quod esset cœnturum. Darius millo in Myrcinum q̄ntio ad Histium, hæc inquit, Histæ, rex Darius hæc dicit, Mihi rebusque meis melius consilentem quam te inuenio neminem: quod non verbis, sed factis coimpertum habeo. proinde quum res magnas agere destinem, pr̄stò mihi sis ut cas tibi aperiam. His verbis fidem habens Histæus, & simul magni faciens consiliarium reḡ s fieri, Sardis profectus est. Cui aduenientu Darius, Histare, ego (inquit) ea de causa te accersui, quod posteaquam a Scythis redire maturaui, & tu ab oculis meis absfueristi, nullus rei desiderium tam me tenuit breui, quam ut tu in aspectum & colloquium meum venires: quum sciam omnium possessionum pretiosissimam esse virum amicum, solerterm, bene sentientem: quæ tibi ambo adesse ego testimonio esse possum è rebus meis. Quare tibi ego, qui fecisti probè quod veneris, hoc gratificandum putaui, vt omisla Mileto, & recens condita in Thracia v̄be, me sequaris Susa, eadem quæ ego habiturus, meusque coniutor ac consiliarius futurus. Hæc loquutus Darius, vna secum Histium ducens, Susa versus iter intendit, pr̄fecto Sardibus Artapherne, fratr̄ suo ex eodem patre. Item pr̄fecto Otane or̄e marit. m̄e cuius patrem Silanum, unum è regiis iudicibus, quod in iuste ob peccacionem iudicasset rex Cambyses interemerat: interemque de tractum coniuncti in lora concidit, quibus tribunum quo ille fedens iudicarat, intendit: ibidemque eius filium Otanem federe iudicem pr̄cepit, atque in memoria habere in quo tribunali iudicaret. Hæc igitur Otanes in cotribunali fedens, m̄ne Megabyzus successor exercitus Eyzantios ac Chalcedemos cepit: cepit item Antandrum, quæ est in terra Troade, cepit quoque Lemponium. Sumptuacionem levissimam, cepit Lemnum & Imbrum, à Pelsigis tunc quoque viamque habitatam. Sed Lemnij

t quum pri-  
mum a Scy-  
thia: edij.

<sup>1</sup> Pax pro-  
prio, ut if-  
sae,

quoni-

quoniam prælio contendorant, & aliquandiu repugnauerant, mala perpesti sunt: quorum qui superfuere, iis præfæctum Petæ imposuerunt Lycaretum, Mæandrij eius qui Sami regnauit, germanum. Hic Lycaretus quûl Lenno præcesset, hac de causa morte oppetiit, quod omnes in captiuitate redigebat, atq; euertebat, alios insimulās desertores Scythicæ expeditionis, alios vexatores copiatum Dati à Scythis reuertentiū. Hec iste in sua præfectura perpetrabat: sed nō diu in malis faciendis delituit: & cœperunt iterū è Naxo acq; Miletō calamitates Ionibus fieri. è Naxo quidē, quod inter insulas felicitate præstabat: è Miletō autem, quod ea tempestate propè scipla superata maxime florebat, eratq; Ioniae prætextū: quum laborasset duabus superioribus etatibus morbo seditionis, donec eam seditionem Patij sedauerūt, ex omnibus Græcis correctores à Milesiis delecti. Hunc aut in modum eos Patij correxerunt: Quum Miletum venissent viri inter Patios præstantissimi, cernerentq; domos vehementer labefactatas, dixerant velle se regionem ipsius peragrare. Id facientes, & omnem agrum Milesium lustrantes, ut quenq; fundum animaduertebant bene cultum fructuosa, emittente, conscribebant domini nomen. Peragrata omni regione, quum paucos huiusmodi fundos comperissent, quammaturimè ad urbem descenderunt: coactoq; cœtu, decreuerunt urbem ab iis esse incolendam quorū fundos bene cultos inuenissent. videri enim illos ita curaturos publica vt sua ipsorum curauissent. Cæteros Milesios qui prius seditionem mouuerent, iusserunt horum dicto audientes esse. Ita Milesios Patij correxerunt. Ex his tunc vibibus hoc modo cœperunt Ioniae mala contingere: Ex Naxo quidam locupletes è plebe in exilium missi, Miletum se contulerunt. Miletum autem procurabat Aristagoras Molpagoræ filius, idemque gener ac consobrinus Histixi Lysagoræ filij, quem Darius Susis distinebat. nam Histixus Milesi erat tyranus, & per id tempus Susis degebatur quin Naxij veneri iampridem Histixi hospites. Quum autem Miletum Naxij aduecere, obsecrarent Aristagoram vt aliquantulum copiarum, ipsi præstaret ad redendum in patriam. Ille colligens, si per eum isti in patriam redirent, forse vt Naxo imperaret,

*i. Sunt qui I-  
onie hi suspe-  
dum habeant,  
nos immorata  
sortasse.*

*2. Item Nax-  
us quidē in-  
ter hui. felic-  
pe illabat, Mi-  
letus vero eo  
de illi tempore  
conspicis qui i  
nqua ante et  
florens. Ioniq  
omnium etiam  
et c. juu in la-  
borass.*

*3. vel com posu-  
erunt, ex omni-  
bus Græcis cor-  
rectores à Mil-  
esio. eis illi an-  
tem inmodice  
ad concordiam  
Patij resolu-  
erunt.*

*4. eos planè  
fortunis cœct  
sor.*

*5. res Mile-  
siorum Patij  
cōportuerūt.  
At tunc ea  
his vtilib.*

2. tom. Ari  
flageo, com-  
plicata et  
cà quam pot-  
est operari  
ad ministrati-  
onem. Et quia  
tunc cypriato-  
re dederunt re-  
quama posset co-  
modi, mege-  
rendi quinque-  
iam munera  
cum pollice-  
trivit. &  
sum puto in  
excellenti, ut  
qui con reddi-  
tur efficiat. q.  
magis aperte  
recutire to-  
te ut, et utim  
litteras recu-  
derentur, et  
multa que ab  
ipsis subter-  
tata erant.

good tu  
quanti feceris  
tu sicut tu, co  
gnitus super  
plani Nag.

tamen prætendens Histiae' hospitium, ita eos est allo-  
quutus, Mea quidem vires ad tantum copiarum præben-  
dum non suppetunt, ut inuitis us qui Naxum tenent, vos  
pollim re ducere: quum audiam octo multa scutatorum  
Naxiis ac multum longarum nauium esse: tamen omne  
studium ad studi efficiendum adhibebo hoc scilicet in ani-  
mo veritatis: Et mihi amicus Artaphernes Hystalpis filius,  
Darij regis frater, qui præfes est omnium in Asia mariti-  
morum, multo exercitu praeditus ac multa classe: hunc e-  
go virum opinor factum omnia ex animi nostri sen-  
tentia. His auditis Naxij instate Aristagore ut rem quam-  
optimè posset confiteret: utque munera homini pollicete-  
tur, dicere, & se exercitui sumptum suppeditaturos, ut ipsi  
paciscerentur magnam videlicet spem habentes, quum i-  
psi in Naxo apparuerint, Naxios omnia quæ ipsi iubarent  
esse factos: atque adeo cæteros insulanos, nulla dum e-  
nimi Cycladum insularum sub Dario erat. Profectus Sar-  
dis Aristagoras ait Artapherni esse insulanum Naxum, non  
spatiolum illam quidem, sed pulchram alioqui & bonam,  
Ioniamque vicinam, multis præterea & pecunius & manci-  
piis refertam. proinde tu aduersus hanc regionem ducito  
exercitum exules illuc ducens. Quod facient tibi ma-  
gnæ sunt penes me in expedito pecuniae, præter illas quæ  
in exercitum errogabuntur. has enim a quum est nos præ-  
bere, qui affluentus vestri authores sumus: & te insulas re-  
gi acquirete, ipsam Naxum, & quæ ex hac pendent, Parum  
& Androm, cæterasque quæ Cyclades nominantur. Un-  
de proscilens, haud difficile inuidas suberam, insulam  
magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem sa-  
ne ad capendum, centum omnino nauibus ad has omnes  
occupandas sufficeris. Huic respondens Artaphernes, Tu  
vere, inquit, que sunt ex utilitate regie domus exponis, &  
probè ita uidas omnia, præterquam de numero nauium.  
nam pro centum nauibus, ducentæ tibi in eunte statim ve-  
re in promptu erunt. Oportet tamen in his rebus authori-

Quod tu  
quæsi feceris, non solum magnam præcipitatem vim, quæ tibi parata apud  
me erat, conlequitur, statet sumptus exercitus: hosc enim à nobis qui du-  
catus suppedinari parat: utrumq; dictior regis adiutoriis mullas, & i-  
peditum Nax.

ratein

atem quoque regis accedere. His auditis Aristagoras Ix-  
tus Miletum redit. Artaphernes autem missus Sula ad Da-  
rium nuntio, per quem de rebus ab Aristagora dictis eum  
certiori faceret, ubi ille rem approbavit, ducentas naues  
instruxit tum Periam tum aliorum locorum magna la-  
te multitudine, prefecto eis duce Megabate, viro Persa,  
familia Achæmenidarū, suo ac Darij consanguineo: qui  
(i) vera sunt quæ post hoc tempus gesta) filiam desponde-  
rat Pausanię Lacedæmonio, Cleombroti filio, Græciæ ty-  
ranidem affectata. Delecto itaque duce Megabate, ex-  
ercitum Artaphernes ad Aristagoram misit à Mileto. Me-  
gabates Aristagora assumpto atque Ionom exercitu cum  
Naxiis, prefectus est per simulationem eundi in Helle-  
ponum. Atque ubi Chium peruenit, classe in continuo a-  
pud Caucasum, ut illinc vento aquiloniè traiceret in Na-  
xum. Sed quoniam non erat fatale Naxios ea classe deleri,  
hoc contigit: Megabates in circumeundis nauibus excu-  
biis offendit naucin Myndiam à nemine custodiri, quam  
rem indigèferens, iussit satellites inuentum eius nauis  
principem, nomine Scylacem, vincire trajectum per thala-  
taniam, id est, foramen per quod rem extat: ita ut caput  
extaret, corpus intus esset. Aristagoras autem à quodam  
factus certior, hospitem suum Nyndium à Megabate vin-  
ctum afflitti, Persam adit & horripitè excusans reposcit:  
quum nihil exoraret, ipse accedens Scylacem soluit. Id ubi  
rescivit Megabates, grauerter admodum ferens, Aristago-  
ram inuasit. Cui Aristagoras, Quid tibi, inquit, est cum istis  
negotij? nonne te misit Artaphernes ut me sequereris, atq;  
eò nauigares quocunq; ego iuberem? quid multa agis? His  
verbis indignatus Megabates, ubi nox adfuit, matū Naxū  
quosdam cum naui, ad rem Naxiis quæ impenderet expo-  
nendam. Naxij, ut qui nihil minus quam hanc aduersus se  
classem venturam expectabant, ubi id audierunt, omnia  
confestim ex agris in urbem comportare: & sc̄e, ut qui obli-  
dendi essent, instruere cibariis, potu, murorum refectio-  
ne. Et isti quidem tanquam instantे sibi bello sc̄e apparabat  
illi vero, poltequam è Chio in Naxum traiecerunt, iam  
præmunitos aggressi sunt. Consumptisq; quatuor in obli-  
dione mensibus, assumptaq; à Persis quam secum artule-

<sup>1</sup> cuius filia  
pollea: si ve-  
ta fama est, hi-  
bi accepit  
habuit Paul.  
Lacedæmo-  
nius Cl. fili-  
us, Gr. tyran-  
nus euadere  
cupiens.

<sup>2</sup> id magnæ  
inuixit loco  
Bucens, Ari-  
stagoræ suc-  
cessus,

zant pecunia, & maxima etiā ab Aristagora, quū plura desideraret obsidio, vbi incnia Naxiis exulibus qd. ticauerunt, in continentē reueterunt male affecti. Aristagoras, quando quod Attapherni receperat præstare non poterat, nec exercitui stipend um exigenti dare, præsertim Megabate insimulāte apud milites male affectos, verebaturq; præterea ne regno Miletī si audaretur, his de causis trepidus, de defectione cogitabat. Contigit enim ē Sutis ab Histiazo venire quenā cōpuncto notis capite, quibus Histiaus Aristagoram cōmonefaciebat vt ab rege desiceret. Id nanque volens Histiaus Aristagoræ indicare, quia alia ratione facere non poterat, ut pote itineribus custoditis fidelium ē letuis caput erasit, literasque imprestit, & hominem retinens quoad capilli renascerentur, vbi illi renati sunt, rapuisse dimisiit Miletum, nihil aliud mandans nisi vt quum Miletum peruenisset, iubet Aristagoram etaso suo capite inspicere. Ea autem stigmata significabant (vt à me superius dictum est) defectionem. Hoc ideo Histiaus faciebat quod magnam sibi iacturam ducebat se Sutis distinctiū etiam atque etiam spētans vt si ab Aristagora rebellaret, ad mare proficisceretur: sin Miletus nil noui moliretur nullum sibi viam amplius esse ad eam reverendi intelligebat. Eum quidem nuntium Histiaus hæc considerans mittebat. Aristagoras autem, quum ei hæc omnia consentanea per idem tempus contigissent, retulit ad seduxit si-  
tionis homi  
posse  
 ad feditiosos tam de sua sententia quam de Histiai mandatis. Cui quum cæteri omnes alienissent, iubentes ut rebellaret, Hecataeus tamen historiographus initio dissuadere bellum sumi aduersus regem Periarum, enumeraens cunctas nationes quibus Darius imperaret, omnemque illius potentiam: sed quum hoc persuadere non posset, secundo loco suadere ut classe mare occuparent: negans se videre qua alia ratione id esset euenturum. scire enim se Milesiū vires esse imbecillas: si tamen pecunia ē templo quod est in Branchidis tollerentur, quas Creslus Lydus reposuisset, multum spei recipere matris potuunt, atq; ita pecuniam & ipsos habituros ad videntur, nec hostes eam spoliatur. Erant autem hæ ingentes pecuniae, quemadmodum a me in primo libro de-  
clarare

claratum est. Verum ne hæc quidem sententia obtinuit,  
 sed illa, vt omnino rebellaret utque unus eorum Myun-  
 tē, nauigaret ad exercitū qui è Naxo reuersus illic agebat,  
 vt conaretur duces classiariorū comprehendere. Miles autem ad hoc ipsum Iatragoras dolo cepit Olatū Ibanolis fi-  
 liū Mylaffensem, & Histiaū Tymnis Termensem, & Coē  
 Erixādī filium, quē Darius Mitylene donauerat, & Aristagorā Heraclidis filiū, Cymaxum, complutesq; alios. Ita ex  
 professo Aristagoras defecit, omnia in Dariū cōminiscens:  
 & primū quidē, verbo duntaxat tyrannidē immutās, sta- Ant aliud lo-  
gū quam nos.  
aut me ē ver-  
 tum reipub. Miletī constituit, vt seō libenter Milesij re-  
 bellarent. Idē dehinc in reliqua lōnia fecit, tyrannorū alios  
 ciuiens, ex aliis autem quos ceperat è nauibus iis quæ ad-  
 uersus Naxū vnaierant, vt ciuitatibus gratificaretur, 'aliū 2 alium ali  
 in alia vrbe diuendens, ex qua quisq; illorū erat. Quorum vrbi tradens  
 Coem Mitylenxi vt acceperunt, sine mora productū lapi-  
 dibes interemerunt: Cymxi suū dimiserunt. Posteaquam  
 autē & alijs complutes tyranni fuga solum vertere, passim  
 per ciuitates tyrannotū abdicatio facta est. Tyrannis sum-  
 motis, Aristagoras Milesius secundo loco iuslit in singulis  
 ciuitatibus constitui singulos magistratus: moxq; ipse La-  
 cedemonem tritemi pro legato missus est. opus enim erat  
 magnam aliquam comparare societatem. Spartæ regnum  
 iam non tenebat Anaxandrides, Leontis filius, quia nō su-  
 perstes erat, sed eius obitu filius Cleomenes regnabat: nō  
 ille quidem propter virtutis specimen, sed proprius genus.  
 Etenim Anaxandrides duxerat in matrimonium sororis fi-  
 liam, quæ et si cordi erat tamen ex ea liberos non suscipie-  
 bat. Id quum ita esset Ephori his eum verbis incusauerūt; 3 Ephori et  
accusatio de  
xerunt:  
 Si tu non protospicis, at certè nobis hoc nō est despiciendū,  
 EVrythēi genus labefici. Tu igitur quandoquidem uxo-  
 rem habes quæ nō concipit, ea repudiata aliam ducito,  
 gratissimam rem in hoc Spartiatis fakturus. His ille re-  
 pondens, negat se eatum rerum alterutram esse fakturum:  
 & hoc non recte cōsulere ait, qui ipsum hortetur repudiata  
 quā habeat vxore innoxia, alterā ducere: eoq; se non esse  
 patitur. Cui Ephori atq; optimates consilio inter se habi-  
 to remulerūt. Quoniā te cernimus amore cōiugis quā habes  
 implcitū, facio quod dicemus, ac noli repugnare, nequid  
 t. iiiij

dete Spartiatæ grauius consulant. Coniugem quam habes ut repudies non postulamus: quæcumque ei præstas nunc ea omnino præstato: alteram tamen ducito præter hanc uxorem, quæ sit fecunda. Hæc dicentibus assentus est Anaxandrides: qui duas dehinc uxores habens, binis ædibus habitabat, haudquaquam Spartiate faciens. Non longo interiesto tempore uxor quæ posterius ducta est parit hunc Cleomenem, quem mater successorem regni Spartiatarum nuncupabat. At uxor prior quæ haec tenus sterilis fuerat, & ipsa concepit, hoc facto uia: quæ quum reuera prægnans esset, domestici tamen posterioris uxoris id audientes, ac molestè ferentes, dicere, iactari hoc ab illa animo subiiciendi sibi partum. Itaque his indignè ferentibus, exacto tempore pariendi, ephoni increduli feminæ parturienti custodes apposuerunt: quæ Doricium peperit, mox quæ Leonidem & post hunc gradatim Cleombrotū. Sunt etiam qui dicant Cleombrotum atque Leonidem fuisse geminos. At quæ Cleomenem peperit, secundo Ioco in matrimonium ducta, filia Perinetadæ, filij Demarmeni, alium filium amplius non genuit. Et Cleomenes quidem non compos (ut fertur) sed inops mentis, Doricus autem inter æquales omnes primus erat, meritoq; putans se ob virilitatem regno potiturū. hec ita opinione præsumens, defuncto Anaxandrida quum Lacedaemonij Cleomenem ex lege, quod maximus natu esset, creassent, indignè id tulit, sibi à Cleomene impetrari: Igitur petita à Spartiatis plebe, coloniam duxit, neque Delphico usus oraculo, in quam terram ad urbem condendā tenderet, neq; quippiam coniutorum exequutus, adeo rem indignè fecerbat. In Libyam autem nauigans ducibus Thebanis ad Cynypon delatus, locum incoluit totius Libyæ pulcherrimum iuxta Rumen. Sed illinc tertio electus anno à Macis & Libybus & Charthaginensibus, in Peloponensem abiit. Vbi Antichares vir Eleonius ei consilium dedit ex Laij oraculis, ut Heraclum in Sicilia conderet, affirmans Erycis regionem esse Heraclidarum, ab ipso Heracle, conditore. Hoc ille auditio Delphos se contulit ad oraculum consulendum nunquid regione ad quam mittebatur potitus esset. Pythia cum potitus respondit. Sumptaq; Doricus classe

t atque ipsa  
quidem pro-  
duxit eū qui  
deinceps re-  
gni admini-  
strationē sus-  
cipiet. Ita  
Camarar.

¶ Dicitur ta-  
men: Φύλα-  
ξε perinde  
ac si ipsi met-  
tuerint custo-  
des.

classe quam & in Libyam duxerat, Italiā prēteruchebat. Ea tempestate (ut ferunt) Sybaritæ cum Tely rege suo bellum Crotoniatis erant illaturi: id metuentes Crotoniatæ Doricum ut sibi opem fetret orāuere. Hic precibus inductus, vna cum illis aduersus Sybarin contendit, eamque cepit. Hæc Sybaritæ Doricum & qui cum illo erant fecile aiunt. At Crotoniatæ negant quempiam se peregrinum in bello aduersus Sybaritas ascivisse, præter unum Calliam Elecum Iamideorum vaticinum: & hunc à Tely Sybaritarum tyranno ad ipsos transfugisse, hoc modo, quod sacrificans de eundo aduersus Crotonem, non litaret. Hæc isti aiunt. quatum rerum utriusque testimonia haec adferunt: Sybaritæ quidem partim sanum ac templūm prope Craftin, quod Doricum capta urbe aiunt extruxisse Minetuz cognomine Craftiz: partim ipsius Doriei necem, quam volunt esse maximum testimonium, quoniam contra vaticinia agens interemptus fuit. Si enī nihil nisi id ad quod mittebatur fecisset, nec transgressus esset, Erycinā regionem obtinuisse, & obtentam possedisset, non ipse cum exercitu absumptus esset. At Crotoniatæ multa monstrant peculiariter donata Calliae Eleo in agro Crotonensi, quæ etiam ad meam usque memoriam prognati Calliae colebant: Dorico autem & eius posteris nihil omnino fuisse donatum. cui tamen, si in bello Sybaritano fuissent Crotoniatis auxilio, multò plura quam Calliae fuissent donata. hæc pro se utriusque eorum testimonia referunt: quorum utris accedere quisque mauult, his accedat licet. Navigarunt autem cum Dorico & alijs Spartiarum, deducendæ colonizæ socij, Thessalus, & Paræbates & Celees & Evryleon, qui quum omni classe Siciliam tenuerunt, superati à Phœnicibus atque Aegestanis, in prælio occubuerunt, uno tantum, ex hac aduersa pugna superstite Evryleonte: qui collectis eorum reliquis occupauit Minoam Selinusiorum coloniam, Selinusiosque liberauit monarchia Pythagoræ. Hunc quum sustulisset, ipse tyrannidem Selinusitis iouasit. Sed ad breue tempus eam obtinuit. nam Selinusij impetu in eum facto, quum ad Iouis forentis aram confugisset, obtruncarunt Dorico & vitæ & mortis locius fuit Philippus Bucacides, vir Crotoniata, qui desponsa sibi

\* Crotone filia Telys Sybaritę, Crotone p̄fugerat, abnegatoq; matrimonio transmisit Cyrenen. Ex hac discedēs, lectatus est familiarem ceterem, ac familiarium virorum sumpcūm, quod esset olympionices, id est victor certaminis ad Olympiā, & omnium illinc Græcorum speciosissimus. Ob quam corporis speciem ab Ægestanis ea qua nemo aliis reportauit, nam sepulturæ eius heroico monumento extulito, Ægestani hostias offerunt. Hunc in modum Dorieus vita functus est, qui si in animum induxit let ferre Cleomenis regnum, & in Sparta permanifset, regno fuisset Lacedæmoniorum potitus. Neq; enim diu Cleomenes imperauit, ac sine liberis deceſſit, vna duntaxat reliqua filia, cui nomē Gorgo. Cleomene igitur īperium tenente, Spartam venit Aristagoras Miletii tyrannus, Cleomenemq; alloquutus conuenit, habens (vt Lacedæmonij aiunt) æteam tabellam, in qua totius terræ ambitus erat incisus, cunctaque mare, atq; omnia humana. Huius in colloquium ubi venit, ita ad eum inquit, Studium meum Cleomenes qđ huc aduenerum, ne mireris, non enim ab te hoc sit. Prolem Ioniām pro libera seruā esse, cum nobis ipsis dedecus dolorq; maximus est, tum verò vobis, & eo maior, quo magis ceteros in Gracia antecellitis, prouide nūc per deos Græcos eripite Iones à seruitute, consanguineos vestros. quod facile est ad præstandum: nam neq; barbari sunt viri strenui, & vos in sumnum rei bellicæ per virtutem euafistis, & genus pugnandi corum huiuscmodi est: breves arcus ac brevia loricula, longasq; in capitibus cristas, (vnde faciles capti sunt) gerentes, in pugnam eunt. Ad hæc, cantum bonorum est iis qui eam incolunt continentem, quancum non est exercitus vniuersis, tum auri (vt ab hoc incipiamus) tum argenti, tum æris, tum varix vestis, tum iumentorum, tum mancipiorum: quibus vos, si potiri libuerit, poterimini. Sunt quoque inter se confines, ut ego differam. His Iônibus colines sunt Lydi, qui terram incolunt tum aliarum recuin tum verò argenti fecacissimam. Hæc autem dicebat, ostendens in ambitu terræ in tabella quam attulerat descripto. Lydis verò (dicebat Aristagoras) confines sunt hi Phryges, autoram versus, pecotum copia & terræ veterate, optimum quosego non il longè beatissimi. Phrygibus confi-

confines sunt Cappadoces, quos nos Syros appellamus. His confines sunt Cilices, huius maris accolæ, vbi hæc Cyprus insula est sita, qui tributum annuū regi pendūt quinque talenta. His Cilicibus confines sunt hi Armenij, & imp̄e pecuaria abundantes. Armeniorum hanc regionem contingunt Matieni, quorum terra Cisilia hæc cōfinis est: in qua iuxta fluminū hunc Choaspem sita sunt hæc Susa, vbi rex magnus domicilium habet atque hæc pecuniarum thesauri sunt. <sup>1</sup> Hanc vos urbem si animosè ceperitis, iam cum loue de diuinitatib⁹ certetis. Neq; verò operæ pretiū est vos suscipere prælia pro terra neq; multa neq; ita ferae, & pro exiguis finibus, aduersus Messenios vellos confortes, & Arcades & Argiuos, quibus nihil est neq; auri neque argenti, quarum rerum cupiditate quis inducitur ad mortem periclitandam: at quum offeratur occasio totius Asiae facile potiundat, aliud quippiam præceptabitis? Hæc Aristagoras dicebat. Cui respondens Cleomenes Milesie, inquit, hospes, in triduum tibi differo respondere. Tunc quidem hactenus processum est. vbi verò dies responsioni præstituta adfuit, & ad locum de quo conuenerant, ventū est, interrogavit Aristagoram Cleomenes quot dierum ab Ionio mari ad regem eſſet iter Aristagoras, alioqui loquens, & valde illum antecellens prudentia, in hoc tamē lapsus est: qui quum non deberet rem ut se babebat illi aperire, volens Spartiatas in Asiam educere, dixit trium mentium esse iter. Cleomenes, interpellata huius quam ordiri insti-<sup>2</sup> tuerat oratione de itineris spatio, inquit, Hospes Milesie abscede è Sparta ante Iolem occidente m. nihile m. ratio-<sup>3</sup> nis dicis, quum istud facile non sit Lacedemoniis, qui vis eos trimestri itinere abducere a mari. Hæc loquutus Cleomenes, domum abiit. Aristagoras, sumpto oleæ raimo ad domum Cleomenis se contulit, <sup>4</sup> eamque ingressus, iubebat precabundus ad se audiendum mitti illius filiam. Assistebat enim Cleomenis filia cui nomen erat Gorgo, vnicaproles, eaque octo aut nouenā annos nata. Cleomenis iubente eum dicere quæ velleret filiolæ enim gratia nolle prohibere: tunc Aristagoras incepit polliceri illi vndeclim talenta, si precibus suis annueret. Abnente

<sup>1</sup> Hanc vos  
vrb. si ceperi-  
tis, iam cum  
loue auda-  
cer de ciui-  
tis certetis.  
<sup>2</sup> Vobis vo-  
bis patres.  
<sup>3</sup> Cœar remota  
ad oīno. nro  
q̄b̄o s̄p̄p̄l̄c̄t̄s  
v̄t̄b̄t̄r̄. unde  
d̄d̄ d̄s̄ v̄x  
c̄r̄c̄a q̄n̄f̄  
s̄p̄p̄l̄c̄t̄r̄m̄  
aīc̄.

<sup>4</sup> Namq; in-  
gressus a Cleo-  
menis conuen-  
debat ut hinc  
anniceret,  
quicq; q ab  
eo ut aurem  
sibi conuoda-  
ret, supplici-  
ter peteret.  
Affiliebat e.  
nim, &c. ( vel  
adstans, legem  
esse iter. Cleo-  
menis quām  
neḡis̄s̄it )  
Cœmenis ad  
iub. dicere  
quæ velleret,  
neq; differte  
præcepti filia-  
lam. tunc A-  
ristag. Leḡ an-  
tim ix̄m̄w̄  
iñak̄s̄w̄, ex  
v̄t̄ cod.  
e decem. Sed  
V. lia ex aī  
dīng fecit tr-

<sup>5</sup> dīng, quum cœregatur ab aīḡx̄r̄.

Cleomene, subinde adiiciendo eò peruenit ut quinquaginta talenta polliceretur. Ad quod puella, Pater, inquit, hospes te corruptet, nisi hinc abis. Consilio puellæ delectatus Cleomenes, in aliud cōclave abiit: & Aristagoras è Sparta proflus abscessit, non facta ei amplius potestate indicandi itineris quod erat usque ad regem. Ea nanque itineris ratio ita habet. Vbiq; sunt regij stathmi, id est mansiones, ac diuerlotia pulcherrima. Iter omne per loca culta, actutum. id nunquam intermissum per Lydiam & Phrygiā, viginti eīt mansionum, hoc est viarmum castrorum, parasangarum nonagintaquatuor & dimidiati. Et Phrygia excipit fluuius Halys, cui imminent portæ, quas transire omnino necesse, atque ita fluuium transmittere. est & præsidium magnum supra illum. Transgesso in Cappadociam, & eam permetienti usque ad fines Cilices, duodecim stathmi sunt, parasangæ centum quatuor. In horum montibus politas duplices portas ac tōtūdēm præsidia pertransis. Hæc tibi transgesso, & per Ciliciam iter facienti, tres stathmi sunt, parasangæ quindecim ac dimidiatus. Ciliciam autem ab Armenia distinguit aumen quod nauibus transitur, nomine Euphrates. In Armenia stathmi sunt diuersiorum quindecim, parasangæ quinquaginta sex & dimidiatus. in quibus & præsidium est. Eam fluuij qui nauibus transeuntur quatuor influunt, quos transmittere protus necessarium est: primus, Tigris, secundus deinceps tertius eiusdem nominis, et si non idem fluuius, nec ex eodem fluens loco. nam horum quos enumeraui primus Tigris ex Armeniis fluit, alter ex Mantienis. quartus fluuius nominatur Gyndes, quem Cyrus aliquando in trecentos ac sexaginta diduxit alueos. Ex hac Armenia in terrā Mantienam tendenti stathmi sunt quatuor: unde in regionem Ciliciam transeunti sunt undecim stathmi, parasangæ vero quadraginta duo & dimidiatus, ad fluuium Choaspem, qui & ipse nauibus transmittitur. supra quem urbs Susa est sita. Omnes autem hi stathmi, sunt centuni undecim. Tot diuersoria stathmorū sunt ascendi Sardibus Susa. Quod si iter regium recte metiamur parasangis, & parasanga valet triginta stadia, (ut vallet) sunt e Sardibus ad regiam quæ dicitur Meinnonia, tredecim

<sup>3</sup> Vel. orr. ant  
cessum. vel.  
prægnacū.

Sic & usq.

<sup>2</sup> Finibus.

<sup>3</sup> Matienis.  
& paulo post.  
Matienam.

decim millia stadiorum & quingenta: quum sint parasangæ quadringentæ quinquaginta. Itaq; per agrando singulis diebus centena & quinquagena stadia, consumuntur solidi nonaginta dies. Hunc in modum ab Aristagora Milesio apud Cleomenem Lacedæmonium dicere trium mensium iter esse, rectè dicebatur. Quòd si quis exploratius ista inquirat, hoc quoq; ego indicabo nam iter ab Epheso ad Sardis' hac ratione decet computari. A Græco igitur mari ad Susa (hæc enim vrbs Memnonis vocatur) dico esse' tredecim millia stadiorum & quadraginta: Ex Epheso enim ad Sardis, quingenta & quadraginta stadia: atq; ita decim tribus omnino diebus producitur iter trimestre.

<sup>3</sup> Digressus è Sparta Aristagoras Athenas contendit, ty-  
rannis liberatas, hoc modo: Postquam Hipparchum Psi-  
strati filium, Hippiaq; tyranni fratrem, qui in somnis vi-  
sionem clavis suæ euidentissimam vidisset, interfecere Ar-  
istogiton & Harmodius, prisco genere Gephyræi, post  
hæc nihilominus Athenienses, imo magis quam prius, ty-  
rannidem quadriénio pertulerunt. Vixio autem insomnij  
Hipparchi hæc erat: Pridie Panathenæorū videbatur Hip-  
parchus cernere virum assistentem sibi procerum atque  
speciosum, hos versus per enigma dicentem,

Intoleranda leo tolerat, tolerans animo ægo.

<sup>4</sup> Nemo viru pœnas iniustis iure rependet.

<sup>5</sup> Vbi dies illuxit, confessim p̄t se ferebat referre hæc vel-  
le ad somniorum coniectores: sed mox spreta visione, mi-  
sit pompam, vbi mortem oppetiit. Gephyræi autem è qui-  
bus erant percussores Hipparchi, fuere a principio ex Ere-  
tria oriundi, vt ipſi aiunt: verū, vt ego interrogādo com-  
perio, fuere Phœnices, ex iis qui cum Cadmo in terram  
qua nunc vocatur Bœotia venere, atq; eam incoluere, for-  
titi Tanagricum tractum. unde Cadmeis primū per Ar-  
giuos exactis, iterum per Bœotos hi Gephyræi expulsi, A-  
thenas diuerterunt. Ab Atheniensibus autem recepti sub  
conditionibus sunt vt ciues inter eos essent, multis <sup>6</sup> nec  
memoratu dignis quas ageret rebus impositis. Phœnices  
isti qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Gephyræi fue-  
re, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas do-  
ctrinas in Græcia introduxere, tum verò literas, quæ apud

<sup>1</sup> huic opac-  
et anoume-  
tate.

<sup>2</sup> i quatuor-

<sup>3</sup> exactus an-  
cem Sparta

<sup>4</sup> In iusti ne-  
mo est quem  
nō sua pœna  
sequitur.

<sup>5</sup> Quū p̄timū  
aut dies illu-  
xit, hæc ad so-  
mniorū con-  
iectores apet-  
te retulit. vel,  
hæc somn. con-  
iectoris. palam  
communicant.  
sed postea te-  
pudiata visi-  
one, (vel, quā  
visionis illi re-  
mota fuisse)  
pō-  
pam solemne  
celebrauit.

<sup>6</sup> nec memo-  
ratu dignis  
rebus illis in-  
ter dicentes,

Græcos, ut mihi videtur, ante a non fuerant. Et primæ quædem illæ exiterunt quibus omnes Phœnices vñctur: progressu vero temporis, vna cū sono mutauerunt & modulum pristinum. Et quum ea tempestate in pletisque circa locis eorum accedentes essent, qui litteras a Phœnicibus discendo acceperant, eas illi cum suis pauculis collocates, in usu habuerunt, & in utendo confelli sunt, ut ratio ferebat, vocari Phœnices, quod essent a Phœnicibus in Græciam illatae. Priscaque consuetudine biblos lones appellant pelles, quod aliquando penuria biblorum, hoc est *suspensum*, pelliibus caprinis ouillisq; vrebantur, adhuc quoq; ad meā usq; memoriam multi barbarorum talib. in pelliibus scribunt. Quin ipse vidi apud Thebas Boeotias in Itmenij Apollinis templo, litteras Cadmeas in tripodibus quibusdā incisas, magna ex parte confuniles Ionicis. quorum tripudum vobis habet hoc epigramma,

*Obruit Amphuryon me gentes Telebarum.*

Hec fuere circa ætatem Laij, qui fuit filius Labadaci, nepos Polydori, prouepos Cadmi. Alter tripus hexametro carmine ait,

*Secus in assueto pugilum certamine vicer, M: tibi sa: rauit s̄p̄e iſsum munus, Apollo.*

Scatus autem hic Hippocoontis filius fuerit: si quidem hic est qui tripudem dicauit, & non aliud idem Hippocoontis filij nomen habens, circa ætatem OEdipodis Lao geniti.

Tertius tripus, & is hexametro catinice ait,  
*Lato latus sp̄yam tripudem fui in urbe monarchus,*  
*Hic in signe de cui tibi magne diceant Apollis.*

Sub hoc Laodamante Eteoclis filio qui monarchus fuit, id est, julus principatu est potius, cicci sunt Cadmei ab Argiuis, & se ad Enchelreas contulerunt. Gephyræ autem postea in Ispacionem Boeotiorum quum venissent, Athenas coniugarunt: ubi sunt ab eis tempora extincta seorsum à ceteris, cum alia quædam, tum ereris A. hære & templum & orgia. Quod igitur fuerit vobis Hipparchi in somnis, & unde fuerint omundi Gephyræ, ex quibus fuerent percutores Hipparchi, à me conservare ac meministi. Unde oportet ad eum redire sermone non enim in principio instituimus, qua ratione sunt Atheniensis liberatutem.

*Hippia*

3 Legit  
mēdūtēs  
pro vīvōlēi  
Gētis.

Hippiatryannidem obtinente, & infenso eis propter cōdē Hipparchi, Alcmonidae, qui generes sunt Athenienses, profugi patria propter Pisistratidas, quoniam ipsis vñā cum ceteris exilibus res de redūdo tentata omni ope, frustrata fuit, conatiq; Athenas reuertendo liberare, vehementer spē deciderunt. Lipsydrium super Paoniam cōmunicuant: debinc omnia aduersus Pisistratidas cōminiscendo, mercede cōduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphīs edificandū, id quod nūc est, tunc autē non erat. Eoimvero quum bene nummati essent, ac viti spectati iam inde à suis maioribus, extinxerunt templum exēplari pulchrius, & cetera omnia. nam quum ex lapide Porino conuentū esset ut illud facerent, tamen anteriora eius Paro lapide effecerunt. Utigitur Athenienses aiunt, hi viti Delphīs sedentes Pythiam pecunia per suaserunt ut & quoties viri Spartiatæ venirent, sive priuato sive publico agnime, petentes oraculum, proponeret iplis liberare Athenas. Lacedæmonij autem, quān sibi idem semper diceretur, mittunt Anchimolium Alteris filium inter populares eximiū, cum exercitu ad expellendos Athenis Pisistratidas, tametsi hospites suos & in primis amicos. antiquiora enim duxerunt que ad deū quām quā ad homines pertinent. Hos itaque mari nauibus miserunt: cum quibus Anchimolius ad Phalerum appullus, copias eduxit. Id præscientes Pisistratidæ auxilia Thessalia euocauerūt. societatem enim cum Thessalii fecerant. quibus rogantibas communi decreto Thessali misserunt mille equites cū suo rege Cinea, viro Conixo. Hos socios ubi habuere Pisistratidas, hoc excogitauere: planitatem Phalereotuin detergunt, cumq; locum equitabilem reddunt, atq; illac equitatum in castra hostium emittunt. Equitatus in Lacedæmonios irruens, cum alios multos, tum verò Anchimolum interemit: ceteros qui superfuerūt, ad naues repulit. Hūc in modum primus Lacedæmoniorum exercitus absceſſit. Extatq; in Alopecis Atticæ buſtum Anchimolij, iuxta Herculis templum quod est in Cybolargi. Postea verò Lacedæmonij maiores copias contra Athenas miserunt, non mari, sed terra, præfecto illis duce Cleomene Anaxandridæ filio: cū quibus oram Atticā inadeutibus cōgressus primū Thessalorum equitatus, nō

qui excedebat in Athenienses erat ob cōdem Hipp.

<sup>1</sup> atque iuste cetera, quam ex lapide Por.

Hic fuit prīmæ expeditiōnis Lacedæmoniū exitus.

diu post in fugam versus est, eis supra quadraginta è suis, qui repeti fuere, qua quique potuit, recta in Thessaliam redire. Cleomenes ad vibem pergens, vna cum iis Athenienibus qui liberi esse cupiebant, obsedit tyrannos intramutum Peloponnesum redactos. Neque tamen omnino Pisistratidas cecere Lacedaemonij, quippe qui de facienda oblatione non cogitabant, & Pisistratidae cibo potuque bene instructi erant. Itaq; quam aliquot dies Lacedaemonij tyrannos obsedit, Spartam abiere. Ille tamen causas qui alios infamius, idem aliis faustus extitit. nam filii Pisistratidarum qui clavis extra regionem supponebantur, intercepserunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbatae sunt. & pro redienciae filiis ad voluntatem Atheniæsum transegerunt et intra quinque dies ex Attica excederent. Mox, ac in Sicyon quod est supra Scamandrum concesserunt, quum sex & triginta annos regnassent, oriundi è Pylo atque a Nicleo, ex eisdem prognauit ex quibus i; qui fuere cum Colito ac Melanthon, qui prius aduentijs, tamen Atheniæsum reges euasere. Eaque de re Hippocrates Pisistrati pater, repetita memoria Pisistrati filij Nestoris, inde in nomen filio suo imposuit. Hoc Athenienses modo tyranni liberatis sunt. quæ recepta libertate, quæcunq; aut secessere aut palii sunt memoratu digna, antequam Ionia defecit. Datio, & Aristagoras Milesius Athenas oratum auxiliavererit, hic prius edidiceram. Athenæ, quum magis finissent ante a tunctamen tyrannis liberatae, extitere in mores, in quibus duo viri prepollebant, Clithenes vir Alcibiades, qui (ut fama fuit) Pythiam persuaserat, & Kynoras Titandi filius, illustri quidem familia, sed quam vetusta non queo affirmare: eius tamen cognatus Iou Catio immolant. Hi viri perfectiones de potentatu contendebant. Clithenes, quum vinceretur, populum amplectendo, ex quatuor tribubus mox decem effecit, cognomini bus Ionis filiorum, \* Peleontis & Aegicoris & Argadei & Niopletis, in alia commutatis que ipse inuenit, aliotum heretam in lignarum, præterquam Aiakis, quem eti; hotipitem, tamen adiecit, ut pote sinitimum ac socium. Qua in re videtur multi Clithenes hic autem suum in atermum Clithenem Sicyonistyrannū fuisse initatus. Ille enim, quam bellum

1 Nec vero Ti  
tthrida, vt  
la ratione eis  
civiles, & po-  
ficiuntur. 1.4-  
cederunt, quippe  
qui deti heda in  
longum obli-  
dione no[n] co-  
gi. & Pauli.  
comœtu be-  
ne instruci  
erant: ideoq;  
vbi per alt-  
quæ dies  
obedirent.  
Sparta rever  
si fuisse. Sed  
res coniugit  
quo ut illos  
pericula, i-  
tabus, atque  
rebus. Iliu  
sternit, &  
prolifici di-  
catur, ergo  
i. 1.4. 1.4  
rebus, & pro  
hunc tenuit.  
C. 1.4. 1.4  
conspicere.

2 Ex quibus  
Codrus &  
Melanthus,  
qui prius ad-  
uenit,

3 Pythæ p.  
sufficiunt ad  
saceret quod  
fanteate na-  
ratum est.

4 Gelonitis

bellum gessisset cum Argiuis, summovit è Sicyone certamina canentium poemata, ob Homeri carmina, in quibus Argos atque Arguii tantopere celebrantur. Neque hæc modò submovit, sed etiam optauit monumentum Adrasti Talai filij, quod erat in ipso Sicyoniorum foro, quia fuerat Argius, exterminare: ideoque Delphos adiit ad oraculum consulendum nunquid Adrastrum eiuceret. Cui Pythia respondens, inquit Adrastrum quidem Sicyonium regem esse, ipsum verò lapidatorem. Id non concedente sibi ideo, Clisthenes reuersus excogitabat quo pacto Adrastus ipse demigraret. Quod ubi excogitasse sibi visus est, misit ad Boeotias Thebas nuntiatum, velle se afferre Sicyonem Melanippum Astaci filium. Eumq; tribuentibus <sup>sic in seq.</sup> reducere.

Thebanis in urbem intulit: atque ei fanum in ipsa cutia designatum exedificauit munitissimo in loco, in quem intulit Melanippum.<sup>1</sup> Quod factum deberet existimari ini-  
miciissimum Adrasto, quod & Mecestem fratrem eius &  
Tydeum generum Melanippus interfecisset. Clisthenes ubi fanum extruxit, hostias & dies festos Menalippo dedit  
ab Adrasto creptos, quibus illum Sicyonij magnocum honore prosequi consueuerat. Etenim regio Polybi fuerat,  
qui, quum sine liberis decederet, imperium Adrasto legavit nepoti suo ex filia. cum igitur Sicyonij cum aliis hono-  
ribus prosequebantur, tum verò tragicis choris, ita ut nō Dionysum, sed Adrastrum venerarentur. at Clisthenes cho-  
ros quidem Libero, cæteras verò ceremonias Melanippo dicauit. Hæc ille in Adrastrum egit. Tribus autem Doricen-  
sium ne forent eadem Sicyoniis quæ Argiuis, in alia no-  
mina, commutauit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. quippe hyos & onas, id est suus & asini, ultima nomina pro pristinis imposuit, preterquam tribui suę, cui à sua arche, id est à suo imperio, nomen indidit. itaque hi tribules Archelai vocabantur: ceterorum autem alij, Hyatæ, id est suales: alij, Oneatæ, id est asinæ: alij, Chærea-  
tæ, id est porcales. His tributum nominibus Sicyonij & Cli-  
sthene imperante, & eo defuncto ad sexaginta annos usi sunt, quæ postea inter se reputantes, in alia transstulerunt, Hylleas, l'amplylos, Dymonates: quartæ tribui quam ad-  
iecerunt, imposito cognomine Ægiales, ab Ægialo Adrasti

\* Reduxit autem Melanippum Clisthenes (hoc non narrandum est) ut Adrasto iniamicissimum, quod & Mecest.

; eius Infor-  
tunia choris  
tragicis deco-  
abant,

4 Cognomi-  
na enim corū  
mutas in alia  
quib; vñs &  
vñs (id est suus  
& asini) appel-  
latione: pre-  
fixa esse, vt  
timas Iylla-  
bas addebat.  
; quini apud  
se expendis-  
se.

<sup>1. r. Clis. filio.</sup> Hæc Sicyonius Clisgenes & ipse (ut mihi videtur) nes adde sece p̄t contemptu Ionum, ne forent eadem iplis & Ionibus rat Atticen tribus, Clisgenes sibi cognominem imitatus est. Quum si. sive in Clisgenes, quā enim populus Atheniensis fuissest antea exagitatus, post huius sicyo- caquam omnium authoritatem ad suam viuus rededit, ni esse ex ti- tūm tribuum nonūna censuit immutanda, & plures ex lia nepos, & paucioribus faciendas, decē pro quatuor, & totidem phabecet, larchos, id est tribum prejectos. Ita populo in tribus dis-

<sup>2. Superatus</sup> tributo atque composito, erat multo superioris qui erant autē vicilim contrariæ factionis. Superatus in partibus Isagoras, hoc inuicem excogitauit, ut Cleomenem Lacedæmonium ad Isagoras, hoc uocaret, iam inde ab obsidione Pisistratidatum sibi hospitem factum: qui quidem culpabatur quod ad uxorem Isagoræ ventitaret. is misso primum Athenas caduceatore

<sup>3. Alcmæoni-</sup> Clisgenes eiecit, & cum eo alios complutes Atheniæ, dæ. n. & qui eos enageas vocans, qd piaculares, videlicet admonitu Isagoræ hæc dicens. nam Isagoras atque amici eius non erant nū erant. c. t. affines cædis cuius insimulabantur Alcmæonidae, & qui dis huius ini- Atheniensium erant enagees, ita nominabantur, qui pia- nū sustine- bant, at ipse culo obstricti erant. Cylon quidam Atheniensis vir olympio- Isagoras ne- nices, affectatæ tyrannidis compertus est. Simulato nam- quæqua. nec que æqualium sodalitio atq; occupare conatus est. Id quū ei⁹ amici E- efficere non potuisset, assedit simulachro dei supplex, ipse magees autē inier Atheni- ac socij. hos illinc submouerunt quidem magistratus Nau- enes ita no- cratiorum, qui tunc Athenas incolebant, data fide puni- mina. i. sac- endi eos citra mortem: sed culpa horum mox interfec- tione.

<sup>4. omne Cle</sup> rum fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Pisistratitatem omni rato gesta sunt. Vbi autem Cleomenes per nuntium eiecit Clisgenes. r. rato silenem atque piaculares, quamus Clisgenes ipse profu- effe. Is eo quad gisset, nihil feci⁹ Athenas venit, non magna cum manu, on. ne portide- atq; illinc septingentas familias militares Atheniensium, batur. Cleome- tanquam piacrlo contubinatas, relegauit, quas ei fugge- m. vel. Exim. o. men apprehens rebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum 138 Cleomeni, quod dissoluere, & magistratus trecentis Isagoræ militib. man- autē hic. Qn- dare: velim relaxante senatu, atque obtemperare nolen- pulu, statim te. Cleomenes Isagorasque cum sua factionis hominibus p̄est excedere vocat, quod arcem occuparunt. quos exterri Athenienses cum senatu Veila intetpt. sentientes, biduo obliderunt: tertio die quicunq; Lacedæ- admonitionem. monij ibi erat, accepta fide, regione discesserunt, rato ef- fecto

facto quod Cleomeni dictum est. nam ei ad occupandum  
 arcem ascendi, & ad dei penetrale consulendi gratia e-  
 uni, exurgens è sella sacerdos, antequam ille valvas referaret.  
 Lacedæmonie, inquit, hospes retrò redeas, né te templum  
 introeas. non enim Doribus huc introire fas est. Cui Cleo-  
 menes. Ego, inquit, mulier, Doros non sum, sed Achæus. I-  
 taq; admonitu uti nolens, atq; in conatu pergés, tunc quo-  
 que iterum à proposito cum Lacedæmoniis decidit. Ceteros  
 autem ad necem vincere Athenienses, & in iis Timessi-  
 theum fratrem eius cuius manualia opera atq; strenuita-  
 tem maximam referte possem. Atq; hi quidem in vincula  
 coniccti mortem oppetiere. Athenienses autem post hæc  
 reuocatis cum Clithene septingentis milium familiis,  
 quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahen-  
 dam cum Persis societatem. Intelligebant enim sibi cum  
 Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Ut Sar-  
 dis venere nuntij mandaque exposuere, percontatus est  
 eos Artaphernes Hydaspis filius, Sardum prætor, quinam  
 homines essent Athenienses, & ubi terrarum incoleentes,  
 qui socij Persarum fieri orarent. Vbi id ex nuntiis audiuit,  
 ita eis ingenuè respondit, si regi Dario terram darent & a-  
 quam, se contracturum cum eis societatem: sin si quis, il-  
 los abscedere præcepit. Nuntij inter se colloquuti, quod  
 societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt. quo  
 nomine, ubi reuersi sunt domum, vobementer accusati  
 sunt. Cleomenes, intelligens ab Athenientibus se & verbis  
 & factis laedi, ex omni Peloponneso copias coegit, diili-  
 mulans quem ad finem, qui in haberet in animo tum po-  
 pulum Atheniensem vicisci, tumлагoriam constituere ty-  
 rannum, qui una cum eo ex atce decesserat. Cœparato ex-  
 ercitu ingenti, ipse Eleusina invasit, & ex composito Bœo-  
 tij Oenoem occuparunt & Hydias, ultimos Atticæ popu-  
 los: & ab altera parte hæcideses ora Atticæ loca popu-  
 labantur. Athenienses etiā acripi belli districti, Bœotio-  
 rum & Chalcidensiu vltione dilata, arma contra Pelopon-  
 nenses in Eleusine agentes ferunt. Dumq; ambo exercitus  
 conserunt præliū essent. Corinthi, primi omnium secunt  
 reputantes iniuste à se agi, auerterunt se, atq; abscesserunt. : sententia  
 Secundum hos id fecit Demaratus Aristonis filius, qui & mutauerunt,

ipse erat rex Spartiatum, & è Lacedæmonie copias contraxerat, nec à Cleomene superiori tempore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est, non licere utriusque regi cum exercitu prodire. (nam prius prodibant) & his se iunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & isti antehac ab eis euocati, exercitū ambo comitabantur. Porro tunc ceteri socij qui erant in Eleusine cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deseruisse, & ipsi dilapsi abierunt. Quartò tunc Dorzes in Atticam profecti sunt, bis ad bellandum ingressi, bis ob Atheniensium multitudinis commodum. Primò, quum Megaran coloniam deduxerunt, hæc expeditio rectè vocetur, sub Codro Atheniensium rege: iterum ac tertio, quum ad expellendos Pisistratidas ex Sparta ventum est: quartò, quā Cleomenes Peloponnesos ducens, Eleusinen invasit. Ita quartò tunc Dorzes aduersus Athenas expeditionem sumpserunt. Dilapo igitur indecorè hoc exercitu, ibi Athenienses volentes vltum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt aduersus Chalcidenses: quibus Bœotij ad Euripum iere suppetras. His conspectis Athenienses putarunt sibi cum eis prius quam cum Chalcidensibus pugnam conserendam. itaque congressi cum illis egregiè luperant, permultisque eorum cæsis, septingentos capiunt. Eodem die transgressi Eubœam, cum Chalcidensibus confixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in præliis hippobatarum, q. d. equitum, reliquerunt. hippobatae autem apud Chalcidenses vocabantur locupletes. Horum quoq; ceperunt, vñā cum Bœotiorum captiuis vincitos in carcere in coniecrunt: quos aliquanto post binis mulctatos minis soluerunt: eorumque vincula quibus alligati fuerat, in arce suspenderunt, quæ ad meam usque memoriam exstabant, pendētia è muris à Medo ambustis, erégione cœnaculi ad occasum spectantis. Decimam quoq; redemptionis consecrunt, facta ærea quadriga, quæ ad sinistram manum intrantium statim in propylæa arcis stabat, cum hac inscriptione,

*Attica per domum acri ubi marie inuenitus*

*Bœotum populu Chalcidicasq; manus.*

*Damna rependerunt vincis & carcere caco,*

Pecuniariū  
a singulis in  
præmium te-  
derationis  
persolutarū

*Quorum h̄s de decima stant tibi Pallas erga.*

Et Athenienses quidem augescebant. Iuris autem æquabilitatem esse rem bonam, non ex uno tantum, sed vndeque datur intelligi: si Athenienses etiam quādiū tyrannis subiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præstantiores erant: liberati vero tyraonis, multo omnium primi extiterunt. Vnde liquet eos, dum tyrannis parebant, <sup>1</sup> de industria peccasse, tanquam domino laborantes: at libertate parta, sibi ipsi quisque rem gerere properabat. <sup>2</sup> Athenienses ita agebant. Thebani autem post hæc vlciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per se eos posse illos vlcisci, iubebatque ut <sup>3</sup> ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. <sup>4</sup> Reuersis qui missi ad oraculum erant, ac responsum exponentibus, Thebani illud nihil facientes quod referebatur, ut rogarent proximos, dicebant, Nunquid nō proximè nos incolunt Tanagræ Coronæque & Thespientes, qui nostri assidue commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogarri oportet? nunquid potius hoc non habendum pro oraculo? Hæc illis ratiocinantibus, quidam re audita, inquit, Ego quid nobis significare velit oraculum video mili in telligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Ægina, quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis ut Æginetas rogemus vicem nostram vlcisci. Thebani, quoniam nulla quam hæc visa est dici potior sententia, protinus misere ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixerunt emittere cum eis Æacidas. Socierate Æacidarum freti Thebani, quum lacesissent Athenienses, accepta offensio ne aduersæ pugnæ, iterum auxilia virorum remissis Æacidis orauerunt. Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinæ inimicitiaz quam gessere cum Atheniensibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Atheniæ <sup>5</sup> Boiotiis in cumberent, ipsi longis navibus in Atticam traiicientes, cum alios multos populos in cætera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem Atheniensibus afferentes. Inimicitia autem quam

<sup>1</sup> remissa  
gete voluisse  
*vel Operam se-  
dula non na-  
uisse.*

<sup>2</sup> Horum igi-  
tut res ita se  
habebant. *ve*  
*Hic igitur erat  
rror Athenien-  
sum statim.*

<sup>3</sup> ad Polyphœ-  
num

<sup>4</sup> Reuersi  
colultores or-  
aculi, quod  
ab eo respon-  
sum etat ex-  
posuerunt, co-  
uocata con-  
cione. The-  
bani, qui au-  
diēt quod il-  
li dicebat, *ni-  
mū ut proxi-  
mos rogarēt*  
*Nōnne, in-  
quiūt, proxi-  
me nos habi-  
tant Tanagr.*

<sup>5</sup> in dō viden-  
dum ne aliud  
poti⁹ ubi ve-  
lit oraculum.

<sup>6</sup> Boötos bel-  
lo premerēt.

Æginetæ aduersus Atheniæ habebant, ex hoc initio ex-  
 stitit: Epidaurij, quum sua ipsi terra nihil redderet, de hac  
 calamitate Delphicum consuluerunt oraculum. Quibus Py-  
 thia iuslit ut Damixæ & Auxesixæ simulachra erigerent: &  
 postquam erexissent, melius secum actum iti. Sciscitanti-  
 busq; Epidauriis utrum ex ære ficeret illa an ex lapide, re-  
 spōdit se è neutro fieri sinere, sed è ligno oleagine oleæ ta-  
 men, non oleastri. Rogabant igitur Epidaurij Atheniæ  
 ut libi permitterent olea incidere, qui scilicet olcas illas  
 sacratissimas esse existimarent. fertur etiam nusquam geo-  
 tum nisi Athenis illa tempestate oleas fuisse.) Atheniæ  
 se vero dixerunt concessuros, hactamen lege, si quotannis  
 illi sacra Mineruæ urbanæ & Erechtheo afferrent. Acce-  
 pta conditione Epidaurij quæ rogabant impetraverunt, &  
 simulachra ex his oleis fabricata statuerunt: terraque sua  
 fructum eis ferente, quod conuenerat Atheniensibus per-  
 soluebant. Eo tempore atq; superiori Æginetæ Epidauriis  
 parebant tum in aliis, tum verò in litibus, quas Æginetæ  
 inter se vel actores, vel rei, illuc se conferentes agebant: ve-  
 rum ex eo tempore fabricatis nauibus, nullo confuso usq;  
 ab Epidauriis descivierunt. Factique hostes, ac mari potiti,  
 cum alias clades inferebat, tum simulachra Damixæ & Au-  
 xelis surripuerunt: eaq; asportata, in regionis suæ medi-  
 terraneo loco statuerunt, cui nomen est Ægæ, viginti fer-  
 me procul ab urbe stadiis. Hoc in loco illis erectis, suspi-  
 cabant sacrificiis atque iocabundis choris mulierum, de-  
 nis viris utriq; dæmonum aliquatis, qui choris præcesserat.  
¶ probri in-  
fectabatur, Chori autem oeminem virum nuncupabant, sed indige-  
 nas fœninas: quæ ceremonia apud ipsos quoq; Epidau-  
 rios fuerant. Surreptis statuis, Epidaurij quod fuerant pa-  
 tri Atheniensibus non soluebat: cuius rei quum a nuntiis  
 Atheniensium admoneretur, reddere rationem cur iniuri-  
 ij non essent: se enim quandiu apud se statuas habuissent,  
 quod conuentum erat exoluisse: eidem iam viuatos, non  
 debere exoluere, sed Æginetas, qui illas haberent: à qui-  
 bus id exigi iubebant. Ad eas repetendas Æginam Athe-  
 nienses misere. Æginetæ negare quicquam negotij esse si-  
 bi cum Atheniensibus. Athenientes autem auunt, post re-  
 petita simulachra, tricennem missam publicè cum ciuibus  
 quibusq;

quibusdam: qui Æginam quum venerūt, simulachra, tanquam ē suis lignis facta, conati sunt suis sedibus emoliri ut asportarent: quumq; eo pacto auferte nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitruum & cum tonitruo terræmotum extitisse: eaq; de re illos remiges qui trahebant simulachra, ab his in amentiam esse cōuersos: & ex hoc motbo sese tanquā hostes mutuō trucidasse, donec vnu ex omnib. relictus est, qui ad Phalerum se recepit. Athenienses quidem ita reni gestam esse memorant. Æginetæ verò negant illos vna cum naui venisse, (facile enim se vnam nauim, atque adeo complusculas, et iam si sibi nullæ fuissent naues, fuisse propulsaturos) sed cū pluribus in ipsorum terram invasisse, se verò cessisse, nec pugna nauali contendere voluisse. Qui tamē planum facere nequeunt, an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent, cesserint: an volentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses certè, quod nulli propugnatores obstante, egressos ē nauibus ad simulachra se conuer- tisse: & quum ea ē suis vestigiis amoliri nequirent, circumdatis testibus trahere ita conatos, donec illi ambo simula- chra, dum traherentur, fecere tem apud me fide carētem, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuisse sibi in genua, atque ex eo tempore semper genu nixa permanis- se. Et hæc quidem Athenienses fecisse: se verò, quod audi- rent sibi bellum ab Atheniensibus illatum iri, præparasse Argios ut sibi aduersus Athenienses in Æginam delecen- dentes adessent auxilio. Eosq;, quum latuissent hostem in traiicendo ex Epidauro in insulam, in Athenienses, qui ni- hil præscissent. à nauibus disclusos irruisse: & interea toni- trum ipsi tremotumq; extitisse. Hæc ab Argiis Ægi- netisque commemorantur. Athenienses quoque con- tentur vnum omnino ē suis incolumem in Atticam reuer- tisse, quem tamen Argiui aiunt superstitem fuisse ex Arti- co exercitu quem ipi profigassent. Eundem Athenienses, demobio incolumem, nihil secius periisse reserant, hunc in modum: Quum Athenas se recepisset, clademq; renun- ciasset, uxores eorum qui aduersus Ægiuam profecti fue- rant, indignè ferentes vnum ex omnibus esse reducem, circumfulas hominem prehendisse, ac sibuis vestimento-

¶ Ut tamen vetum fateamur, non locuta est hæc vestis ab antiqua origine, sed Caire. omnis enim præsca vestis Græcarū mulierum, ca. i.e. etat cum illa quæ nunc Doricam appellatur. At vero Argivis & Aeginetis hac de causa consuetudinem istam inuoluisse ait, ut si huius fiat menoriis, quæ tu receperas etat. quin etiam mulieres apud eorum propter deos templa præcepit, ut fibulas pueri cuncta recte. vel fibulas propter dianam offerte: Atticū vero nihil, ac placuisse quidam templo offerre: atque adeo ut ibi ex votis suis patræ poteret, more postea recepta sc.

rum pupugisse, percontantes singulas ubi suus vir esset, atque hoc modo hunc suisse confectum. Idq; factum multum visum esse Atheniensibus ipsa clade tristius, in quas quum alia ratione animaduertere non possent, vestem illarum in Iadem mutauerunt. nam antea Dondein vestem gerebant Atticæ fœminæ, simillimæ Corinthiarum. eam itaq; mutauerunt in lineam, ne fibulis vteretur. Quanquam ruerat si ratione vtamur, non las olim vestis fuit, sed Caire, quoniam omnis præsca vestis fœminarum Græcarum eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argivis & Aeginetæ idem adhuc facit, apud quorum vestimentaque mos est fibulas faciendi sescuplas mensura quam tunç consueverat: quas præcipuæ fœminæ eorum templis deorum consecrare solent, neq; aliud quicquam Atticum illico offerre, ne vrceum quidem, sed ex ollis gentilibus in posterum ibidem potare. Eoq; contionis processere Argivæ atq; Aeginetæ mulieres cum Atticis, ut ad meam usq; statuam fibulas gestauerint quam antea gradiores. Odiorū principium Aeginetarum in Athenienses hoc, quemadmodum cōmemoratum est, extitit. Cuius rei circa statuas gestæ memoriam cōtinentes, libenter Thebanorum rogatu auxiliū tulere Bœotiis Aeginetae. Qui quum maritima Atticæ vastaret, Atheniensesq; aduersus Aeginam expeditiōnem inirent, aduenit è Delphis oraculum, ut ab Aeginetis laddendis triginta annos abstineret, tricessimo anno, quum fanum Æaco dicassent, bellum cum Aeginetis inchoarent, ad votum eius re successura. Sin bellum continuò inferrent, sed ad extremū illos subigerent. Hoc oraculū ad se Athenienses allatum ubi audiere, eatenus ei obtemperandum censuerunt ut Æaco fanum dicaret, quod nunc in foro exstructū visitur: sed triginta annis non esse abstinentium, quod videlicet audissent esse fatale, multa se passuros indigna ab Aeginetis, si bello abstineret. His tamē ad vlciscē-

sc. Animaduertendū est autē in Greco textu interpolationē quae est post modūm inde translatam ponendum esse post eisq; ut sit, ēn tis mōnōm vīcōrēm.

¶ vīcōrēm, ipsi subigerentur.

¶ sed annos triginta non abstinerunt (vel supercedunt) quum audissent libelle abstinentium, pallis hostilia ab Aeginetis. His tamen ad vlc-

dum se parantibus Lacedæmonium factum extitit impedimento. siquidem Lacedæmonij, auditio commento Alcæmoniidarum etga Pythiam, & quæ egisset Pythia in ipsos atq; Pisistratidas, duplum se iacturam fecisse animaduertebant: q uod & suos hospites è patria eiecssent, & nulla sibi ex hoc facto gratia ab Atheniensibus haberetur. Præterea oraculis vrgebantur, denuntiantibus multa ipsis & indigna ex Atheniensibus futura, quorū antehac securi fuissent, præsertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerso didicerant. Etenim Cleomenes potitus est ex arce Atheniensium oraculis, quæ al' Pisistratidis prius possessa, quum illi expellerentur, relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonij vbi per Cleomenē accepere, & animaduertebant Athenenses augescētes, nec ad ipsis obtemperandum villo modo esse animatos: præterea genus Atticum quod sub tyranis fuisset infirmum, & ad patendum promptū, nunc parta libertate ipsis par existeret: hæc omnia cōsiderantes, accersierūt Hippiam Pisistrati à Sigeo Helleponti, quò Pisistratidae confugerant. Postquam Hippias accersitus adfuit, accisis etiā aliorum sociorū nuntiis, ita Spartiatē apud eos verba fecere, Agnoscimus viri socij nos haud rectè egisse, qui clementitis oraculis inducti, viros qui erant nostri imprimis hospites, & quiq; in animum inducebat præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eieciimus. & quū hæc fecerimus, tamē ingrato populo urbem tradidimus: qui posteaquam per nos liberatus, despexit nos, pariter ac regem nostrum per dedecus detrimentumq; eiecit: inflatusq; superbè, famam auget, præcipue quidem Bœotos suos finitimos atq; Chalcidenses didicisse qui ipsi sint: sed fore fortassis ut alias quis, si peccauerit, idem discat. Quare, quoniā in illis agen-

matos esse videntes, quum apud se considerassent, gentem Atticam tantisper dum libertate poticerat, ( vel si iurū esset ) viribus parem suæ esse futuram: atq; tyannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendum fore promptam: hæc, mquām omnia quum animaduertissent, accersuerunt Hipp.

3 Consciū nobis sumus nos haud recti.

4 quiq; se Athenas in potestatem nostram redacturos receperant.

5 liberatus, animo erigi caput, nos cegemque nostrum per contumeliam eiecit: atque adeo superbè inflatus, suam potentiam auget: ut & iam dicatum potissimum quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid. disceret vero forasse & aliis quem peccare contigerit. id est, non causè se erga illos gerere, quod tamen potest aliter etiam exposi, sicut Cœillad dīgav φύσας.

hostilia ( vel  
atrocies ab A-  
then. fut. quo  
rum oraculorū  
antea quidē  
ignari fuerat,  
tum vero co-  
gnita habu-  
erant, quoniam  
Cleomenes  
ea Spartam ac-  
tulisset. iis .n.  
potius cū ex  
Atheniensiū  
arce oraculis  
quæ &c. ut  
τῶι περίπετη  
referat χει-  
μῶν.

2 in templo  
teliqueat: re-  
licita autē Pis-  
istratus acce-  
perat. Lacedæ-  
monij igitur,  
quū hæc ora-  
cula in corū  
manus perue-  
nissent, Athe-  
niensium po-  
tentia cresce-  
re & ad pa-  
dum ipsorum  
imperio nul-  
lo modo anti-

matos esse videntes, quum apud se considerassent, gentem Atticam tantisper dum libertate poticerat, ( vel si iurū esset ) viribus parem suæ esse futuram: atq; tyannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendum fore promptam:

hæc,

mquām

omnia

quum

animaduertissent, accersuerunt Hipp.

3 Nunc pse dis peccauimus, nunc demus operā vt illuc vñà vobiscum  
 40 cœlū sub euntes, suppliciū de illis sumamus. Hac enim de causa tli-  
 terra erit, tec- piam & vos è sua quolq; vt be accersiuimus, vt publico cō-  
 tra p; cœlo su- sensu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, red-  
 pereminebit ho- damus ei quæ abstulimus. Hæc Spartiæ. Quæ quum a-  
 bonines ma- se incoleret, pi- li socij non probarent, quomq; silentium tenerent, Corin-  
 fess domici- thius Solicles ita loquutus est, ' Eo tempore cœlum sub  
 siū prius ho- terra, ac terra superior cœlo erit, hominesque domicilium  
 minu accip- in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonij rebus  
 ent, quū vos publicis eueris, tyrannides in vrbes introducere conabi-  
 Laced reb. p.  
 eueris t. in vr- mini, quib. nihil est in rebus humanis neq; iniustius, neq;  
 bes reducere magis mortiferum. Quod si bonum vobis videtur ciuita-  
 cœmioi qui- tes subesse tyrannidi, ipsi vobis primi tyrannum constitui-  
 bus nihil i- te, atq; ita vt aliis constituatis operam date. At nunc ipsi ty-  
 reb. hum. nec magis iniustū rannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehemen-  
 sit, nec magis tillimè cauentes, hoc in socios studetis efficere, qui si esse  
 Guggeinatiū.  
 Perinde ac si di- tis, vt nos sumus, experti, meliorem quam nunc facitis, de  
 ceret, cū poera, hac re sententiam diceretis. Nam ista res apud Corin-  
 Omnia naturæ thios ciuitatis perturbatio fuit. quum esset apud eos pau-  
 p. et p. era legi- corum regimen, & ij qui Bacchiadæ vocabantur, urbem  
 bia uenit Parf- incolerent, vltro citroq; inter eos matrimonia contrahe-  
 qui mā mundi- bantur. Horum vni nomine Amphioni nata est filia clau-  
 nū l. tenebit ster: Omnia sā da, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchia-  
 fient fieri que- darum ducere volebat, duxit Eetion Echecratis filius, è Pe-  
 posse negabam.  
 quū vos Laced. tra quidem tribu, sed oriundus à Lapithe ac Cænco. Qui  
 adeo mutari si- quū neq; ex hac muliere, neq; ex alia tolleret liberos, mil-  
 tiū ut. &c. Sed sus est Delphos ad consulendum de prole. cum introeun-  
 legendum nō dī tem statim Pythia his verbis coimpellavit,  
 ἐτι οὐ γάρ, Eetion, te nemo (licet sistantis) honorat.  
 &c.  
 3 sententiam Conceptum pariet saxum grane Latda, monarchos  
 proponere- 3 Qui cadet in cines, emendabit q; Corinthum.  
 cis. Talis erat \*Hoc oraculum quod Eetioni redditum est, eodem cen-  
 Corinthiis vt

bis status, vt penes paucos imperium esset. Quum igitur ij qui Bacchiadæ co-  
 gnominabantur, ciuitatis gubernacula tenetent, & vltro citroque maximo-  
 nia inter se contraherent. contigit vt vni ex his, qui Amphion vocabatur, fi-  
 lia reficeretur quæ clauda esset, nomine Labda. Eam quod nullus Bacchiada-  
 rum ducere vellet, duxit Eetion, &c. 3 Quod cadet. neq; enim t idetur posse  
 alii referri ποιεῖται γενιν ad ὀλοιπόχος. 4 Hæc oraculum Eetioni respon-  
 dusit. Bacchiadæ reliqui erat, qui quod prius editū de Corinthio factat oraculum  
 non intelligebant, quā n eodem quo & illud Eetioni redditum. percuteret  
 debat

debat quò alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quam hoc renuntiatum est in hæc verba,

*Concipit in petris aquila, enixa rationem  
Robustum, suum genua & qui multa resolut.  
Hæc bene nunc animis versate corinthia proles,  
Quæ cœliu pulchram Pallentem, ultamq; Corinthum.*

*Pirrena.*

*Quoniam igitur Bacchidae hojus orationis sibi præsumebat, quæ non possem, quæ audierunt, id quod Eetionis erat editum, conciliud etiam prius latet exerunt, cum illo Eetionis cognitens, Quoniam autem & hoc intellexissent, silentio suppresserunt, suscitaram eumque i prole intercepere in anno habentes.*

*+ ad gratulandum patrem*

' Id oraculum quum ad eam diem fuisse indeprehensum. simularque ex hoc Eetionis patuit eodem utrumque pertinere, silentio suppressere, animo futurum Eetionis filium extinguendi. Et ut primum mulier enixa esset, miserunt è suo numero decem viros ad tribum in qua habebat Eetion, qui puerum extinguerent. Isti, postquam ad Petram peruenere, & ad Eetionis atrium accessere, puerum petunt. Labda cur venissent ignara, paternaque benevolentiae causa venisse eos rata, affert filium, & in unius eorum manum porrigit. Erat autem inter viam constitutum, ut qui primus eorum puerum cepisset, is humi illum allideret. Verum diuina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arribit, quam rem illi consideranti miseratione subiit pueri occidendi. Sic misertus alteri tradidit, & ille tertio, atque ita deinceps per manus traditus interfans, per omnes decem traosuit: ac nemine interimere volente, cursus matri est redditus. Illi egredi atque ante ianuam stantes, alius alium incusabant castigabantque, sed primum præcipue, qui ex conuento non fecisset: donec intericto temporis spatio placitum est ut cursus introgressi, omnes fierent participes carnis. Sed neccesse erat ex venientia Eetionis fitpe germinari Corintho perniciem. nam Labda stans proforibus hæc omnia exaudiebat: eoq; metuēs ne illi immutata voluntate acceptum ruelus puerum interimerent, asportauit, & in mensura frumentaria occupauit: qui locus visus est minime inuestigabilis, quoniam sciret illos, si redirent ad inuestigandum puerum, omnia scrutatus: ut & contigit, nam introgressis & scrutantibus ubi nō apparuit, visum est eis abeundum, atq; iis à quibus misericordia dicens, dicendū se cuncta quæ illi mandassent perpetrasse, acq; ita reuersi dixerunt. Post hæc Eetionis filio crescenti iupositum est nomen Cyptelo, ob periculum hoc quod

deuiauerat in cypselia, id est mensura frumentaria. Vbi autem in virilem adoleuit aetatem, consuleanti oraculum Delphis anceps est redditum, quo fatus, Corinthum aggressus occupauit. oraculum autem hoc erat,

*Vix locuples nostras hic qui decendit ad ades  
Cypselus Etesides, clare rex esto Corinthi,  
Ipse, eo nati, sed nulli deinde nepotes.*

Ex oraculo quidem, hoc erat. Cypselus vero tyrannide potitus, talis extitit ut Corinthiorum multos inseguutus sit multos pecunia, longè plurimos anima priuauerit. Cui quum triginta regnasset annos, bene vita defuncto successit in tyrranoide filius Periander, qui inter initia mitius agebat quam pater; sed ubi per nuntios consuetudinem habuit cum Thrasybulo Miletii tyranno, multo magis quam pater cruentus effectus est. Misso enim praecone, Thrasybulum interrogavit qua ratione ipse rebus tutius constitutis, ciuitatem pulcherrimè gubernaret. Thrasybulus, eo qui à Periandro missus erat ex ea oppidum educto ingressus est rus quoddam fatum, & vna cum eo segetem iuxtam ambulans, sciscitabatur hominem de suo aducatu ē Corintho, deruncans atque abiiciens ut quanque videbat spicam inter alias extantem, donec segetem formosissimā atq; densissimam hunc in modum corrupti praeediumq; illud peruagatus, nullo verbo reddito praecone remisit.

Reuersus Corinthum praeco auido preceptionis audiendæ Periandro negauit sibi quippiam respondisse Thrasybulū, & mirari quod se ad virum vesanum Periander misisset, & sua ipsius destruentē: exponitq; quæ ex Thrasybulo vidisset. Periander id quod à Thrasybulo actū etat intelligēs, atque interpretans sibi ab illo preceptum ut eminentissimos quoisque popularium interimeret, tunc verò omnem in ciues sexu itiam exercuit, interficiendo ac persequendo consummans id quod à Cypselo fuerat omissum. Atque adeo die uno vniuersas mulieres Corinthias exuit, propter Melissam vxorem suam. nam quum ad Thesprotos, qui sunt ad flumen Acherontem, misisset nuntios sciscitatum necyomanteon, id est mortuum oraculum, de hospitis deposito, Melissa apparens negauit se indicaturam aut dictam vbinam depositum esset collocatum, quoniam ipsa alg-

algeret, quia nuda esset. nihil enim sibi prodesse vestes cum quibus lepulta fuisset, ut pote non concrematas. Cuius rei, quod vera loqueretur, testimonio foret quod Periander in frigidum furnum panes ingessisset. Hæc Periandro renunciata, ob illud argumentum fidem fecere, quod ipse cum Melissâ quamvis defuncta coierat. Itaque statim post eum nuntium per præconem edixit ut omnes Corinthis mulieres ad Iunonis templum prodirent. Eò tanquam ad diem festum, quam ornatissime poterant quum issent mulieres iste, depositis clam satellitibus, eas omnes sine discrimine exuit, ingenuas pariter & ancillas, atque eam vestes ad foueam comportatas Melissam precando cremauit. Hæc ubi fecit, & nuntios itetum eodem misit, tunc ei Melisse idolum, hoc est inanis imago, exposuit vbi oam depositum hospitis collocasset. Huiusmodi est tyrannis, Lacedæmonij, vobis, & talium operum. Eo que nos Corinthios cum magna admiratio cepit simulatque vidimus vos accessisse Hippiani, tum vero maior nunc dum ista dicitis. Propterea deos Græcorum inuocantes <sup>1</sup> testamur apud vos, ne velitis tyrannides in ciuitatibus constituere, quas non extinguitis, sed excitatis præter æquitatem, dum Hippianum reducitis, in quo scitote Corinthios vobis non assensu os. Hæc Sosicles Corinthiorum legatus. Quem excipiens Hippias, eodem quos ille deos inuocando dixit, cum ceteros, tum præcipue Corinthios desideraturos Pisistratas, <sup>2</sup> quum venissent dies quibus expiare se ab Atheniensibus nequirent. Haec tenus respondit Hippias, quoniam oracula illa ipse præ ceteris nota haberet. Ceteri socij, qui antea silentium tenuerant, audito Sosicle, liberius pro se quisque in vocem erumpentes, accedere sententiaz Corinthiorum, obtestatiique Lacedæmonios ne quid agerent noui aduersus Græcam ciuitatem. Ita ab ea recessatum est.

Hippias illinc profectus, offertente sibi Amyota Maccione Anthemuntem, & Thessalij Iolchon, neutrum accipere voluit, sed rursus ad Sigeum concessit, quod armis Pisistratus, à Mitylenæis eripuerat. Eoq; capto, tyrrannum ibi constituerat Hegesistratum, filium nothum ex muliere Argiuæ, qui tamen, qui à Pisistrato accepérat, non tenuit sine prælio. nam diu inter Mitylenæos ac Athenienses pu-

t obtestamus  
vos ne tyran-  
nides tu ciut-  
atibus con-  
stituatis. Aeq;  
adeo, nisi ab  
incepto de-  
statis, sed Hip-  
piā contrarius  
& cquum re-  
ducere cone-  
minat, scitote  
nō approuba-  
turos vestrum  
hoc faciū Co-  
rinthios.

2 ubi veni-  
sent stati dies  
quibus futu-  
rū esset ut il-  
los augerent  
Athenienses.  
Sed ariædæ  
suspectum redi-  
ctu vel ipsa Val  
la interpreta-  
tia.

gnatum est, hos ex oppido Achilleo, illos è Sigeo prodeunt  
tes: hos repetentes regiones, illos refellentes hac ratione,  
quòd dicerent nihilo magis juris esse Æolibus in agrum  
Iliensem, quam sibi a ceteris Græcis qui Menelao in ra-  
ptu Helenes operam nauassent. His attidue bellantibus,  
cum alia in præliis gesta sunt, tum illud, quòd Alcæus poe-  
ta in prælio quod collatis signis gerebatur, vincentibus A-  
theniensibus ipse quidem fugæ se in adans eualit: sed armis  
eius potiti sunt Athenienses, quæ apud templum Mineruæ  
in Sigeo suspenderunt. Hanc rem Alcæus caritudo man-  
dans in Mitylenen reposuit, indicans Melanippo sodali  
suam calamitatem. Mitylenæos tamen atque Athenien-  
ses reduxit in gratiam Periander Cypseli filius, qui dele-  
ctus arbiter, ita eos reconciliauit, ut utriq; ea coletent quæ  
haberent. Atque hoc modo Sigeum factum est Athenien-  
sium. Hippias, posteaquam Lacedæmonie in Asiam abiit,  
cuncta agitabat, insimulando Atheniæs apud Artapher-  
nem, atq; omnem operâ dando ut Athenæ in illius ac Da-  
rij venirent potestatem. Quæ agitare Hippiam quum ac-  
cepissent Athenienses, mittit Sardis nuntios ad dissuaden-  
dum Persis fidem habere exilibus Atheniensibus. Sed Ar-  
taphernes iubere Athenienses ( si salvi esse vellent ) rufus  
Hippiam recipere: Athenienses eam conditionem recusa-  
re, & in alie proficiere Periarū hostes. Dum ita apud Per-  
fas insimulantur, atq; ita animati sunt Athenienses eā con-  
ditionem recusare, hoc interim tempore Milesius Aristagoras  
à Cleomene Lacedæmonio reiectus è Sparta Athe-  
nas venit, nam et ciuitas inter ceteras præpoliebat.<sup>1</sup> Ad

<sup>1</sup> Quum tu-  
tem ad plebē  
accessisset A-  
ristag.

<sup>2</sup> expugna-  
tiq; facile pos-  
sent.

<sup>3</sup> esse vide-  
tur multi. de-  
cip. q. vn. si  
Cleom. quidē  
Lacedæmo-  
num solum  
fall.

quam ciuitatem ubi venit Aristagoras, eadem quæ in  
Sparta, commemorauit de commodiis quæ essent in A-  
sia, de quæ Persico bello, quòd neque leutum neque lan-  
ciq; facili posseam in vnu haberent, facilesq; essent ad capiendā. Hæc  
ille referens, ea quoq; addibat, Milesios esse Atheniensium  
colonos, quos cquum esset ab eis liberari qui multo in pol-  
lerent. Demq; nihil non pollicebatur, omnibus preibus  
obfectis quod tantopere cupiebat, donec eos induxit. Fa-  
cilius enim ei vilum est multos decipere quam vnum: qui  
si Cleomenem solum fallere non potuit, id tamen in regin-  
ta milibus Atheniensium effectit. Itaq; Athenienses perma-  
s, de-

fi, decreuere viginti naues Ionibus auxilio mittendas, Melanthio illis præfecto, viro inter populares omni in re spe-  
cato. Hac classis initium malorum extitit Græcis pariter  
& barbaris. ante cuius egressum Aristagoras reuectus Mi-  
letum, ex cogitauit consilium quod in nullam Ionum vi-  
tatem erat redundaturum. quanquam ne ille quidem  
hac ratione faciebat, sed ut regi Dario molestiam alterret.  
Etenim misit quendam in Phrygiam ad Pæones qui à flu-  
mine Strymone in captiuitatem abducli à Megabyzo e-  
rant, locum atq; vicum per lese incolentes; ad quos ut per-  
uenit nuntius, ita verba fecit, Viri Pæones, milite Aristagoras Miletii tyrannus ad ostendendam vobis (si obtinem-  
petare velitis) salutē. Nunc enim cuncta Ionia ab rege de-  
fecit, eademq; vobis præstat facultatem salutis parandæ  
ad patriam vestram: per vos quidē, vsq; ad mare, deinceps  
nobis iam curæ erit. His auditis Pæones magnam sanè vo-  
luptatem acceperunt: sumptisq; liberis atq; uxoribus, ad  
mare fuga se protipuerunt: nonnullis eorum præmetu il-  
lic remeantibus. Vbi ad mare peruenere, illinc in Chium  
transmisere. quò postquam applicuere, eorum vestigia in-  
sequutus adfuit ingens equitatus Periarum: & quia eos af-  
sequi non potuit, milite in Chium ad illos vt eodem redi-  
reut. Cuius oratione repudiata, à Chiis sunt in Lesbū trans-  
portati, mox à Lebiiis in Doriscum, vnde terrestri itinere  
se in Pæoniam receperūt. Post hanc ad Aristagoram Athe-  
nienses viginti cum nauibus venere, ducentes vñā quinq;  
tritemes Eretiorum, qui non Atheniensium gratia com-  
militum præstabant, sed debitam ipsis Milesiis gratiam  
reddebant. Nam Milesij aliquando pro Erettiis in bello  
Chalcidensi præstiterant, quum Samiij contra Eretrios atq;  
Milesios Chalcidensibus ope in tulissent. Aristagoras, vbi  
isti atq; alij socij adfuere, expeditionem fecit aduersus Sar-  
dis, non tamen ipse proficisciens, sed Miletī remanens, pro-  
fectis aliis ducibus Milesiorum, fratre suo Chatopino, &  
ceterorum ciuium Hermophanto. Hac classe Jones vbi  
peruenere Ephesum, relictis nauibus apud Cotesium,  
quod est agri Ephesijs ipsi cum ingenti manu, sumptis via  
ducibus Ephesijs, ad superiota tendebant, secundum flu-  
men Caystrum tenentes iter. Illinc superato Timole-

: salutare  
consilium vo-  
bis daturum.  
1 vobisq; iam  
hæc incolu-  
mes in patriā  
reuecti: vobis  
quidē ad ma-  
re vsq; : quod  
autem à mari  
est, nobis cu-  
re erit. Q. d.  
Vestrū est ope-  
ram dare ut ad  
mare vos reci-  
piatur: o quum  
venerit, quod  
iter tenere de-  
latus, cura no-  
bi erit.

, illic tera-  
mentibus.

4 Eretrios  
in bello ad-  
uersi. Chal-  
cidenses aduers-  
i uerant,

<sup>1</sup> repugnan-  
te nemine.

<sup>2</sup> Ne autem  
urbem hanc à  
se capiam di-  
riperent: hoc  
obstitit: quod  
sequitur vide-  
bret. at valla  
einxerit precede-  
tibus huc, &  
di uia λεγα-  
θησαι, &c.

Sardis adueniunt, easq; , occurrente nemine, capiunt, o-  
mniaq; eius urbis loca, præter arcem, quam Artaphernes  
ipse tutabatur, habens non exiguae virorum copias: quæ  
res fuit impedimento quomodo qui ingressi erant urbem,  
diriperent. Erant Sardibus domus plerarq; arundinaceæ:  
quæ autem lateritiae, tamen ex arundinibus lacunaria ha-  
bebant. harum vnam quidam è militibus quum incendi-  
set, repente ignis è domo in domum elapsus totam urbem  
absumpserat. Ardente urbe, & vastante iam extrema incen-  
dio, nec habente regressum, Lydi & Persarum quicunq; in  
urbe erant, vndiq; circumuenti, ex urbe in forū confluunt,  
& ad amnem Pactolum, qui medium forum interfluens,  
ramenta auri è Timolo illis defert, deinde flumini Hermo  
immiscetur, & ille mari. Ad hunc amnum & ad hoc forum  
conglobati Lydi pariter & Persæ sese defendere adigebantur.  
Iones, videntes hostium alios scelere tutantes, alios ma-  
gna multitudine se obuiâferentes, metu perculti, ad mon-  
tem qui dicitur Timolus sese recipiunt, atq; illinc noctu ad  
naues. Crematis Sardibus, deflagravit vna templum Cy-  
beles indigenæ dæx: cuius prætextu postea Persæ templo  
quæ in Græcia erant cremauerunt. Hoc vbi Persæ qui in-  
tra Halyn domicilia habebant, resciuerunt, tunc verò ad  
ferendam Lydis opem conuenerunt: nec adepti Sardibus  
Jones iam illinc profectos, eadē via insequeuti, coperiunt  
Ephesi: congregatiq; cum illis ex aduerso instructis, in fugā  
eos vertunt, multosq; occidunt, & in his cuim altos illustres  
viros, tum Eulcidem Eretriorum ducem, qui donacis  
laurea in certaminibus fuerat, & à Simonide Cœ maiore  
in modum celebratus. Ex ea pugna qui euasere, per urbes  
fuere dissipati. Et tunc quidem ita dimicatum est. Atheniæ-  
ses autem, post hæc defertis prorsus Ionibus, etsi per nun-  
tios Aristagoræ magnopere rogabantur, negauerunt le au-  
xilio futuros. Quorum societate fraudati Iones, tamen  
quoniam ista aduersus Darium egerat, nihil segnius bel-  
lum aduersus regem parabant: Hellespontumq; inuecti,  
Byzantium ac ceteras circa urbes in suam potestatem re-  
degetunt. Inde cuecti magnam Cariax partem in belli so-  
ciatatem ascierunt, nam Clænus, quæ prius societate fa-  
cere recusauerat, vbi Sardis conflagravunt, & ipsa Ionibus  
accedit:

accessit: Cyprij quoq; omnes vltro, exceptis Amathusiis,  
accesserunt. Defecerunt autē Cyprij à Medis in hunc mo-  
dum: Erat Onetilus quidam Gorgi Salaminiorum regis  
frater, natus minor, Chelis filius, Sitomi nepos, E Velkhon-  
tis princeps. hic vir, quin s̄pē numero antea Gorgum  
solicita set ad rebellandum ab rege, tunc audiens Ionas re-  
bellasse, vehementius urgere hominem institit. In quo quia  
nihil proficiebat, obseruato tempore dum Gorgus oppi-  
dum egredieretur vna cum suis militibus, eum portis ex-  
clusit. Gorgus oppido exutus, ad Medos transfugit: eo po-  
tius Oneilus omnibus Cypriis ut rebellarent suadebat:  
persuatis cæteris, Amathusiis rebellare abnuentes obsidi-  
one circumdedit. Dum hic Amathuntem obsidet, Darius,  
vt ei nuntiatum est Sardis captas incensasq; ab Athenien-  
sibus atq; Ionibus, & huius comparandæ classis atq; rei cō-  
texendæ fuisse authorem Aristagotam Milesium, fertur,  
'quum primum hæc audiuīt, dixisse Iones nihil fecisse: pro-  
be sciens non fuisse illos p̄r contemptu sui rebellaturos:  
deinde interrogasse quinam essent Athenienses. Id quum  
audisset, tum arcū poposcisse eoq; sumpto, sagittam quam  
imposuerat, in cœlum excussisse: & ea in aerem excussa, di-  
xisse, O Jupiter, contingat mihi vt Athenienses vlciscar.  
Atq; hæc loquitus, cuidam famulorum præcepisse vt sibi  
semper apposita cœna, ter diceret, Ilere, memento Athe-  
niensium. Et quum hoc præcepisset, accito ad suum con-  
spectum Histixio Milesio, quem ipse diu distinuerat, ita  
cum fuisse alloquitus, Audio Histice procuratorem tuum  
cui tu Miletum demandasti, nouas aduersum me res esse  
molitur. vitis enim ex altera continente persuasit vt Iones  
sequerentur, (qui mihi cōmissorum pœnas dabunt) eosq;  
induxit ad me Sardibus priuandum. Num igitur videntur  
hæc tibi bene habere: quorum quidnam sine tuis consiliis  
actum est? Proinde vide ne rursus teipsum in culpam in-  
duas. Ad hæc Histixus, Quodnam, inquit, rex protulisti  
verbum? mēne consulere rem quæ tibi sit quippiam siue  
multum siue parū molestiae allatura? Quid mihi querens  
ista facerem? aut cuius rei indigens? cui omnia adsunt quæ  
tibi? quem tu omnium confitorum tuorum communio-  
ne dignaris? Quod si istud quod ait egit procurator meus,

<sup>i Legit s̄pē</sup>  
<sup>nō r̄at pro</sup>  
<sup>s̄e s̄at r̄at.</sup>

<sup>z vbi hæc</sup>  
audiuit, Io-  
nes cōtēpſiſ-  
ſe, (vel mihi-  
b̄ ſciſſe) qui p̄e qui nō im-  
punitam illo-  
rum fore re-  
bellionem sci-  
ret. deinde  
iucerr.

<sup>j quem z</sup>  
longo iam tē  
pore detine-  
bat. vel, reti-  
nebas.

1 Sed ego si habeto, id eum fecisse suo consilio. 'Principio ratione  
 profusa fidē istam non admitto, Miletios ac meum procuratōrē quip-  
 his verbis ali-  
 rogo, Miles. piam rerum nouarum fecisse aduersus statum tuum: siquid  
 tamen huiusmodi faciunt, & tu id quod est audisti, rex, in-  
 tellige quid rei egeris quod me a mari ablegandum puta-  
 sti. nam Iones si agere aggressi sunt postquam ego ex ipso-  
 rum conspectu sum amotus, curus aggrediendi iam pri-  
 dem libidine tenebantur: quod si ego in Ionia fuisse, nūlla profectō se ciuitas commouisset. Proinde nunc pro-  
 perē dimitte me ut in Ioniam contendā, illic omnia nego-  
 tiata tibi in integrū restituturus, & hunc Miletī procurato-  
 rem, harum rerum machinatorē, in tuam potestatem  
 redacturus. Hæc, quam ex animi tui sententia confecero,  
 iuro per deos regios me non prius exuturum hanc vestem,  
 qua induitus in Ioniam descendam, quam Sardiniam in-  
 sulam maximam tibi tributariam reddam. Hæc & histæus  
 fallendi gratia dicebat quibus persuasus Darius, hominem  
 dimisit, præcipiens ut posteaquam ea quæ spopondit  
 præsticaret, ad se Susa reuerteretur. Dum nuntius de Sardi-  
 bus ad regem venit, Dariusque illam tem arcu fecit, & Hi-  
 stium est alloquutus, Histæusq; ab eo dimissus ad mare  
 se contulit, hoc interea omni tempore hæc gesta sunt: O-  
 nefilo Salaminto Amathusios obtidenti nuntius affectus

2 Artybium  
 Persam cū nu-  
 merosa manu  
 Persica, Cy-  
 ptum aduen-  
 tare: Ad ver-  
 bum, Ixpi, ita-  
 riū Cypri. id  
 est, Euan in Cy-  
 ptum aduentu  
 expediens, Val-  
 la autem hic  
 οὐσοδέκα μην  
 cum Δεκαμέρ  
 aenfada.

Artybium vitium inter Persas eximium cum magna vi  
 Persarum cursum tenere in Cyprium. Quo accepto, One-  
 filius legatos pallim in Ioniam dimittit ad Iones euocan-  
 dos: qui nō diuiniberando cunctati, cum magna classe  
 a leum se contulerunt. Et quum Cypri tenuiscent, Per-  
 sas naubus & Cilicia traiecerunt, terrestriique itinere Sal-  
 mycin contendebunt, Phœnicibus classe circumneuntibus  
 promontorium quæ Claves Cypri vocantur. His ea faci-  
 entibus, Cypri tyranii conuocatis Ionum ducibus dire-  
 te, Vnde Iones, vobis ne Cypri optionem darius cum vtris  
 dūnicate velitis, cum Persis, an cum Phœnicibus. Si terra  
 manulis cum Persis acie configere, iam tempus est è  
 nauibus segregandi, & in acie standi, vt nos vestras ingredi-  
 emus. cum Phœnicibus dūnicatemus: si cum Phœnicibus  
 fortunam tentare insulam, facite. quoniam alterutrum  
 opus sit eligans, vt quantum in nobis situm est, Ionia  
 atque

atque Cyprus in libertatem vindicentur. Ad hæc Iones  
Commune, inquit, Ioniam concilium nos misit ad mare  
tutus dum, non ad naues tradendas, qui ipsi cum Peris in  
terra configeremus. Itaque ubique quidem colloca-  
bimus, ut operari naues ememur; vos vero debetis  
qualia ab imperantibus Medis passi cisis reminiscentes, vi-  
ros egregios vos ostendere. Hæc Iones responserunt. Post  
hæc Peris in campum Salaminium tendentibus, Cypri  
reges aduersus alios hostes constituerunt alios Cypritos:  
aduersus Persas, optimum quemque Salaminiotum ac So-  
liensem. aduersus Artybium Persarum ducem Onesilus  
vtero constituit. Insidebat Artybius equo in armatum eri-  
gere se docto. Quod audiens Onesillus, ad latellum suum  
(erat enim ei latelles tanè quam peritus rei bellicæ, & alio-  
qui soleptiæ plenus.) Audio, inquit, Artybius equum edo-  
ctum se erigere, & pedibus simul atque ore eum in quem  
agitur, percire: proinde tu properè inita ratione ducito v-  
trum in aliis obliterare, equumne ubi ferendum, an ipsum  
Artybium. Ad quem feruus suus, Ego vero, inquit, rex, pa-  
ratus sum & verunq; & alterutru, & omnino quicquid im-  
peraueris, facere. promis tamen quod rebus tuis esse cōdu-  
cibilius sentiam, regem ac ducē oportere cum rege ac duce  
certare. siue enī in talē occidas, decori tibi fore: siue (quod  
secundū est) a tali occidaris, (quod absit) amīdiū in alielle.  
nos vero famulos cum farratis hostium debere configere.  
Nam quod ad equum attiner, non est causa cur eius aucti-  
cium extimescas. recipio enim tibi cum posthac aduersus  
neminem se erectorū. Hæc illo loquito, mox exercitus cō-  
fixeret terrestres naualesq;. & clatè quidē Iones eo die stre-  
nue pugnantes superauere Phœnices: Samiorum tamen  
principia virtus exiit. In terra autem, ubi concursum est,  
dum acies clinant, circa imperatores hoc actum est: Vbi  
Artybius equo cui intidebat in Onesilū inuenitus est, One-  
silus (ut cōuererat cū satellite) ipse inuadētē Artybiū fecit,  
eius latelles sublatos equi pedes in Onesiliū leuū eos iactā-  
tis, sat & percussis abscidit. quo ictu Artybius Perlatū impe-  
rator illic vna cū equo corruit. Carteris aut pugnando occu-  
pati, Stesenor Curij tyrānus, nō parū circuie copiatū habēs  
procurat locos Curiētes. (hi Argiūtū coloni dicūtur esse.)

<sup>i</sup> Nec itaque  
vbi collaudat  
sumus, ut in  
per. vel, In re  
a re quod nobis  
inuictum est.

<sup>i</sup> audacter pla-  
bus. vel, Ad-  
mopus. vel, Ma-  
gno si in me go-  
tus. sed recte  
Artybius. <sup>2</sup> magister.

<sup>i</sup> cum in que  
imperium ha-  
ceret, n.e. tce-  
re, vel, I am in  
quem servitor,  
aut in negotiis.  
cristiano. quod  
metax. respon-  
deret. <sup>3</sup> qd  
pi. p. c. t. t. a.

Post horum prodictionem, statim Salaminij, qui curribus  
vchebantur, idem fecere. quo ex facto Persæ Cypriis supe-  
riores extitere. Hotum acie in fugam vesa, cum alij multi  
occubuerent, tum verò Onesilus Chertis filius, qui Cyprios  
ad defectionem induxerat, & Solorum rex Aristocyprus  
Philocypri filius, cius, inquam, Philocypri quem Solon A-  
theniensis Cypruni profectus inter tyranos maximè ver-  
sibus celebrauit. Onesili caput Amathusij, quoniam ipsos  
obsederat, excisum in oppidum retulerunt, ac supra portas  
suspenderunt. Quod suspensum quum iam exinanitū es-  
set, ingressum apum examen fauo referit. ea de re oraculū  
Amathusius (nam oraculum consuluere) redditum est ut  
depositum caput humarent, Onesiloq; quotannis tanquā  
heroi sacrificarent. hoc facientibus, melius cum eis actum  
iri. quod Amathusij ad meam vsq; memoriam faciebant.  
Jones, & alij qui ad Cyprum pugna nauali dimicauerant,  
vbi didicere res Onesili perditas, & cæteras Cypriotū vr-  
bes obseßas præter Salaminem, eam autem Gorgo pristi-  
nore regi Salaminios restituisse, in Ioniam redire maturaue-  
runt. Cuiusdam autem Cypriatum diutissimè obſidionem  
Soli pertulit, sed eam Persæ quinto mense quam obſidere  
cœperūt, circumſuffoſſo muro expugnauerunt. Ita Cyprij,  
quum annum liberi fuissent, denuò in seruitutem sunt re-  
dacti. At Daurises, qui filiam Darij in matrimonium habe-  
bat, Hymeesq; & Otanes, atq; alij Persarum duces, & ipsi  
filias Darij in matrimonio habentes, persequuti eos Jones  
qui aduersus Sardis expeditionem fecerit, postquam in  
naues repulerunt prælio viatos, dehinc inter se partiti sunt  
vrbes quas expugnarant. Daurises quidem conuersus ad  
vrbes in Hellesponto sitas, cepit Dardanob, cepit Abydum  
& Percotem, Lampacum & Parion, singulas diebus singu-  
lis. Cui à Patro ad urbem Parion contendenti nuntius ad-  
fertur, Cares cum Ionibus sentientes, à Persis defecisse. igi-  
tur conuerso itinere ex Hellesponto aduersus Cariam co-  
pias duxit. Sed antequam perueniret, de eius aduentu cer-  
tiores facti Carij, ad columnas quæ albæ dicuntur, conue-  
niunt, atq; ad amnem Marsyam, qui ex Hydriade regione  
defluit in Mæandrum. Ibi coactis Cariis, multe sunt a mul-  
tis dictæ sententiæ: sed optimæ omniū, meo iudicio. à Pi-  
rodora

xodora Mausoli filio, viro Cindyensi, qui Syconensis Cilicū regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc sententia dicebatur ut transmisso Mæandro Cares flumen à tergo habentes, ita demum cum hoste congrederentur, ut sublata spe retò fugiendi, atque ibidem manere coacti, redderentur meliores quam natura essent. Verùm hæc sententia non peruiicit, sed illa, ut Persis potius à tergo Mæander esset, ut si Persæ fugam facientes euaderent, tamen in flumen incidentes, abire non possent. Post hæc quum adessent Persis, ac Mæandrum transissent, ibi super amnum Marsyam Cares prælium cōseruere cum Persis acre atq; diutinum: ad postremum præ multitudine hostium terga vertunt. Quo in prælio, Persarum cecidere duo millia, Carum decem millia. ex quibus qui effugerunt, ad Labranda in Iouis militaris templum se receperunt, in magnum atq; sacrum lucum platanorum. Soli autem ex iis quos nouimus, Cares sunt qui Ioui militari hostias offerant. Huc Cares quum se receperissent, de salute consultabant, vtrū sese Persis dedere, an Asiam penitus relinquere satius esset. De hac re consultantibus, subsidio venere Milesij cum sociis. Ibi Cares immutata priori voluntate, rursus ad bellum instaurandum animantur, & cum inuadentibus Persis concurrunt: & quum diutius quam prius dimicatum esset, fugantur, multis cæsis, Milesiorum præcipue. Post acceptam calamitatem hanc Cares copiis reparatis<sup>1</sup> repugnauerunt. Audientes enim vrbes suas inuasum iri à Persis, insidias illicis in via que in Mylassa fecit collocauerunt, authore Heraclide Ibanolio viro Mylassensi. In eas insidias Persæ necu incidentes, obtruncati sunt cum ducibus suis Daurise & Amorge & Sisimace, necnon Myrse Gygis filio. Hunc in modum interiere hi Persæ. Hymees autem (qui & ipse erat ex insequentibus Iones qui aduersus Sardis militauerant) ad Propontidem conuersus cepit Cion Mysiam. Hac expugnata, audiens Daurisem relicto Hellepono tendere aduersus Cariam, omissa Propontide, in Helleponum duxit exercitum, cepitq; Æoles omnes qui oram Iliadem incolunt. cepit item Gergithas<sup>2</sup> qui à prisca Teucris elicti fuerant. Et ipse quidem Hymees, quum has gentes cepisset, n. orbo decepsit Troade: & hic quidem ita morte obiit.

<sup>1</sup> fortiores.  
vel, magistri  
mores.

<sup>2</sup> pro, Pugnam  
instaurarunt.  
vel, Denuo per  
gunt.

<sup>3</sup> qui ex pro  
cessu I. c. l. 11.  
tunc ad re  
m migravit.

*3 cum ex deli-  
berabat, sicut  
hoc esse dicens  
perit agium &  
Iamod te ha-  
bere, si f. que  
Miletum expel-  
lentur, anne  
gratia se calo-  
rificum Sard.  
a. in Myrci-  
num uocu-  
dare, ex parte  
rei, qua Hec-  
ataxus Pat-  
er, et se  
presentem illa-  
cita invenit  
non adiun-  
ctus erat  
ex vniuersitate  
jucunditatem  
intrauit.*

*2. historicus  
3. Miletum si Val-  
le r. per primum  
trahit, et Mi-  
letus viri illius  
sit nomen, qui  
in nostra excep-  
tu duntaxat  
Pythagoras.*

Aitaphernes autem Sardium praefectus, & Otanes teritus dux, aduersus Ioniam confinemq; Æolidem delecti imperatores, cepere ex Ionia quidem Clazomenas, ex Æolia vero Cumam. Quibus oppidis captis Aristagoras Milesius, ubi hoc accepit, non erat compos mentis, ut qui perturbasset Ioniam, & magna negotia confudisset. Itaque cernens hæc ubi constitutum rem effici non posse, nec Darium regem superari, de fugiendo deliberabat, conuocatisq; lusæ factionis hominibus, consulebat satius fore eis, si Miletum expelleretur, in septentrionalia loca aliqua profugere, ducentes coloniam vel in Sardiniam vel in Myrcinum Edonum, quam tibi Hecataeus, a Dario ea donatus, mœnia struxerat. Haec Aristagoras percontabatur. Verum Hecataeus Hegesandri filius, vir logopædos, negabat coloniam alterum deducendam: sed, si Miletum cūcarentur, mœnia in Letro insula ædificanda, atq; illuc quiescendum: deinde illinc Miletum esse remeandum. Hoc consulebat Hecataeus. Sed Aristagoras, cuius sententia Præcipue erat abeundi in Myrcinum, demandata Miletu Pythagoræ filio viro inter populares probato procuratione Miletii, ipse sumptis secum omnibus voluntariis in Thraciam nauigauit, regionemq; obtinuit ad quam concesserat. Ex ea protectus, dum urbē obficeret, tam ipse quam cius exercitus a Thracibus, tametsi illi oce accepta fide excedere volentibus, intercep-  
tus est.

HEROD.

HERODOTI HALI-  
CARNASSEI HISTORIA-  
RVM LIBER SEX-  
tus, qui inscribitur  
E R A T O.



RISTAGORAS quidem Ionicæ re-  
bellionis authorita oppetiit. Histiaus  
autem Miletii tyrannus, à Dario com- 1 a Dario de-  
meatū adeptus, Sardis vñit. eò quum missa..  
venisset è Sulis, interrogatus est ab Ar- 2 Artapher-  
nes illū astu-  
te responde-  
te videns, di-  
xit, vt qui ve-  
ram defectio-  
nis causam  
com̄mittantur  
haberent.  
tapherne Sardium præfecto, quidnam  
ei videretur Iones ad rebellandum induxisse: & quum ne-  
garet se id scire, quinimò mirari quod actum esset, tan- 3 rege Dario  
decepto: in  
caius pore-  
statem cu n  
Sard. ins. max.  
se redacturu  
esset polici-  
tus, subiit pr.  
quam eius rei proflus ignarus, Artaphernes, qui cum fu- 4 iudicanti-  
bus, vel, exist-  
mantibus  
isse artificem competisset, id ipsum intuens, inquit, Histie  
sic res hæc se habet, Hunc calceum tu quidem consuisti. A- 5 per licetas  
(vel per nūrios)  
sua sicut. aut  
imperasse,  
ristagoras autē sibi induit. Hoc Artaphernes ad rebellio- 6 veram cau-  
sum illis mi-  
nimè expo-  
sult,  
nem pertinens dixit: quem Histieus tanquam rei gnarum  
veritus, prima statim nocte fuga se ad mare procipuit, re- 7 quum rex  
hęc facere aut-  
nimè delibe-  
ret,  
gem Darium frustratus, cui Sardiam insulam maximam  
in illius potestatē redactum se pollicitus, subiit primas  
partes Ionici belli aduersus Darium gerendi. Is quum in  
Chium transmisisset, à Chiis in vincula coniectus est, ex- 8  
ploratum habentibus eum à Dario illuc isle ad res nouas  
moliendas: sed ubi omnem cognovit rationem, quod re- 9  
gi hostis esset, hominē soluerunt. Ibi interrogatus Histieus  
ab Ioniis cur ita promptè Aristagorax ut à rege deficeret  
delegasset, & tāta clade Iones affecisset, 10 nō dixit causam  
penes illos inerito fuisse, sed regē Dariū constituisse, Phœ- 11  
nices è sedibus suis amotos in Ioniā transferre, & Iones in  
Phœnicen, & hac causa literas eadē re se misse. Quibus  
verbis, 12 quū nihil omnino rex cōstituisset, ipse Iones ter-  
refaciebat. Post hæc ad Persas qui Sardibus erāt, literas dat, 13  
tāquam siccū antea de rebellionē colloquitos: quas literas  
fecit per nuntiū quendā Hermippum Atarniteū. Eas Her- 14  
mippus non iis ad quos dabantur reddidit, sed Artapherni.

Illi, omnibus quæ agebantur cognitis, iubet Hermippum & eas reddere quibus Histiaus mittebat, & quæ vicissim à Persis ad Histiaum responderentur, sibi dare. Ita rebus pallam factis, Arthaphernes de multis Persarum supplicium sumpsit. Et Sardibus quidem tumultus extitit: Histiaus autem hac spe lapsus, exoratis Chiis, Miletum reductus est, Sed Miletij, libenter etiam Aristagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiens.

Arque adeo dum, ut pote gustata libertate. Histiaus sub noctem conatus introire Miletum, à quodam Milesio in fæmore vulneratus est. Ita reiectus à patria sua, rursus se recepit in Chium: atque illuc, quoniam Chios ad tradendas tibi naues inducere non poterat, traiecit Mitylenen: Lesbiisque ut tibi traderent naues persuisis, octo illorum triremibus armatis Byzantium remigauit. Ibique subsidens, nauigia quæ è Ponto prodibant intercipiebat, præter eorum qui le paratos obsequi sibi assentiebantur. Histia & Mitylenensis hæc agentibus aduersus ipsam Miletum ingens exercitus hostium clathrius pariter & terrestris in expedito erat. Duces enim Persarum coactis in unum copiis cuncti in eā contendebant, minoris cetera oppida facientes. Inter clathriarios promptissimi erant Phœnices, cum quibus militabant & Cyprij recens subacti, & Cilices, & Ægyptij. Hos aduersus Miletum & ceterā Ioniam venturos quum accepissent Iones, miserunt suos quique primores ad communem Græcias consilium. Quibus in eum locum coactis, atque deliberantibus, visum nullas debere terrestres copias aduersus Persas contrahi, sed Milesios mœnia per seipso pro viribus tutari, ceteros classem instruere nulla nauis prætermissa. Instruētaque classe, primo quoque tempore contractos apud Ladam ante Miletum pugna nauali decernere. Lada autem, parua quædam est insula, urbi Milesiorum obiacens. Post hæc impletis nauibus Iones præstò fuerunt, comitantibus Æolibus qui incolunt Leibum: atq[ue] ita aciem instruxerunt: Cornu quod erat aurorā versus, ipsi Milesij cum octoginta nauibus tenebant. His contigeni Prienenses erant, duodecim cum nauibus: Miisi cum tribus nauibus. His contigi Teij, decem & septem cum nauibus: Chij cum centū. Ultra hos locati erant Erythræi

2 quumque  
Lesbiis ut si-  
hi naues da-  
rent persuasi-  
ser, hi trite-  
me. Octo ar-  
matuni. qui-  
bus cum illo  
Byzantiu na-  
vigerent. ibi-  
subsidet na-  
uigia q. c. p.  
pr. intercipie-  
bant, p: xter-  
quam eorum  
qui se Histia  
paratos obte-  
qui dicebant.  
3 expedita-  
tus.

4 sed è mor-  
ibus Milesi-  
os hostiū im-  
perium pro vi-  
ribus propul-  
sare. classem  
autē inleue-  
re. &c.

5 quicunque  
agruin Aol-  
euni incolut:

chrai & Phocenses: Erythræi quidem, cum octo nauibus,  
 Phocenses verò cum tribus. Phocensibus adhærebant Lef-  
 bij cum nauibus septuaginta. Ultimo in loco erant Sami  
 cum sexaginta nauibus, tenentes cornu occasum versus.  
 In summa, omnium numerus, trecentæ sexaginta tres tri-  
 remes. Tot fucere Ionicæ naues Barbaræ verò, numero  
 sexcentæ: quæ ubi & ipsæ in agrum Milesium venere, o-  
 mnisque ei peditatus adfuit, tum verò duces Persarum au-  
 dita multitudine nauium, iāndudum extimuerunt ne il-  
 los superare, nére Milesium, nisi mari potiti essent, capere  
 non possent, simulque ob id apud Darium adirent pericu-  
 lum pœnæ subeundæ. Hæc reputantes, contractis Ionicæ  
 tyrannis, qui ab Aristagora Milesio deiecti principatu, ad  
 Medos perfugerant, & tunc aduersus Milesium militabat,  
 horum quicunque aderant conuocatis, ita verba fecerunt,  
 Viri Iones, <sup>i nunc exstet</sup> qui vestrūm de domo regia benemeritus est, <sup>aliovis ve-</sup>  
 nunc appareat. Suos enim populares quisque vestrūm co- <sup>striūm in re-</sup>  
 netur abducere à reliquis sociis, eliciendo illos hac pro- <sup>giam domū</sup>  
 missione, nihil eos quod rebellatint, molestiæ sensuros,  
 nullas eorum vel sacras vel priuatas ædes incensum iri, ni-  
 hil violentius quam antea passuros: si minus ista facere  
 sed omnino decernere prælio voluerint, hæc eis damna  
 dicite euentura, quæ certè euenient: ipsos prælio viatos in  
 feruitutem rapiendos, liberos eorum à nobis castrandos,  
 virgines in Bactra asportandas, terram aliis tradendam.  
 Hæc cloquutis Persarum ducibus, Ionum tyranii sub no-  
 etem ad suos quisque populares denuntiacum miserunt.  
 Iones ad quos iij nuntij peruenierunt, contemnere hæc, nec  
 animum ad præditionem faciendam inducere, sibi quisq;  
 soli illa à Persis denuntiari existimantes. Hoc, simulque  
 Milesium Persaræ applicuere, gestum est. Mox quum ad La-  
 dam Iones coacti essent, conciliaque haberentur, & aliæ  
 ab aliis sententiæ dicerentur, Dionysius Phocensis dux ita  
 loquatus est, Quoniam in summo ancipiti res nostræ  
 sunt, iri Iones, ut aut liberi simus aut serui, & quidem tan-  
 quam fugitiui, si vultis deuitare calamitates, subeundus  
 est vobis impræsentiarum labor: ita superatis hostibus  
 liberi esse poteritis: si autem ignavi fueritis, & ab ordine  
 recesseritis, nullam vestri spem habeo quominus portas

regi rebellionis detis. Sed assentiamini mihi , & vos-  
pos mihi permittite, & ego, diis & a quo iuuantibus, reci-  
pio vobis aut non concursuros hostes , aut si concurrent,  
multo inferiores futuros. His auditis, Iones se se Dionysio  
permisere. Ille classem assidue in cornua producens , vt re-  
miges exerceret , subinde loca inter nauigandum variare  
cogitabat, quinetiam propugnatores armatos esse , & re-  
liquum dici naues in ancoris itare : quotidie laborem lo-  
ribus exhibens , ad septimum usque diem obtemperanti-  
bus atque imperata facientibus. Post eum diem Iones, vt  
pote talium laborum insueti, tum defatigatione , tum soli  
afflictati inter se dixerunt. Quo nos deorum offendit ista pa-  
timur? qui desipientes ac mente capti viro Phocensi super-  
bo tres naues habenti, omnino nos permisimus , eumque  
toleramus? quos ille sumptos perdit intolerabilibus æru-  
mnis? quorum multi in morbum inciderunt , multi idem  
paschi videntur. quibus satius est quiduis aliud quam haec  
I qui secundum  
sumus et.  
mala pati, atque adeo seruitutem , si qua futura est, expe-  
ctare, quam praesenti affligari. Agite, huic ne deinceps ob-  
temperemus. Hæc inter se loquutis, mox deinde nemo illi  
patere velle, sed tentoriis more militari in insula defixis  
frui umbraculis , ac nolle naues ingredi, neque ad munia  
suz redire. Id animaduertentes Samiorum daces , & ma-  
gnam ionum confusionein , putauerunt libi admitten-  
dam orationem Persauiri , quam per nuntium aperuerat  
Æaces Sylofontis filius, rogans ut a sociis deficerent , quā  
præferum non fieri posse videretur vt regis potentiam su-  
perarent, ac probescirent, si præsentem Dñij claram su-  
perassent, aliam quincuplo maiorem adfuturam. Nacti  
igitur occasionem , ubi primum viderunt Iones negantes  
se in officio futuros , lucrificiendam putauerunt suorum  
sacrorum atque priuatorum conseruationem. Æaces au-  
tem , cuius orationem admisere Samij , filii Sylofontis  
Æacis filii fuit, Sami tyranus, ab Aristagora Milesio exu-  
tus principatu, quemadmodum alij Ionie tyraanni. Itaque  
posteaquam Phœnices nauigare adueritus Iones cupe-  
runt, Ionesque & ipsi naues in cornua digestas producere,  
ac proprius ventum est , præliumque confertum. tunc qui-  
nam Iores ignavi , quire egregij fuerint, haud quicq[ue] pro  
comper-

comperito scribere, quia alius in alium reiicit culpam. Di-  
cuntur nam Samij, quemadmodum cum Æace compo-  
suerant, sublatis velis ex aere excessisse, Samumque abi-  
scere, præter decem naues, quarum trierarchi permanserunt  
dum lacunæque, nolentes dicto audientes esse suis duci-  
bus. Quo ex facto commune Samiorum cōcilium eis do-  
nauit ut ipso ium nomina à maioribus repetita, tanquam  
egregiorum virorum, in lapide scriberentur: extatque is  
lapis adhuc in foto. Lesbij videntes Samios qui iuxta erant  
f. gām capescere, idem fecere quod Samij. <sup>Quin & le-</sup>  
Quum id ple-  
rius Ionum facerent, eorum qui pugnando persistere,  
Chij pri xcipuè circumuenti sunt, & quia nolbant perfidè  
agere, & d'to egregia opera oppressi. Qui (vt superius dictū  
est) centum naues quim præberent, singulas cum quadra-  
gen. s propugnatoribus delectorum ciuium, et si ceineret  
permultos sociorum esse proditores, tamen iniquè se fa-  
cturos censuerunt si illorum similes essent: sed reliqui cum  
paucis locis discursando dimicauerunt, donec compluri-  
bus captis hostium nauibus, pluribus suarum amissis, cum  
ceteris in terram suam per fugerunt. Quorum vero naues  
invalide erant, quia laceratae, iis Chij in sequente hoste ad  
Mycalem fugientes, impactis terre nauibus ac relictis, per  
continentem pedestre iter fecerunt. Et quum in agrum E-  
phesium ingressi essent, sub noctem ad urbem contenden-  
t, quum illic à mulieribus sacra legiferæ Ceretis fie-  
rent, quos armatos Ephesij ingressos agrum suum viden-  
tes, quū de eis nihil audirent, suspiciari fures esse & ad mu-  
lieres tendere, vniuersi ad vim ascendam procurrerunt,  
Chiosq: interemerunt: & hi quidem hoc casu occiderunt.  
Dionylius autem Phocensis, posteaquam res Ionum acci-  
fas intellexit, captis tribus hostium nauibus, abiit non iam  
in agnum Phocensem, (probè sciens cum cætera lo-  
nia discepturn iti) sed vt erat, recta contendit in Phœnicen:  
vbi nauibus onerariis spoliatis, raptaque ingenti pecu-  
nia, in Siciliam nauigauit: atque illinc prodeundo, latro-  
cinia agitauit, in nullum quidem Græcorum, sed in Car-  
thaginenses ac Tyrrhenos. At Persæ, victis pugna naua-  
li Iōnibus, Miletum a terra atque mari obsederunt, suf-  
fossisque muris, & omni genere tormentorum admoto

<sup>nū bona pars</sup>  
ide faciebat.  
Inter eos ve-  
rò qui in pu-  
gna persiste-  
tunt. Chij a-  
sperrime tra-  
ctati factunt,  
quippe qui e-  
gregia facino-  
ra ederet, nul-  
lumq: labore  
detrectarent.  
Qui (vt sup.

**s** funditus e- **c**am' ab arce acceperunt sexto quām rebellauerat Aristagoras anno, atq; diripuerunt: vt defuncta sit ea calamitate quam oraculum prædixerat. Si quidem Argius apud Delphos de ciuitatis lux salute consulentibus, oraculum promiscuum redditum est, quod in ipsis quidem Argios ten-debat, sed ex adiectione ad Milesios. Quod quatenus ad Argios pertinet, quin ad eum locum venerimus, refere-mus: quatenus autem ad Milesios, ita habet,

Tunc quoq; commentrix cperum Miletē malorum,

P. r multa cœna & prestantia munera fies.

Crinitū, pedes tua pluribus ablues uxor:

Nostri erit ast alius dein ubri cura gemellus.

Hæc tunc Milesiis contigerunt, quum ex iis plerique viri à Persis, qui criniti erāt, sunt cæsi, uxores ac liberi in prædam cesserunt, templumque quod erat in geminis, & delubrū, iuxta oraculum deflagravunt. Pecuniarum autem quæ in hoc templo erant, sèpe alibi mentionem fecimus. Milesiij ingentemq; luçum præferre ob calamitatem Sybaritarū. duz illæ ciuitates omnium quas nouimus maximè inter se hospitio coniunctæ fuerunt. Non sic autem Athenienses ut Sybarites, qui vrbe exuti Laon & Scidron incolebant. nam Sybari à Crotoniatis direpta, vniuersi Milesiij qui puberes erant capita decraserunt, & ingentem luctum exhibuerunt. Ex omnibus enim ciuitatibus (quas nouimus) hę præcipue nientes ut Sybarites, qui multo hospitio iungebantur. At non item Athenienses, sed Miletī expugnationem sè perinolestè tulisse cum aliis multis rebus declararunt, tum verò hac, quod Phrynicus docente fabulā quam de Miletō direpta fecerat, theatrum illacrymauit, & Athenienseum, quod domestica mala refricuisse, mille drachmis mulctauerunt, adiecto interdicto ne quis postea ea fabula vteretur. Et Miletus quidem Milesiis

nicho tragēdiā de Miletō capta scribente per scenicosq; edente. quum theatrum ipsum in lacrymas versum esset, ipsi Athenienses poematis autorē multe drachmīs mulctarunt, tanquam proprias eorum calamitates commotarū. Ita Bud. hanc locum interpret.

Milesiis desolata est. Samiis autem iis qui aliquid habebant, adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant, probabatur, ut initio secundum pugnam naualem consilio, visum sit, priusquam eò tyranus Æacus veniret, in coloniam proficisci, ne manentes & Medis seruirent & Æaci. Et enim per hoc idem tempus Zanclæi (qui sunt Sicilienses) missis in Ioniam nuntiis, solicitabant Iones ad Pulchrum littus, cupientes illic urbem Ionum condere. Hoc autem littus quod Pulchrum dicitur, Sicularū quidem est, sed ad Tyrrheniam Siciliæ vergit. His ergo solicitantibus, soli ex Ionibus Samij cum iis qui effugere Milesiis cò concesserunt. Quibus in Siciliam tendentibus, iamq; appulsis Locroscipzephyrios, hoc rei contigit, ut interea Zanclæi vna cum suo rege (cui nomen erat Scythes) ob siderent urbem Sicularum, ut eam expugnarent. Idque quum audieret Annileus tyrannus Reginus, quod erat Zanclæorum hostis, adiens Samios, suavit satius esse vt l'Pulchrum littus, ad quod nauigabant, valere sinerent, & Zanclam occuparent viris deserti. Samij persuasi Zanclam occuparunt. Id Zanclæi quum audissent, urbi suæ suppeditias fecerunt, aduocato Hippocrate Gele tyranno. erat enim is eorum socius. Qui posteaquam ad illos iuuandos cum exercitu uenit, Scythæ Zanclæorum monacho, tanquam urbis desertori, & fratri eius Pythogeni vincula indidit, eosq; in oppidum Inycum relegauit: at cæteros Zanclæos Samiis (cum quibus publicè loquutus fuerat) dato & accepto iureiurando, prodidit, pacta mercede vt <sup>1</sup> dimidium omnis prædæ urbicæ atque captiuorum ipse haberet, item omnia quæ in agris essent: quanquam plerosque Zanclæorum titulo captiuorum in vinculis habebat, <sup>2</sup> quorum summos quosque trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt. Cæterum Scythes Zanclæorum monarchus ex Inycoprofugit in Himeram, atque illinc transmisit in Asiam, ascenditque ad Darium regem: quem Darius iustissimum vitiorum omnium censuit qui è Græcia ad se ascendiissent. nam quin exorato rege in Siciliam abiisset, rurus è Sicilia ad regem rediit: donec natu grandior ac <sup>3</sup> beatus apud Persas excessit è vita. Samij itaque Medis liberati, Zanclæi urbem pulcherrimam nullo negotio adepti sunt.

<sup>1</sup> dimidium toti<sup>o</sup> supelle-  
tilis & man-  
cipiorū quæ  
in urbe esset,  
ipse hab.

<sup>2</sup> ex quibus  
Zanclatis ir-  
cetos qui pri-  
mores inter  
suos erant.

<sup>3</sup> prædiues

Cæterum post nauale prælium pro Miletō gestum; Phœnices iubentibus Persis Æacem Sylotonis filium tanquam de ipsis bene meritum, & qui ex regiam operam nauasset, Samum reduxerunt. Quæ ciuitas, Iola ex omnibus quæ a Dario rebellaverant, ea sunt cuius neque vrbs neque templo incenderentur, quod in pugna nauali a locis defecisset. Statim expugnata Miletō Peñæ Cariam cepere, ciuitatibus partim se vitro dendentibus, partim vi adactis. Et hæc quidem ita getta sunt. Histriso autem Miletio, dum circa Byzantium agit, & Ionum onerarias naues quæ è Ponto cursum tenebant, intercipit, affertur nuntius de rebus ad Miletum gettis, itaque negotiis ad Hellespontum pertinentibus tria: Apollphanis filio Abydeno delegatis, ipse habet Letbius Chium nauigat, & apud locum quendam agri ubi quæ vocant Concaua regionis, quod ab eius prius id non reciperetur, congressus, per multos eorum interficit: in alijs cæteros Chios, utpote expugna nauali male affectos, habegit, quodam ex eoru oppidulo cum Letbiis progrediens. Sed videlicet quoties ingentes sunt ciuitate calamitates vel ciuitati vel ualioni, solent ligis præmuntari. etenim Chiis ante hanc cladem ingentia ligna cotigerant: utrum, quod ex choro centum iuuenam quos miserant Delphos, duo omnino redire, non agunt aucto pestilentia absumpis: alterum, quod sibi idem tempus, paulo ante naualem pugnam teatum supra pueros literas ducentes corrut, ita ut ex centum viginti pueris unus omnino evaderet. hæc et signa deus præmonstrauit. Post hæc exceptit pugna nauibus, quæ ciuitatem in genua deiecit. Acce illa ad cladem naualis pugnat Histiæus cum Letbiis, qui Chios iam exhaustos facile ad excidium deduxit. Histiæus autem illuc cum multa Ionum & Æolū copia aduersus Thatum contendit. Cui Thatum obfidenti quum esset nuptiatum Phœnices a Miletō in reliquam Ioniā profectos esse, Thasium in expugnaram reliquit, atq; in Lesbū traxerit eum omnibus copiis: & illuc, quod copias suas formidabant, traxit in provinciā Atticā, tanquam strinente alijs gratia tam illuc, quam ex agro Cacoq; ierac Mylorum. Ita in his locis forte Harpagus, vir Perse, non parci exercitus dux,

<sup>1</sup> Chios iam  
malis conte-  
ctos facile  
subegit.

<sup>2</sup> quod eius  
copias sibi  
necessarent.

dux: qui cum Histio egresso in terram, certamine commisso, & ipsum Histia um viuum cepit, & maiorem exercitus eius partem occidit. hunc autem in modum captus est Histio: Dum Græci cum Persis pugnarent apud Mallenam regionis Atarintidis, ac diu perstarent, nix equitatus emissus in Græcos impetum dedit. quo ex facto versis in fugam Græcis, Histio haud credens ob præsentēnoxam le imperfectum iri ab rege, ob quandam vitæ cupiditatem captus est: qui ut fugiens capiebatur a quodam Perfa, vtq; ab eodē erat transfodiendus, sese Mileium Histio-  
um esse, lingua Persica vtēs indicauit. Quem opinor, si ser-  
uatus ad regem Darium perductus fuisset, nihil tale fuisse  
passurum, remissa ei à Dario culpa: nunc, ne id conting-  
ret, néve fuga elapsus apud regem magnus rursus existe-  
ret, Artaphernes Sardum prætor & Harpagus qui cepe-  
rant eum, Sardis perductum, in crucem sustulerunt, *tamen*  
*truncum*. nam caput sale conditum Susa ad regem Darium  
detulerunt. Ea re audita Darius obiurgatis qui id fecerāt,  
quod hominem viuum in conspectum suum non adduxi-  
sent, iuslit Histioi caput eos clorum atq; obuolutum sepe-  
lire, tanquam viri de ipso ac de Persis bene meriti. Ita res  
Histioi se habuerunt. Persarum autem nauticę copię circa  
Mileium hybernates, altero à profectione anno haud dif-  
ficulter insulas continentis adiacentes ceperunt, Chium,  
Lesbum, Tenedum: quarum insularū vt quanq; capiebāt,  
euerriculabant. Euerriculant autē hunc in modū: Vir-  
manum mutuò tangentes, a mari aquilonari ad austra-  
le pertransiunt: post hæc omnem insulam peragunt, ve-  
nando homines. Ceperunt quoq; in continente urbes la-  
des eadem ratione, præterquam quod non euerriculabant  
homines. neque enim non poterant. Hic autem non falsò  
cesserunt ea quæ duces Persarū minari sunt Iōibus, quum  
ex aduerso castra haberent. nam posteaquam potiti sunt  
urbibus, formosissimos quosque puerorum feligentes ca-  
strauerunt, ex eis testibus facientes eunuchos: virginesq;  
forma præstantissimas ad regem transportarunt: & super  
hæc, urbes cum suis templis cremauerunt. Ita tertio lones  
sunt in Iōiā, in redacti, primūm à Lydis, bis deinceps à  
Persis. Protectus ab Iōia, naualis exercitus, cuius quæ ad

*Sed Darium  
culpā ei fui-  
sy remissum.*

*2 Tanquā is  
lōgenā in-  
cludebant.*

*3 Virmanu  
virī præfēsa.  
Præfēsi manu  
manibas Gall.  
Se prenas rōm  
par la manus.*

lætam sunt in Helleponum nauigantibus, subegit. nam  
qua sunt ad dexteram, iam subacta erant a Persis per con-  
tinente. Helleponi autem hæc in Europa sunt, Cherson-  
esius, in qua frequentes sunt vrbes, & Petinthus, & muri  
super Thraciam, & Selymbria & Byzantium. Quorum By-  
zanij, & qui vltiori in littore sunt Chalcedonij, ne expe-  
ctauerunt quidem aduentum Phœniciaz classis, sed relictis  
suis vrribus, in interiora Euxini ponti recesserunt, ibique  
vrbem Mesambriam considerunt at Phœnices his vrbi-  
bus quas commemorauit incensis, ad Preconnesum & Ar-  
tacem se conuertunt. Quibus & ipsi igni traditis, rursus in  
Chersonesum reuehuntur, euerluti ceteras vrbes quas lu-  
periore accessu non euerterant. nam Cyzicum ab initio ne  
accesserant quidem, quod ipsi Cyziceni, iam ante aduen-  
tum hunc classis Phœnicium sub rege erant, quum se Oe-  
bari filio Megabyzi qui Dascylij præses erat, dedissent.  
Ceteras Chersonesii vrbes (præter Cardiam) Phœnices sub-  
egerunt, quatum vsq; ad id tempus tyranus erat Miltia-  
des, filius Cimonis, nepos Stesageræ: cuius imperij author  
fuerat Miltiades Cypseli filius, ad hunc modum: Dolonci  
Thraces qui Chersonesum hanctenebant, quum ab Ab-  
sinthiis bello vexaretur, reges suos, vt de bello cōsulerent,  
Delphos miserunt. quibus Pythia respondit ut coloniæ in  
suam terram deducendæ cum authorem asciscerent qui  
primus e templo abeuntes hospitio inuitasset. Dolonci  
sacram viam ingredi, per Thracenses atq; Bœotios iter fe-  
cerunt. à quorum nomine inuitati, Athenas diuertunt. Ea  
tempestate Athenis omne quidem imperium tenebat Pi-  
sistratus, dominabatur tamen & Miltiades Cypseli filius è  
familia Tethrippothrophi, ab Æaco & Ægina oriun-  
dus, nuper familia facta Atheniensis, cuius author extitit  
Philæus Æaci filius. Miltiades hic, ut sedebat in domus suæ  
vestibulo, cernens Doloucos prætereuntes, nou illas loci  
vestem gerentes, neq; tela, homines inclamauit: acceden-  
tibusque obrulit domicilium & hospitum congiacium. Il-  
li in domum excepti & hospitaliter accepti, aperuerunt ci-  
oraculum, precessque addiderunt ut dico obsequeretur.  
Miltiades ea oratione audita, cōfestum persuauit, ut qui  
pertulsi imperium Pisistrati cuperet illinc emigrare.

1158

finusque Delphos se cōtulit oraculū consulturus nonquid  
 ficeret quod à Doloncis rogaretur. Iubēte Pythia, ita Miltiades Cypseli filius, ( qui quadrigario curriculo prius Olympiacā palmā reportauerat) vñā cum Doloncis nau-  
 gavit, aifsumptis Athenienſū voluntariis quibusq; ad ex-  
 peditionē incundam: & ubi locum illum tenuit: ab iis qui  
 se deduxerant, tyraonus creatus est. Is ante omnia Cherio-  
 nes iſthmum, *id est breuem inter duo maria intercedentem*, ab  
 urbe Cardia ad Paſtyam muro præsepsit, ne ab Absinthiis  
 regionē incurſantibus infestari posset. sunt autē iſthmi ſex  
 ac triginta ſtadia. ab hoc autem iſthmo introrsus, omnis  
 Cheronesus quadriagētorum viginti ſtadiorū eſt longi-  
 tudinis. Miltiades igitur, inter ſeptis fauibus Chersoneti,  
 atq; hoc modo Abſinthiis cohibitis, primis ceterorū Lan-  
 placenis intulit bellum: illi diſpositis iñſidius cum viuum  
 cepere. Ea re Crœſus Lydus audita (erat aut̄ Crœſo Miltia-  
 des charus) per nuntios Lampiacenis præcepit ut hominē  
 miſſum facerent: alioqui ſe illos in morem pini extirputū  
 cōminatus eſt. *'Hac oratione nutantibus Lampiacenis,*  
 quid ſibi veller quod Crœſus minabatur ſe illos in morem  
 pini extirputum, vix tandem quidam ē maiorib. natu intelli-  
 gens, quid illud eſſet expoluit, inquiens, pinum ex omnib.  
 ſtibonibus ſolam eſſe quæ excifa nullam ſobole remittat, λέγειτο, οὐδὲ  
 ſed proptere veriti Crœſum Lampia-  
 cen, ſolutum Miltiadē remiferunt. Ita Miltiades ob Crœ-  
 ſum euaſit: qui poſtea ſine liberis moriens, imperium atq;  
 opes tradidit Stefagorū, Cimonis ſui ē matre germadi fi-  
 lio. Cui defuncto Cheronesitae ut mos eſt cōditori urbis, fa-  
 cuſcant, certamenq; equeſtre ac gymnicum ſtatuto tem-  
 pore celebrant, in quo nulli Lampiacenorum certate per-  
 mittitur. Durante autē cum Lampiacenis bello, cōtigit vt  
 Stefagoras quoq; liberis orbus decederet, apud curiā per-  
 culius ſecuri in capite à quodam qui ſe transfügi verbis ſi-  
 niulabat, ſed re ipsa quam hostis erat atrocior. Stefagora  
 hunc in modum defuncto, tum Pisistratidē Miltiadē Ci-  
 monis filium fratrem defuncti, cum triceme ad ſuſcipien-  
 das in Chersoneso res diuiferunt: in quem etiam Athenis  
 beneficia contulerant, tanquam non ſanè conſcijs mortis Ci-  
 monis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit

*Hac Valle nō  
 ē ſuo addidit.*  
nam in vulga-  
 tu quidem edidit  
 defun. in vel.

aut cod. leguntur  
 ut hac verbas  
 πλαισιόν  
 δὲ Λαριζα-  
 gens, quid illud eſſet expoluit, inquiens, pinum ex omnib.  
 ſtibonibus ſolam eſſe quæ excifa nullam ſobole remittat, λέγειτο, οὐδὲ  
 ſed proptere veriti Crœſum Lampia-  
 cen, ſolutum Miltiadē remiferunt. Ita Miltiades ob Crœ-  
 ſum euaſit: qui poſtea ſine liberis moriens, imperium atq;  
 opes tradidit Stefagorū, Cimonis ſui ē matre germadi fi-  
 lio. Cui defuncto Cheronesitae ut mos eſt cōditori urbis, fa-

*nos τρεπον  
 εἰτίψει.*  
qui error ex re  
 petitione cuiusdam  
 verbi eint, i-  
 δε contigit,  
 libram orationem  
 a. zero transi-  
 hentibus.

2. hottis erat,  
 & temera. 3°.  
 vel, et re praici-  
 piu. ad verbū,  
 ſubjaceret.

**2** *Soph. deell  
hi latere in cui  
gat eductus &  
inexplicatur . i  
potius vixit.  
quod h. aut  
quendam fratre  
fr. ut metno-  
bius.*

**2** *enigatos  
alio auxilia  
tros:*

**3** *Enic Crino-  
sus filius Mil-  
tiadis, qui in  
perio Chet-  
tonio ve-  
nisset, mole-  
i. & inanes  
quam ante  
convergunt.  
tempore tam  
quam nunc ge-  
sta sunt anno,  
a Scythis fu-  
gatus faciat.  
nam quo Scy-  
thi Nomades  
a rege Dario  
inter se cōter-  
to agmine ad  
hac Chetone  
sumusq; pro-  
gredi effent,  
viles inauden-  
tibus oblitte-  
re non aetus,  
e Chetonefo  
autugit, do-*

*nee polly*

*thorum dicesum, cum Dolonci reduxerunt. Hac in qua annis con-*

*tigerent quao illa ei euererunt. Tunc etim quon Thracice &c Lago antem ex-*

*vit. cod. των γαχλαθοταρηγειτων προτοι: υστη γαχλαθατεσσα αλ-*

*λαχτη γαχλαθοταρηγειτων γαλ. τη γαχλαθατεσσα επεισης προ πα. η. αδην πατητη*

*μη γαχλαθατεσσα. Ηιδη μη γαχλαθατεσσα, πασσα interpr. ι herionejo exhalat:*

*γαχλαθατεσσα cogredians ne effit. πασσα interpretatione quadrat γαχλαθατεσσα,*

*+ Neque hoc armo Halleris adu. his lones contento exant: immo magis*

*lōnum comune faciūm hoc tunc, quod regnūm videntur.*

cōmemorabo. Miltiades ut venit in Chetonefum, <sup>1</sup> domi scēcōtinebat in honorem videlicet Stefa gorū fratri. Quod quam audirent Cherlonitæ, vndiq; ex omnibus ci- citatis principes congregati sunt ad legendi cum Miltiade fratribus nec. His postquam veniunt illuc, in vincula contecti sunt, & Miltiades Chetonefum obtinuit, <sup>1</sup> cōdu- ductis auxiliatis filiamq; Olori reges Thracie Hegesipy- lam duxit uxorem. Quē etli nuper illac profectum, cuīē non mediocria, sed grauitate negotia exceperunt nam tercio quam hinc yelita sunt anno e Chetonefo profugit, nō annus expectare venientes Scythas Nomades: qui are- ge Datio irritati, coactis copiis ad hanc vlg. Chetonefum processerant. Illis digressis cum ruitas Dolonci reduxerit, tribus annis antequam aitis cuius implicaretur. Tūc Phœ- nice apud Tenedum esse quon audisset, quonq; cū tri- remibus (quas prætentibus facultatib. implicuerat) Achae- nas nauigauit, soluens ex urbe Cardia. Qui dum per sinum Nigrum transmissa Chetonefo cui sum tenet, Phœnicum clavis circumuentus, ipse quidē cū quatuor tritemibus ad Imbium eualit, quintam vro Phœnices insequuti ce- perunt, cui præterat Miltiadis filius natu maximus Metio- chus, nō ex filia Olori Thracum regis, sed ex alia muliere. Eum Phœnices quon Miltiadis filium esse cognouisse, ad regē perduxerunt, ratū magnam apud eum gratiā in- ituros: quonia Miltiades in dicenda apud Iones sententia suassisset vt Iones Scythis rogitiibus soluta rate domū abi- re, obtemperarent. Oblato tamen sibi Metiocho Darius tantū abeit vt quicqua mali fecerit, vt permultis eū bonis afficerit, donauit enim domo, facultatib<sup>2</sup>, uxore etiā Perla- dc: ex qualibet genti sicut qui inter Perlas cēsentur. Miltiades autē ex Imbro Ahenas peruenit. <sup>1</sup> Neq; hoc anno

thorum dicesum, cum Dolonci reduxerunt. Hac in qua annis con-  
tigerent quao illa ei euererunt. Tunc etim quon Thracice &c Lago antem ex-  
vit. cod. των γαχλαθοταρηγειτων προτοι: υστη γαχλαθατεσσα αλ-  
λαχτη γαχλαθοταρηγειτων γαλ. τη γαχλαθατεσσα επεισης προ πα. η. αδην πατητη  
μη γαχλαθατεσσα. Ηιδη μη γαχλαθατεσσα, πασσα interpr. ι herionejo exhalat:  
γαχλαθατεσσα cogredians ne effit. πασσα interpretatione quadrat γαχλαθατεσσα,

+ Neque hoc armo Halleris adu. his lones contento exant: immo magis

lōnum comune faciūm hoc tunc, quod regnūm videntur.

qui quād

quicquam est à Persis amplius in Ionas sequitū, sed benignē  
sanè cum eis actū. Hoc anno Artaphernes Sardū præfex,  
uccitis hostiū nuntiis, adegit Iones ad pactiones inter se fa-  
ciendas, de tradēdis mutuò iis qui iniurias intulissent: ne-  
ve quid iniucē ferrent aut ageret. Ad hoc adactis Ionibus;  
per parasangas (ita enim Persæ tricena stadia appellat) re-  
giones diuinit: regionatimque vectigal instituit quod regi  
penderet: quod vectigal ab Artapherne institutū, ad meā  
vīsq; & tācē qui illic fuere p̄spēderunt, eadē penē quā prius  
cōditione institutum. Et hæc quidē illis pacata erat. Cate-  
rūm incunite statim vere aliis ducib; ab rege abdicatis,  
Mardonius Gobriæ filius, adhuc adolescentēs, & recēs in ma-  
trimoniū accepta Darii filia Artozosta, ad mare descēdit,  
permagnas ducens peditū clasticorumq; copias. Qui cum  
exercitu post quā in Siciliā peruenit, ipse conlēnsa nauī cū  
classe abiit, aliis ducib; pedestres copias in Hellespōtum  
ducētibus. Poite aquam autē prætervectus Afī in Ioniam  
peruenit Mardonius, mira hic rem ego referam iis Gr̄cīs  
qui non assentiuntur, Otanē inter se p̄tē Persas sua filie po-  
tiorē esse Persis statum popularē, abdicatis tyrānis. Ma-  
donius statum popularē in ciuitatib; cōstituit. his actis, in  
Hellepontū ite cōtendit: vbi coacta ingenti vi nauium ac  
peditat, eas copias traiecit Hellepontū, perq; Europā iter  
Erciam versus atq; Athenas faciebat. Ilē igitur ciuitates  
peçtextus à Dario erant belli inferendi: sed in animo ha-  
bebat quam plurimas pollet Gr̄catum ciuitatū subigere.  
Nā & classe Thasios nec manū ex aduerso levantes subegit,  
& peditatu Macedones, ultra eos qui iā feruiebat, in feru-  
tē redegit. etenim quæ citra Macedones sunt nationes,  
iam subactæ erant. Ilē classis è Thaso transmittēs, ac tec-  
ram legens, ad Acanthum vī; processit: & ex Acantho sol-  
uens, dum Athon circūuerit, ventus aquilo veheñēs atq;  
admodū atrox & intolerandus dicitur in eī ingruisse, na-  
uiumq; plerasque in Athon propullas, ad tecentas affli-  
xisse, ut supra viginti millia hominum interierint: partim  
quod a feris rapti, partim quod natare necirent, partim  
quod periit alliū, (nam scułlum circa Athon est mare)  
partim gelu absimpti. Ecum nautico quidē exercitu ita  
adsumebat. Mardonium autem cum pedestribus copias in

i ut rationat  
iniuriarū mū  
tuō reddendę  
obnotij es-  
sent, vīque à  
mutuis direc-  
ptionib; abli-  
tinarent. vol.  
vī iniurias mū  
tuō persēquere  
vīre possent.

2 Mardonius  
enim abdic.  
tyrannis, vol  
abrogato tyran  
nu imperio, Ita  
cum pop.

3 Prætextus  
expeditionis  
erant:

4 in Athon  
propullit, &  
ex nauib; qui-  
de tecentas,  
ex hominib;  
supra viginti  
millia inter-  
fuisse. Quum  
enim feris &  
bundantissi-  
mum sit hoc  
mate quod  
circa Athon,  
(id est, bac mō  
ru pars que est  
circa Athon)  
aliij à feris ra-  
pi, aliij petris  
alliti, aliij,  
quod naturæ  
nescit, nō-  
nulli & fuga-  
re interibant.  
Et cum nau-  
tico q. cx.

Macedonia statua habentem Thrases Brygi sub noctem  
invasere, & cum aliquos multos ex eis occiderunt, tum ipsum  
Mardonium vulnerauerunt. Sed non tamen seruitum  
Persarum deuitare potuerunt. nam Mardonius non prius  
ex iis locis decessit quam illos in suam redigit potestatem.  
His subactis ratus reduxit exercitum, tum ob eam quam  
aduersus Brygos in exercitu terrestri, tum ob maiorem quam  
in classe ad Athon acceperat calamitatem. Ita hic exerci-  
tus pugna turpiter gesta rediit in Asiam. In sequenti an-  
no Darius ante omnia Thasios à vicinis insimulatos tan-  
quam defectionem molientes, misso nuntio iussit diruere  
muros, & naues in Abdera transportare. nam Thasij, ut qui  
ab Histiaeo Milesio fuerant obsessi, & prouentus magnos  
pecunias quā habebant, 'pecunia multa vtebantur cum in compingen-  
dis nauibus longis, tum validioribus muris urbi circum-  
dandis. Erat autem eis prouentus ex continentia atque ex  
metallis. ex fossilia quidem metallorum aurorum mate-  
ria, ' septuaginta talentorum: ex Thasiis autem metallis  
minus, sed tamen ita frequenter, ut si Thasij forent immu-  
nes tributorum, fuerint eis in summam prouentura quo-  
annis ex continenti atque ex metallis ducenta talenta, &  
quando plurimum, trecenta. Quā metalla ipse quoq; in-  
spexi, ' & tamen longe admirabiliora fuere quē Phœnices  
ij qui cum Thaso eam insulam considerunt. inuenere: quē  
insula ab hoc Thaso Phœnice nomen obtinuit. Hæc au-  
tem Thasi Phœnicea metalla sunt inter locum qui voca-  
tur Änyrorum & Cœnyrorum sita: atq; e regione Samo-  
thracia: ingens mons indagando cœlus est. Et hoc qui-  
dem huiuscmodi est. Thasij autem iubente Dario, &  
muros suos diruerunt & naues omnes in Abdera trans-  
portarunt. Post hæc Darius, quid in animo Græci habe-  
rent, pugnaréne secum an se se dedere, tentandum ratus,  
legatos per Græciam alios alio dimittit, regi terram & a-  
quam petere iussos. Et hos quidem in Græciam, alios au-  
tem ad tributarias sibi mariumas ciuitates mittit, imperias  
longas naues fieri, & hippagogas, id est naues quibus qui  
feruntur. Dum hæc isti comparant, legatis per Græciam  
cunctibus, & quæ l'et ses precepérat potentibus, terra multi  
in continentem populi dederunt: insulani quoque, cum alijs  
omnes,

<sup>3</sup> pecunias quā  
<sup>ex illis magnas</sup>  
<sup>prouentibus ha-</sup>  
<sup>bebant, impen-</sup>  
<sup>debat in com-</sup>  
<sup>pmg.</sup>

<sup>3</sup> octoginta

<sup>3</sup> ex quibus  
admirazione  
digna erat ea  
potissimum  
quæ Ph.

emnes, ad quos eadē petituri legati accessere, tum verò *Æginetæ*. Quia de re continuò Atheniēses irritati sunt, quod putarent hostili in ipsos animo dedisse terram & aquam *Æginetas*, ut vna cum Perla aduersus Athenas militarent.

Icaque libenter occasionem contra *Æginetas* amplexi, Spartam profecti illos insimulauerunt quod ex eo quod fecerant Græciam prodidissent. Ad hanc delationem Cleomenes Anaxandridæ filius, Spartiatarū rex, *Æginam* trāsmisit, animo p̄cipuos eius rei authores comprehendendi. Conanti autem illos comprehendere cum alij *Æginetæ* intercessere, tum p̄cipuè Crios Polycriti filius, negans cum gauisatum si quem abduceret *Æginetarum*. nam id cum facere sine communī cōfilio Spartiatarum, sed ab Atheniēibus pecunia corruptum: alioqui cum altero rege venturum fuisse ad se comprehendendos. Hoc autem dicebat ex epistola Demarati. Eum Cleomenes ab *Ægina* mandato discedens interrogauit quod ei nomen esset. Ille respondit quod erat Crios, <sup>id est. Argivus</sup> Crie, inquit, iam nunc p̄ferrato cornua, tanquam occurfurus magno malo. Spartæ autem per id tempus Demaratus Cleomenem insimulabat, & ipse rex Spartiatarū, sed ex familia inferiori, quæ tamen alia nulla in re inferior erat, (ab eodem enim otium) quam quod familia *Erytheneis*, quod primogenius esset, nonihil honoratior erat. Etenim Lacedæmonij, nulli poetarum assidentes, negant se in eā quam nunc possident regionem deductos à filio Aristodemī, sed ab ipso Aristodemo regnante, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæti, qui fuit Hylli filius. Nec multo post Aristodemī vxorem nomine *Æginam*, (quā dicunt fuisse filiam *Argivam*, <sup>Argivam</sup> tēsionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Thersandri, qui fuit Polydicis filius) peperisse geminos: <sup>4</sup> eisq; oatis Aristodemū morbo decessisse. Lacedæmonios autem qui cum erant, initio consilio creasse regem è pueris cum qui esset primogenitus, ut lex iubebat. Sed nesciētes utrum puerorum eligent, quum essent similes ac parēs: id quum nequirent ipsi discernere, prius fuisse percōtatos genitricem, eaq; negante se dignoscere, sed dissimulare, quod videlicet (ut credibile est) magnopere cuperet ambos effici reges: ita de hoc dubitantes Lacedæmonios misisse Delphos sciscitarum

quid in ea agerent: & iis Pythiam respondisse ut utrumque puerorum regem ducerent, sed primigenium magis honorarent. Hoc responso à Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperiret, admonitos fuisse à quodam Messenio, nomine Panite, ut obseruarent utrum puerorum mater priorem lauaret cibaretque quam si deprehenderet eodem semper modo factitare, habituros id omne quod quererent, & inuenturos quod vellent: si illa alternando erraret, palâ fore ne ipsam quidem quipiam magis nosse, & ut isti aliam rationem intirent. Ibiq: Spartiatas ex admonitu Messenij obseruantes matrem puerorum, ignaram cur obseruaretur, animaduertentesque illam præferentem alteri primigenium cibando tuni lauando, accepisse puerum qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, publiceque alienū curasse, imposito ei nomine Erysthene: iuniori, Procle. Hos autem fratres, ubi adoleuerunt, per omne vitæ tempus inter se dissensisse, & itidem eorum posteros perseverasse. Hæc soli Græcorum Lacedæmonij aiunt. At hæc quæ commemorantur à Græcis, ego scribo: hos Dorienium reges usque ad Perseum Danaes à deo genitum, recensi rectè à Græcis, & ostendi Græcos esse. iam tuni enim isti inter Græcos censebantur. Ideo autem dixi, usque ad Persicum, nec altius repetij, quod nullū Persico cognitum fuit mortalis pater, quemadmodum Herculeus Amphitryon. Itaque à me rectam rationem sequente dictum rectè est usque ad Perseum. A Danae vero Acrisij filia retrosum patres eorum recensendo, constabit principes Dorienium ex Ægypto oriundos. Hæc generis recensio ex commemoratione Græcorum facta est. Ut autem a Persis fertur, Persicus ipse, quum esset Assyrus, factus est Græcus, non tamen progenitores eius. nam progenitores Acrisij recensere ad progeniem Persicæ nihil attinet: eosque ( quemadmodum Græci aiunt ) Ægyptios fuissè. Hæc de his hactenus. Quod autem regnum Dorum, quum Ægypti essent, sibi traditum acceperint, hoc ( quoniam ab aliis dictum est ) omitteremus: quæ vero alij nō attingent, eorum faciemus mentionem. Has dignationes regibus Spartiatæ tribuerant: duo sacerdotia, Iouis Lacedæ-

<sup>1</sup> Ægyptios  
fuille indige-  
nas.

<sup>2</sup> nullam ha-  
bere cù Per-  
seo cōlangui-  
llaret:

<sup>3</sup> Has digni-  
tates: vel. hu-  
mores

Lacedæmonij & Iouis cœlestis: & ius bellum in quocunq;  
libueru regionem inferendi, vt id nulli Spartiatarum pro-  
hibere fas sit, alioqui piaculati crimine teneatur. Ut in ex-  
peditionibus adeundis primi erant reges, in abeundo po-  
litimi sint. Centum delecti viri eis in milita custodes ad-  
sunt. In egiellis utantur quocunque pecoribus libuz-  
git: quorum immolatorum pelles omnes acterga accipi-  
ant. Bellica hæc. Alia sunt quæ pacis tempore ei tribuan-  
tur: Ut quoties aliqua publica cœseratio sit, primi in cœ-  
na reges discubant, & nis primis distibui incipiat utriq;  
corum duplum omnium quam ceteris conuiuis: libani-  
naque immolatorum & coria, corum sint. Singulis quo-  
que calendis instantis mensis, singula pecora utrique è pu-  
blico dentur Apollini immolaanda: & farinæ medunus, id  
est, ex media, & vim Laconicus quartarius: & in spectaculis  
singulorum certaminum certis locis praefideat. Liceatq;  
quibusunque libeat ciuibus inniti, & utriq; binos eligere  
Pythios. (Iunt autem Pythij qui Delphos ad cōsulenos o-  
racula mittuntur, quiq; publicè cum regibus patcuntur.)  
Regibus ad cœnam non cunctibus invitantur bini fatimæ  
Phœnices, id est modia, & vini singulae cotylæ, id est exte-  
ri: præsentibus dupla dentur omnia. Eadem ratio a pri-  
uatis quoque invitati ad cœnam honorentur. \* Vatici-  
nia quæ de virginē pupilla, veridanda sit, cine cui mater,  
an cui pater despondet: né conon de viis publicis: & si quis  
adoptiuū filium facere velit in uicis regibus. Liceat quo-  
que eis pro suo arbitrio assidere in senatu qui constat ex  
duodecimta senibus: si eò non accederint, eorum ma-  
ximi propinquai duo senatori ius regum obtineant,  
duos calculos ponendi, tertium pro scipis. Viuenibus  
hæc regibus à republica Spartiatarum tribuuntur. ista, de-  
functis: Equites per viuenam Laconicam obitum regis

*pias rebū nomine hospitio excipiebant qui ex aliis ciuitatibus adueniebantur, nis quacunq;  
poterant humanam tam officia prestatabant.*

\* Varias etiam quæ eduntur, ut ab his custodiantur, vel affigantur. Ut solle  
rege de his, sibi iudicium ferant de virginē ad quam tota hereditas uenerit,  
quis ex iure illam in uxore ducere debeat. Si pater eam nō despenderit, ad verbū,  
formentat illam habere, i in quem cadat. Sic Gall. Ad qui il uenit, pro a qui il uenit.  
+ facere velit, ut cocum regibus faciat, vel in conspectu regum.

y iij

<sup>1</sup> Quoties in  
expeditione  
proficiuntur  
ut, utant.  
<sup>2</sup> & ut primi  
in libatoeum  
locum obse-  
reant, cotia-  
que immole-  
torum peco-  
rum, eorum  
tini. Singulis  
quoq; calendis,  
& sepe-  
mo quoque  
die multa  
ineuntis, ut  
cum perfec-  
ta vittis il-  
lotum decet  
in Apollinis  
xde. *Hedan-*  
*tem ipsius vi-*  
*letos, ( id est,*  
*ad verbū, per-*  
*fecta vittima,*  
*è quasi omni-*  
*bis sibi no-*re aboluta)*  
*varie expansi-*  
*tur.**

<sup>3</sup> Liceantq; fl-  
lii quos ve-  
lunt ex ciui-  
bus proue-  
nos constitue-  
re, vel creare.  
E ans antea  
proximi qui re-

countant: fœminæ per urbem circumeentes ollas pulsant. quumq; hoc sit, necesse est ex singulis domibus duos ingenuos, matrem ac fœminam, luctu fœdari, magnis penis (nisi hoc faxint) impositis. Eadē autem circa funus regum consuetudo Lacedæmoniis est quæ barbaris Alianis, nam pleriq; barbarorum eodem ritu in mortibus regum mortuore vtuntur. Siquidem, posteaquam mortem obiit Lacedæmoniorum rex, oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedæmonis regione necessarios quoque Spartiatarum, qui sunt numero vicinorum. Quorum & item seruorum atque ipsorum Spartiatarum posteaquam multa millia in Lacedæmoniis regionis certi numeri incolæ, exceptis Spartiatis. Ita Camer. scrunt, in toro bene strato effertunt. cuius tumulacione deinceps locum non proponunt.

cem dies iustitium est, nullusque magistratum confessus, sed luctus continens. In hoc quoq; cum Persis isti conueniunt, quod defuncto rege alter qui succedit, liberat ære alieno quicunque Spartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat: & apud Persas item qui rex creatus est omnibus ciuitatibus tributum quod debebant remittit. Cum Ægyptiis etiam Lacedæmonijs in hoc cōgruunt, quod eorum præcones & tibicines & coqui in paterna artificio succedunt: & coquus è coquo, & tibicen è tibicina, & præco ex præcone gignitur: neque ulli propter vocalitatem aliis insidiantes sciplos ingerunt, sed in paterno opere perfuerant: atque hæc quidem ita fiunt. Cleomenem autem tunc quum apud Æginam esset, communis Græciæ bono, operam dantem insimulabat Demaratus, non tam Æginae studens, quam inuidia & odio ductus. Quem Cleomenes ab Ægina reuersus consultabat ut regno submoueret, ob hanc rem intendens in eum actionem: Ariston Sparta regnum obtinens, quū è duabus uxoribus liberos non lusci peret, & in se culpam eius rei non esse agnosceret, tertiam duxit uxorē, & duxit hunc in modum: Erat ei amicus quidam Spartiata, cuius opera ex omnibus ciuib. maxime vertebatur: cui vitro erat uxor speciosissima, ex turpissima talis facta. Siquidem hanc nulla forma prædictam esse cernens

nutrix sua, idque parentes eius, utpote locupletes, argente ferre, hoc excogitauit, ut pueram singulis diebus baiulareret ad Hælenæ templum. quod est in loco qui dicitur Therapne, supra fanum Phœbi. eò quoties nutrix intulerat pueram, ita os ante simulachrum, deam precabatur ut alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exentiè templo mulier quædam apparuisse fertur, atque interrogasse illam quidnam in vlnis gestaret: & quum nutrix se infantem gestare respondisset, iussisse sibi ostendi. Quamque negaret nutrix se id facturam, quod infantem parentes sui retinuerent ostendi cuiquam, institisse iubere prorius ut sibi ostenderetur. <sup>1</sup> magni enim facturam illam si à se infans conspiceretur. ita nutrice pueram ostendente, demulcentem caput pueræ dixisse, futuram eam omnium Spartaniorum formosissimam. atque ab eo pristinam speciem decidisse, Hanc, quum ad nubilem peruenit ætatem duxit vxorem Agetus Alcidis filius, ille amicus Aristonis. Eius mulieris amore titulatus quum esset Ariston, hanc rem commentus est: Ageto sodali suo, cuius illa erat vxor, recepit se dono daturam vnam è suis rebus quamcunque ille optaret: atque inuicem iussit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re vxoria sulpicatus, quum videret Aristoni quoque vxorem esse, accepit conditionem, & in eam rem insurandum interposuit. Cui mox Ariston è suis rebus pretiosis donauit quā ille elegit. Ipse vicissim, quum eius partes petendi muneras ab illo fuerunt, <sup>2</sup> ibi optauit <sup>3</sup> illius vxorem abducere studebat. Agetus dicere, se præter hoc vnum cetera annuisse: iurejurando tamen adactus a dolo sedu-<sup>4</sup>ctus, <sup>5</sup> ad eam ducentam abiit. Ita terram hanc Ariston repudiata secunda, duxit vxorem. <sup>6</sup> que circa legitimum pariendi tempus, nondum exactis decem mensibus, hunc ei genuit Demaratum. Ariston, quum ei sedenti in basilica cum ephoris quidam famulus nuntium natu filij attulisset, sciens quo tempore duxisset vxorem, deductis in digitos mensibus, dixit cum iurejurando, Hic non est filius meus. Quod audientes ephori, haud magni fecere imprecentiarum: sed posteaquam puer adolescent, pœnituit Aristonem dicti, opinantem utique filium suum esse Demaratum: cui ideo nomen impositum est Deinastus, <sup>7</sup>

<sup>1</sup> nutricem  
autem, quum  
videret mu-  
lierem illam  
magni æsti-  
miae, infantē  
à se conspici.  
et inde osté-  
disse. Hac au-  
te. caput puel-  
lae demulc. di-  
xisse, &c.

<sup>2</sup> illius vxo-  
rem abduce-  
re studebat.  
<sup>3</sup> eam abdo-  
cere permisit.  
<sup>4</sup> que inca-  
breuius retra-  
poris spatiū.  
& non exacta.  
<sup>5</sup> Id est. Inter bra-  
vum quem doli-  
menium pro-  
sum.

**A populo votis petitus**, quod ante eum natum omnis populus vota fecit ut Aristoni, omnium ante id tempus regum probatissimo, filius gigaretur. ea de re id nomen impositum est. Interiecto deinde tempore Aristone vita suosto, Demaratus obtinuit regnum: sed videlicet necesse erat ut id quod auditum fuerat, hominem regno priuaret. Eapropter Cleomenem vehementer insimulabatur, cum antea quod ab Elcutine abduxisset exercitum, cum eo tempore quem aduersus Aeginetas cum Medo sentientes traiecit Cleomenes. Ergo ingressum virgine Cleomenes componit cum Leutychide Menatis filio, Agis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ex parte, ut si cum regem in locum Demarati constituisse, le aduersus Aeginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato inimicus, ob hanc praecipue causam, quod quum Percala filia Chilonis filij Demarmeni ei disponibata esset, Demarus insidiosè hominem coniugio priuavit, preoccupata & precepta uxore, ac retenta. ob hanc caulam Leutychidi inimicitiae cum Demarato excitare. Is tunc, Cleomenem sollicitante, contra Demaratū iurauit, negans eum rite Spartano-<sup>rū</sup> esse regē, quod Aristonis filius nō esset, deinde quod iurauerat institutum cōfirmare: quod Ariston aliquādo dixisset, quum ei nuntiasset famulus suus filium ei natum, & mens confitens, iure iurando negasset illum esse filium suum.

Huic verbo insistens Leutychides pronuntiabat Demaratum neque Aristonis filium esse, neque rite Sparta regnare: eisdem ephoris adhibitis testibus qui Aristoni allidentes tunc huc ab illo audierant. Tandem re in contentionem deducta, visum est Spartiatis oraculum quod Delphis est consulendum an foret Demaratus Aristonis filius nēcne. Ibi Cleomenes. quum ex ipsis erga Pythiā prouidentia nihil suspicionis esset, subornat Cobonem quendam Aristophanti filium, maxima apud Delphos autoritate, ut persuadeat Perialla mulierum vaticinantium antistiti, dicere ea quæ Cleomenes solebat dici. Ita Pythia, sciscitantibus iis qui ad oraculum erant misi, negauit Aristonis filium esse Demaratum. quæ tamen res sequenti tempore palam facta est, & Cobonē Delphis profugis, & Perialla bonorum abdicatione est. Hoc enim

\* In Graecis  
exempli pro  
aberrantia legend  
dam videtur  
esset, cum  
huius aut  
poteret datur.

quæ ad deponendum regno Demaratum actasunt. Is è Sparta ad Medos profugit, ob hanc contumeliam quod cum eius regno gereret magistratum, adesetq; spectaculo gymnopædiarum, id est palestra nudorum puerorum, inquit ad eum Leutychides, in locum Demarati rex factus deridendi insultandique causa, ministerum, qui interrogaret qualis esset præfectura post regnum. Eam interrogationem ægrè ferebat Demaratus, respödit se utrumque expertum, illum vero non: & eam introgationem La- cedæmoniis futuram initium plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc loquutus, velato capite è theatro domum abiit, confessumque præparatum loui bouem immolauit: quo immolato, matrem accersit: quæ quum aduenisset, positis in ciu[m] manus extis, mulierem his verbis obsecravit, Per ego te mater cum aliis deos, tum louem hunc domesticum, quem tango, precor, promas mihi veritatem: quisnam revera meus est pater? Nam Leutychides inter conuitia obiecit, te è priore viro gravida, ita ad Aristonem venisse. Alij etiam dementius referentes, aiunt: e ad domesticum asinariu[m] ventitasse, illiusque me filium es. sc. quæ de te ego te audiens obsecro ut verum dicas. Siquid enim corum quæ dicuntur fecisti, non sola fecisti, sed quod multæ. Et multis de hac re Spartæ sermo est, negantium Aristoni fuisse genitaram ad filios procreados. nam si fuisset, priores uxores fuisse concepturas. Hæc Demaratus. Cui mater ita respondens, Fili, inquit, quoniam <sup>1</sup> precibus mecum agis ut dicam veritatem, omne tibi verum exposuerit: Vt in domū Ariston duxit, tertia quam me duxerat nocte simulachrum tanquam Aristonis ad me venit, quod postea quā mecum concubuit, <sup>2</sup> corona quam geslabat in circu[m] dedit atque abiit. Dehinc Ariston aduenit, qui cernens me coronas habentem, sciscitabatur quisnam in illis donasset. Ego ipsum dedisse respondi: eo que id abnuente, iurani, assicrens non bene illum facere qui negaret. Quippe qui paulo ante ingressus, ubi mecum coiisset, coronis me doçasset. Ariston, cernens me iurantes, intellexit eam r[er]um diuinam fuisse. compertumque est illas coronas fuisse sumptuas ex hercico conditio[n]e, quod est iuxta iauuanu[m] aulæ exuictum, quod vocant Astro-

<sup>1</sup> quale illi  
esset magi-  
stratū gerere,  
qui antea re-  
gnavit.

<sup>2</sup> Ad Aristonem  
fuisse prolificū  
semen. nam si  
fuisset, pt.

<sup>3</sup> precibus in-  
itas mihi ve-  
dic. ver.

<sup>4</sup> coronas  
quas geslabat  
mihi circum-  
posuit. Et hoc  
quidem, abiit

Ariston autem  
postea venit.

baci: & vates esse hunc eundem heroem responderunt. •  
**Habes** igitur fili ita ut volebas audire. aut enim ex hoc he- •  
**roë genitus es**, paterque tibi est Astrobacus heros, aut ex •  
**Aristone**. nam ea te nocte concepi. Verum quod tibi præ- •  
**cipue exprobrant inimici**, quod Ariston, quum ei te na- •  
**tum esse auntiatum est**, multis audientibus negauit te •  
**suum esse**, quia tempus decem mensium non existet, per •  
**inscitiam talium rerum illi hoc verbum excidit**. nam •  
**muliectes nouem etiam mensum ac septem mensum** •  
**partum edunt**, non omnes decimum mensem expla- •  
**tes. ego autem fili septimestrem te genui**. Ipse quoque •  
se per stulti- **Ariston non diu post agnouit se per imprudentiam id** •  
tia id verbum **verbum extulisse. Itaque alias orationes de tua genitu-** •  
teria autem quæ **ra noli admittere. omnia enim verissime audisti. Nam** •  
de tua geni- **quod ad asinarios attinet, ipsi Leutychidi, & iis qui talia** •  
terra dicuntur loquantur, suæ uxores de asinatis pariant filios. Hec illa •  
se admissio. **dixit. Demaratus auditis quæ volebat, sum pro viatico per** •  
**speciem eundi Delphos ad oraculum consulendum, Elin** •  
**contendit. Eum suspiciati Lacedæmonij fugam capessi-** •  
**tutum, insequuti sunt. Sed Demaratus iam ex Elide Za-** •  
**cynthum traiecerat. quem illuc transgressi Lacedæmonij** •  
**prehenderunt, eiusque famulos: sed Zacynthiis eum de-** •  
**dere abnuentibus, Demaratus illinc in Asiam ad regem** •  
**Darium traiecit: à quo magnifice exceptus est, territorio-** •  
**que ac urbibus donatus. Ita in Asiam Demaratus abiit, ac** •  
**tali fortuna usus est, vir cum aliis in multis factis dictisque** •  
**apud Lacedæmonios illustris, tum quod illis olympiadem** •  
**palmam quadriugo certamine reportauerat, rem eius** •  
**solius, ad ea tempora, regum Spartiarum. Leutychidi** •  
**autem Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati suc-** •  
**cesserat, natus est filius Zeuxidamus, quem nonnulli** •  
**Spartiarum Cyniscon, id est carolum vocabant is Sparte** •  
**non regnauit, ante Leutychidem defunctus, reliquo filio** •  
**Archidamo. Leutychides orbatus filio, alteram duxit** •  
**uxorem Erydamen, Menij sororem, Diacloris filiam,** •  
**ex qua nullam prolem virilem suscepit, sed filiam nomi-** •  
**nata Lampito: quam Archidamus Zeuxidami filius in ma-** •  
**trimonium accepit, ab ipso Leutychide dataam. At ne Leu-** •  
**tychides quidem ipse Sparte consenuit, sed has poenas De-** •  
**marato**

marato rependit: In expeditione Thessalica dux quum omnia faciendo ius haberet, multum pecunia per corruptelam dono accepit, ipseque in re deprehensus, quum sedereret in castris, utraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus est Sparta profugit, domusque eius excisa fuit: & Tegeae in quam profugerat, mortem obiit. Sed hęc in sequenti tempore acta sunt. Tunc autem Cleomenes, quum sibi res in Demaratum bene cessisset, assumpto proculius Leutychide, contendit aduersus Aeginetas, maiorem in modum illis propter ignominiam infelis. Ita Aeginetæ veriusque regis contra se aduentu non repugnandum iam fibi esse putauerūt: ex quibus reges adduxere decem, quos delegere, diuiniis ac genere eminentissimos, cum alios, tum Crium Polycriti, & Casambum Aristocratis filium, qui plurimum habebant potentiae. Eos in Atticam adductos, penes inimicissimos Aeginetis Athenienses deposuerunt. Post hęc Cleomenes, quum cum subiisset merus Spartiarum, iam manifestus maleficij in Demaratum excogitati, in Thessaliam subterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res nouas moliebatur, solicitans Arcadas aduersus Spartā, adigensq; eos iureiurando ad se secundum quocunq; ipsos educeret. Quinetiā in animo habebat primores illorum ad urbem Nonacrin ductos adigere ad iuriurandū per aquam Stygis. In hac autē urbe ab Arcadibus fuitur esse Stygis aqua: & est videlicet talis ea aqua: E petra emanat aquula, distillans in vas quoddā, in gyrum maneria præseptū. Nonacris autē ubi fons hic visitur, urbis Arcadiæ est, ante Phencon urbē. Talia molientē Cleomenem Lacedæmonij quum animaduertissent, timentes sibi ipsi, Spartam reuocarunt ad pristinam dignitatem. Sed cum reuersum statim morbus insanix cepit, iam etiam aortea subinfarum. nam ut cuique Spartiarum obitus erat, in eius faciem infligebat sceptrum. Hęc illum facientem ac desipiscerentem propinqui soleis ligneis illigauerunt. Qui custodem digressis aliis solum remansisse cœdens, peuit ab eoy gladium. custode abnente dare, ab initio comminabatur quæ mox ei faceret, donec minis conterritus custos (cum enim seruus quidam) gladium tradidit. Eo accepto, Cleomenes à suis incipitus sese decupucabat, in lō-

<sup>1</sup> Cleomenes  
vero at septo  
ferro cepit à  
tibiis sese la-  
cerare. nā con-  
scindens lon-  
gis vulneri-  
bus carnes.  
a tibiis sur-  
versus ad fe-  
mora perre-  
xit, eçq; femo-  
ribus ad co-  
xas & latera  
atq; ventrem  
peruenit. Ita  
lamer būc lo-  
cum incepit

gum nasaq; discindens carnes, et tibiis ad femora processit,  
et femoribus ad coxas vertebrae atq; illa: quo usq; peruen-  
nit ad uterum, in quo rescindendo, sic expirauit. ut quidem  
pleriq; Graecorum memotant, quia Pythiam corrupterat  
ad ea dicenda quae circa Demaratum acta sunt: ut autem  
soli Athenicenses, quod adortus Eleusinam, fanum deorunt  
fuerat depopulatus: ut Argivi, quia eos qui e pugna fuderat  
Argiuos, ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat:

*s. Ipsum lu-  
cum cōtem-  
pui habens  
inced. Vide-  
tur autē hic le-  
gisse iū dōzein  
pro iālōzēn.*

& ipsum lacum quem in Argia occupasset, incenderat.  
Cleomeni enī Delphis oraculū poscenti responsū fue-  
rat, eum Argos esse capturum. qui posteaquam ad flumen  
Eratium copias Spartiarum duxit, quod flumen ē lacus  
Stymphalio manare fertur: hunc enī lacum in votagīnē  
cōdi, & Argis postea ex orientē apparere, illincq; iam canū  
aquam vocati Eratinū. ad hoc igitur flumen posteaquam  
peruenit, ei hostias immolauit: & quū leta nō essent extra de-  
flumine transmittēdū, dixit delectari se quidē Eratino, qui  
noller prodere ciues suos, nō tamē ideo Argiuos gavisuros.  
Moxq; illuc mōis castris ad Thyreā venit, & mari taurū  
quū mactasset, nauibus copias ad regionē Tirynthiam ac  
Naupliā duxit. Id audientes Argui ad eos arcendos obuiā  
tendunt ad mare. Et quū aduentarent Tirynthū, in loco cui

\* in Græco est nomē indutū est \* Sepia, relicta nō magna inter duas acies  
*Σίτα.* intercedine, cōsiderūt ē regione Lacedemoniorū. Neq;  
verò illic pugnam ex aperto reformidabāt, sed ne dolo ex-  
cipetur, nam ad hanc rem attinebat oraculū quod Py-  
thia edidet communiter eis atq; Milesiis in hac verba,

*Verū quando mārem præmetet feminā vītrix,*

*Inter eō Argiuos referet prælustri honorem:*

*Tunc Arguarum reddet plerasq; gementes,*

*Vt venuitorum aiat quis quandoq; virorum,*

*Telosaurus obit simojo corpore serpens.*

Hęc omnia Arguiis quum contigissent, metū incutiebant.  
ideoq; eis visum est præcone hostium esse vtendū: atq; ita  
esse faciendū, vt quoties præco Spartiata quippiā Laceda-  
moniis denunciaret, idem facerent ipsi. Cleonenes autem  
animaduertens Argiuos facientes quicquid apud Laceda-  
mones præco denunciasset, præcepit suis vt quū præco d-  
enunciaret prædictum, tunc raptis armis tenderent in Ar-  
giuos.

ḡnos. Hoc exequit Lacedemonijs, in Argiuos è voce pr̄c<sup>et</sup>, <sup>ad eft. Pro</sup>  
 conis prandentes impetum faciunt, eorumq; cum multos <sup>pr̄co deca-</sup>  
 occiderunt, cum plures in lucū Argi fuga clapsos circum- <sup>duces.</sup>  
 sederunt. Qui duin afferuantur, Cleomenes hoc sibi facie-  
 dum putauit: Scilicet quodā quos secum habebat per-  
 fugas, militē pr̄conē ad euocandum nominatim eos Ar-  
 giuos qui in luce p̄xcluti erant ad se redimendos. est autē  
 apud Lacedemonijs redemptio in singulos viros, binæ  
 mina: Ita Argiorū quinquaginta, ut quisq; euocatus fue-  
 rat, Cleomenes interimebat, quod faciebat, latebat ceteros  
 qui in fano erant, ut pote dentō luce intericto, nō cernen-  
 tes quid illi extrinsecus agerent, nūlī postquam q̄uidā con-  
 scientia arbore, quod siebat inspexit: unde non amplius qui  
 euocabātur prodire, ibi Cleomenes iussit vñlī quenq; fer-  
 torū lucū materia circundare; atq; illis obtēperantibus, lū-  
 cū incendit. Eoq; iam ardē nūc, percontatus est quendam  
 persigarū cūlīna deorū esset ille lucus, per fuga Argi esse  
 respōdit. Quo audito Cleomenes v̄chemēter ingemiscēs,  
 O Apollon, inquit, vates, quanto pere me frustatus, di-  
 cens me Argos esse capturū, coniūcio iā extū habuisse ora-  
 culū. Post hęc maiore copiarū parte Spartā redire permissa,  
 ipse cū mille delectis perrexit ad templū lunonis, illic facti-  
 ficaturus. Sed faciliū super aram volēs, quū a sacerdote  
 vetaretur, negante fas esse externo illic facta facere, iussit  
 seruos abductum verbetare: ac poltecaq; in molauit, Spartā  
 abiit. Reuersum inuici ad ephoros citauetū, criminī dā-  
 tes quid pecunia corrupebas, Argos, quū facile posset, non  
 cepiſſet. Quibus respōdit Cleomenes (incertū mihi verē an  
 falso) te polteca quā templū Argi cepiſſet, putas dei expla-  
 tum esse oraculū. & proliude non prius tentandā vrbē quā  
 facris operatus ſciſſe can sibi deus illā traditurus eſſet, an im-  
 pedimēto futurus. Sibi autē apud Iuaonis templū litantieſ-  
 fulſiſſe flam̄ā ē pectorib. tūmulachri: atq; ita ſe intellexiſſe  
 nō expugnaturū ſe Argos. Si. n. ē capite tūmulachri flamma  
 extiſſet, fore v̄t vrbē ab arce caperet: quū verō ē pectori  
 lūdū illā extiſſet, id omne finiſſe confectū, quod deus cōfici  
 voluifſet. Ilęc dicēs, credibila ac probabilia Spartiatis dicere ſaudius <sup>1. futorum</sup>  
 viſus eſt, multoq; maiore partē lenētū abſolutus. Ceterū ueretur  
 Argos ita vniſ desolari: eſt v̄ ſequi corū res oēs fulſe perint,

**I** fuitque tu  
tua inter eos  
cordia do-  
nec ad teuos  
venit, &c.

atq; magistratus administrarint, dum filij cæsorum ad pæ-  
berem adoleuere ætatem ; qui se se in suum ius afferentes,  
ac reuersi Argos, mancipia cieccere. Serui ciceti, prælio Ti-

ryothem obunuere, catenus quidem dum fuit in eis mu-  
tua bœeuolentia, & donec ad eos venit vates quidam Cle-  
ander genere Phigaseus ab Arcadia. is persuasit seruis ut  
dominos adorarentur : unde bellum inter eos diuturnum  
exitit, donec Argivi ægrè euasere victores. Ob hoc igitur  
aiunt Argivi Cleomenem ad insaniam redactum, male  
perisse. Ipsi autem Spartiaræ negat ab ullo dæmonio Cleo-  
menem ad insaniam redactum : sed conuersatione Scytha-  
rum, intemperantem meri esse factum, & idcirco furio-  
sum. Scythes enim Nomades, post illatum sibi à Dario bellū,  
ad illum ulciscendum persticisse, missisq; Spattam nuntiis  
ad societatem faciendam, ita pepigisse, tanquam ex virto-  
rumq; utilitate foret ut iphi quidem Scythæ iuxta flumen  
Phasin conarentur Medicam regionem inuadere, Spartia-  
tæ verò ab Ephelo ascendere, & ad certum locum utrique  
occurserent. Cum iis Scythis qui ad hoc missi sunt, consue-  
tudinem habuisse Cleomenem aiunt ; atq; ex eo nimiam  
didicisse potandi intemperantiam : seq; ob id cum insanis-  
se arbitrari. Vnde quoties intemperantius bibere voluerat,  
aiunt, episcythison, id est age Scyham. Ita de Cleomene  
referunt Spartiaræ. Mihi verò videtur ille has pœnas De-  
marato pependisse. Eum autem esse defunctum ubi au-  
diere. Eginetæ, Spartam nuntios misere, vociferatum con-  
tra Leutychidem de obsidibus qui Athenis tenerentur. His  
Lacedæmoniæ consilio inito, multum iniuriat Leutychide  
illatum esse censuerunt, hominemq; dedendum, quem illi  
Æginam deportarent pro iis qui Athenis tenerentur. Huc  
quoniam essent ducturi Æginetæ, tunc ad eos Theasides Leo-  
prepis filius, vir Spartæ probatus, Quid, inquit, viui Ægine-  
tæ facere vultis ? regémne Spartiarum deditum a luis ci-  
uibus abducere : Si vunc præ iracundia Spartiaræ ita decre-  
uerunt, cauete ne quod exitiale malum in vestram i.e. zio-  
nem (si hoc feceritis) inficiant. His auditis Æginetæ ab il-  
lo abducendo supercederunt, hac tamen conditione ut fe-  
ci profectus Athenas Leutychides redderet sibi viros qui  
illuc depositi essent. Vbi Athenas venit Leutychides, ac de-  
policu[m]

positum reposcit, Athenienses (ut qui reddere nolent)  
 tergiuersari, quod dicereant duos in deponendo reges fuisse,  
 ideoque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus  
 negatis se reddituros, Leutychides, Facite, inquit, Athene-  
 nenses verum ipsi vultis, si redditis, sancte facturi: è contra-  
 rio, si non redditis. Qualis autem res circa depositum con-  
 tigerit Spartæ, volo referre: Dicimus nos Spartiatæ fuisse  
 tertia abhinc aetate quendam Glaucum Epicydidis filium,  
 qui cum aliis summis laudibus excellebat, tum iustitia in-  
 ter omnes optimè audiebat qui per id tempus Lacedæmo-  
 nem incolebant. Et huic procedente tempore contigisse  
 ut vir quidam Milesius Spartam venerit, hominis conue-  
 niendi gratia, atque ita sit alloquutus, Ego sum vir Milesius,  
 qui ad tuam Glauce fruēdam iustitiam venio. Nam quum  
 esset tua fama celebris cum per omnem aliam Græciam,  
 tum vero per Ioniā, apud memetipsum ratiocinatus sum,  
 Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesius  
 autem tuto fundata, & ob id videlicet eisdem homines  
 nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti nulli atque con-  
 sultanti visum est dimidium mei census in pecuniam reda-  
 cendum deponere penes te, quod probè intelligo hæc penes  
 te deposita mihi incolmia fore: tu vero has pecunias ac-  
 cipe, & hanc notam, quam unam custodi: quam notam quis-  
 quis habens reposceret pecuniarn, ei reddito. Hæc hospes qui  
 Miletō venerat dixit: atque ea conditione depositum Glau-  
 cus accepit. Multo deinde tempore interfecto, si huius eius qui  
 pecuniam deposuerat, Spartam veniunt, Glaucum conue-  
 niunt: exhibitaque nota pecuniam reposcunt. Ille enim uero  
 repellere homines, atque his verbis è contratio respondere,  
 Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet  
 scire quæ dicitis. Volotamen, reminiscens, quicquid iu-  
 stum fuerit facere, & si accepi, iure optuno reddere: si à  
 principio non accepi, Græcorum legibus in vos uti. Ad  
 quod confirmandum prestituo vobis tempus hinc ad qua-  
 tuor menses. Ita Milesij facta iactura, tanquam fraudati  
 pecunia, discessere: & Glaucus Delphos se contulit ad o-  
 raculum consultandum. Cui consultanti an ἔξειδεται  
 iurando, pecuniam praedare ut, Pythia respondit his ver-  
 sibus,

& pecunias  
nequaquam  
ab iustam pol  
sideri vide-  
mus.

si reminiscor  
ēt.

Calamità-  
tem te pallio  
extimantes,  
ut qui pecu-  
nia fraudati  
ellent;

Glance p. pieydides equidem expedit ad breue tempus  
 Sic orco viciſſe, interuertifſeque nummos  
 Deiera eſt enorcum quoniam manet exitus idem.  
 Ast orci matre, qui uomine, qui manib[us], qui  
 Nullus eſt pedibus, rapidè aduenit, usque ad eum  
 Conuoluens omnem perdat problemq[ue] uomumq[ue]  
 Cum ſobole euores inclut, ſed poſtea agetur.

His auditis Glaucus veriam ſibi eoruū que dixiſſet ut daret,  
 deū obſecrabat. Cui Pythia inquit, idē pollere, tentare deū  
 & facere. Tunc Glaucus acciſis Miletiiſis hōſpitib[us] pecuniā  
 reddidit. Cur autē h[oc] oratio apud vos iſtū tutacit, dicetur  
 Glauci nūc nulla ſuper eſt neq[ue]; ſoboles neq[ue]; domus, que il-  
 lius cēſatur: led ex Sparta radicitus extirta eſt. Ita bonū eſt  
 nihil aliud de depoſito cogitare quam ut repetētib[us] red-  
 datur. Leutychides h[oc] loquutus, quū nihilo magis ab A-  
 theniēſibus audiretur, diſceſſit. At Æginetę priuſque ſupe-  
 riorū, iniuriarū, quas Atheniēſibus intulerant gratificātes  
 Thebanis darent penas, h[oc] fecerant: Quū Atheniēſibus  
 ſuccenſerēt quod tibi ab illis iniuriā fieri arbitrarentur, ſe  
 ad uicissendū apparabant. Erat autē Atheniensium in Sunio  
 qui quererent quēdam, qua Delum iam inde à Thesio quot-  
 annis mittebāt: hanc Æginetę locatis iuſidiis intercepere,  
 plenā primoribus Atheniēſiū, virosq[ue] alligauere. Ea clade  
 ab Æginetis accepta, Atheniēſes non amplius diſſerendū  
 putauerunt quin omnia in illos excogitarent. Erat igitur  
 quidam nomine Nicodomus Cnœthi filius, vir in Ægina  
 ſpectatus: hic ſuam ipſius priorem abitionē Æginetis un-  
 putans, querebatur: qui prius iua de miſſione quā transiſſet,  
 cognito Atheniēſes eſſe animatos ad nocendum Ægine-  
 tis, quibus ipſe inſensus eſſet, compofuit cum illis de pro-  
 denda Ægina ad certum diem, quo eſſet rem aggressurus  
 ipſe, & illos oportet venire ſubſilio. Atque ita ex compo-  
 ſito urbem que vetus vocabatur occupat. Sed Atheniēſes  
 ad diem non adfuerunt, qua clasſis eorum par Ægineta-  
 nax nouum erat comparata. Qui dum a Corinthiis com-  
 modari ſibi naues rogarunt, inter reſeſ corrupta eſt. Corinthi  
 autem per id tempus Atheniēſibus amicissimi dede-  
 xerogantibus naues viginti, ſed cantes vendiderunt ſin-  
 gulas quias drachmuis: quoniam eas dono dare vetaban-  
 tur

barlege. His acceptis Athenienses, & suis instructis in sum-  
mam septuaginta numero, in Æginam nauigauerunt, per-  
ueneruntque postridie eius dies qui erat destinatus. Qui  
quum ad diem non adessent, concenso nauigio Nicodro-  
mus ex Ægina profugit, aliis nonnullis Æginetarum cum  
comitibus, quibus Athenienses Sunium incolebant  
dederunt. Vnde isti prodeuntes, eos qui in insula erant Æ-  
ginetas & ferebant se agebant, sed hæc posterius acta sunt.  
Cæteri proceres Æginetarum, superata plebe quæ vna  
cum Nicodromo tumultum in ipsis fecerat, mox eos quos  
ceperant, ad necem abducebant. Vnde piaculum ad misericordiam  
quod nullo studio expiare potuerunt, preoccupati que, pri-  
us ex insula sunt deiecti, quam deum tibi propitiarent,  
nam quum septingentos è plebe quos viuos ceperant, ad  
necem educerent, unus eorum è vinculis elapsus fugit ad  
Cereris legiferæ vestibulum, eiusque cardinibus prehensis  
adhaerebat: quem illi quuin auellere non possent, abicitis  
viri manibus ita deduxerunt: quæ manus cardinibus con-  
seruit manserunt. Hæc quum ipsis fecissent Æginetæ classe  
separuaginta nauium cum Atheniensibus qui superuenire  
congrelli, superantur. Victi nauali prælio, eosdem quos pri-  
us Argiuos in auxilium vocauerunt: sed illi noluere eis am-  
plius auxilio esse, causati quod & naues Æginetæ necessa-  
rio sumptu à Cleomene oram Argolidem tenuissent, &  
ipsi cum Lacedæmoniis in tetram descendissent, ut non  
nulli quoque è Sicyonris nauibus descenderent in eadem  
contra ipsos expeditione. Quo nomine utriusque mulcta  
ab Argiuis iniuncta est mille talentorum, quorū quinge-  
navterque populus solueret. sed quum Sicyonij suam cul-  
pam agnoscentes, centum talentis cum Argiuis decidis-  
sent, Æginetæ ne agnosceret quidem culpam volueret:  
erant enim superbiores. Eapropter rogantibus eis nemo  
amplius Argiuorum publicè auxilium tulit, sed voluntario-  
rum circiter mille, duce quidam cui nomen erat Evryba-  
ies, quinque palmarum vito. quorū plerique non remeauer-  
re, sed in Ægina sub Atheniensiis occubuerent. Et ipse dux  
Evrybates singulari certaminet et vicerat, quarto sub So-  
phane Decclis filio oppetiit. Verum Æginetæ sua classe  
adoru incópositos Athenienses superauere, coruinq; naues

<sup>1</sup> Qui quin-  
que gymna-  
stica certa-  
mina obiectat:

quatuor cum ipsis pugnatoribus cepere. Et Athenienses quidem bellum cum Æginetis contraxerant. Perses autem quæ ipsius partes erant exequebatur, cum famulo assidue in memoriam redigente ut reminisceretur Atheniensium, tum Pisistratidis assidentibus, Atheniensesq; criminantibus, tum cupiditate per hunc prætextum quo nimbus erat, subigendi Græcos quicunq; sibi terram & aquam denegassent. Itaq; Mardonium, qui male rem naualem gesserat, præfectura amouit, aliosq; designatos duces aduersus Eretriam & Athenas misit, Datin genere Medium, & Accaphernem Artaphernis fratri sui filium, datis mandatis ut Athenas atque Eretriam diriperent, captiuosq; in conspectum adducerent. Postquam hi duces declarati, ab rege digressi, ad planiciem Cilicæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene instruto exercitu, & ibi castra posuere, aduenierunt nauticæ copiæ omnes, vt singulis erant imperatæ: ad hæc hippagogæ naues, quas superiore Darius anno mandauerat tributariis suis præparandas. In his iunctis equis atq; terrestri peditatu, sexcentis cum tremibus in Ioniam contendenterunt. Hic non recto cursu secundum continentem, Hellespontum & Thraciam versus pavigabant, sed è Samo vnde soluerant, præter Icarium, interq; insulas: præcipue quidem (vt ego sentio) metu circumneundi Athon, quem superiori anno circumnauigantes, magnam iacturam fecerant: sed & coacti propter Naxion, quam antea non cepissent. ad quam posteaquam ex Icario pelago appulsi sunt (in hanc enim vt primum copiæ ducerentur, Peria virgebant) Naxij memores priorum, fugale in montes concitauerunt, non ausi resistere. Eorum autem quos adepti sunt Persæ quum in scutitutem rapuisserint, delubra atque virbenæ incenderunt. His actis ad cœteras insulas redeunt. Hæc dum isti agunt, Delij relicta & ipsi Delo fuga Tenum abeunt. Eò tendentes naues præcedens Datis non sinebat ad Delum habere stationem, sed trans Delum apud Rheneam. Et simul cognito vbi Delij essent, millo caduceatore his eos verbis affatus est, Viri sacri, quid figura abiistis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim & ipse mea sponte animatus sum, & ab rege <sup>“</sup>  
datus, quo in loco duo dij geniti sunt, nequit aut cum locū <sup>“</sup>  
aut

aut eius incolas laetam. Redite igitur ad vestra ipsorum, & incolite insulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecentas thutis libras super atam aggestas adolevit. His actis aduersus Eretriam primum nauigauit, simul omnem classem, simul lones pariter atq; Æoles agens. Statimq; ab illius digressu Delos tremuit, (vt Delij aiunt) ad meam usque ætatem tunc & primum & postremum commota, deo mala ventura hominibus portendente. Nam sub Dario Hyrcaspis, & Xerxe Darij, & Artoxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus plus malorum passa est Græcia quam viginti alijs ante Darium ætatibus, partim à Persis, partim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus: vt non ab re Delos commota sit, prius immobilis: de qua in oraculo ita scriptum erat,

*Et Delos, quanvis sit adhuc immota, moubo.*

Et sanè in Græca lingua pollent hæc nomina, Datius, idem quod οὐεῖς, id est coercitor: Xerxes, idem quod αρχιθεός, id est bellator, ad verbum, martius: Artoxerxes, idem quod μαγος ἀργεῖος, id est magus bellator. Barbari, postquam à Delo ad alias insulas profecti sunt, sumebant illincum copias, tum liberos insulanorū obliides. Ut vero insulas præternavigantes, Carystum appulerunt, Carystijq; negarunt se vel obliides daturos vel militaturos aduersus vicinas ciuitates (videlicet Athenas & Eretriam significantes) Carystij tamdiu obsessi sunt, eoruq; ager vastatus, donec in deditionem Persarū venerunt. Eretrienſes autem audito Persarum exercitum aduersum se venire, auxilia ab Athenienſibus implorauere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienſes, miserunt ſubſidio illis ea quatuor millia hominum qui Chalcidensium equitum obtinuerant praedia. Sed Eretrienſum haudquaquam syncerum erat conſilium, qui tametsi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia vacillabant: quibusdam eorum cœfentibus urbem deserēdam, & in cacumina Eubœę eundū: quibusdam, qui propria lucra à Persis expectarent, proditionem molientibus. Horum uxorūq; animos animaduertens Æſchines Nothonis filius, Eretrienſum primari ſis, patefecit Athenienſibus omnem præſentiū rerum ſtatum, orauitq; vt domum abirent, ac cum illis occumberent. Hæc conſulenſi Æ-

schioi obtēperantes Athenienses, illinc in Oropum trans-  
 gressi, salutem sibi pepererunt. At Persæ cō aduecti, naues  
 orū Eretricæ ad fanū & Chœreas & Ægilia applicuerunt:  
 potitiq[ue] his locis, continuò equos exposuere, & tanquam  
 cum hostibus confictuti se instruxere. Aduersus quos non  
 decreuerunt Eretrientes sibi esse prodeundum: sed quan-  
 doquidem sententia de vrbe non descendenda euicerat, me-  
 titò dabant operam vt incēnia custodirent. Ad orientibus  
 autem ea Persis, acri pugna per sex dies certatum est. mul-  
 tisque vtrinque cadentibus, septimo die EVphorbus Alci-  
 machi filius, & Philagrus Cynei, inter populares suos viri  
 spectati, filius, vrbem hostibus prodidere. Quam ingressū  
 Persæ, postquam templa spolia ucre, incenderunt, in vltio-  
 nem eorum templorum quæ Sardibus flagraverant,  
 hominibus iusfu Darij in seruitutem captis. Potu Eretria,  
 & aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerunt, tunc-  
 que magnam partem vastauerūt, rati idem facturos Ath-  
 enienses quod Eretrientes fecissent. etenim erat locus Atti-  
 cæ Marathon proximè Eretriam, ad eqvitandum oppor-  
 tunissimus, quo illos Hippias Pisistrati filius deducebat.  
 Eodem Athenienses & ipsi re audita ad vim arcendam pro-  
 cesserunt, decem præfectis sibi ducibus: quorum decimus  
 erat Miltiades, cuius patrem Cimonem Stesagoræ filium  
 fugere ex Athenis Pisistratum Hippocratis contigerat: &  
 dum fugit, obtinere Olympiadēm quadriugo certamine:  
 quam victoriā munericis gratia transtulit in Miltiadēm  
 ex matre germanum: proximaq[ue] Olympiade eisdē equa-  
 bus aliam Olympiadē quum viciſſet, a filiis Pisistrati inter-  
 fectus est, eo iam viuo Pisistrato. Interfectus est autē ad Pry-  
 tanēū, noctu summissis percussoribus: sepultusq[ue] ante vrbē  
 trans viā quæ vocatur Diacœle: & cregione sepultæ sunt e-  
 quæ illæ quæ tres Olympiacas victorias reportarant. Idem  
 quod ita, jam aliq[ue] equæ fecerant, quæ fuerunt Evagoræ  
 Laconis aliq[ue] præterea nullæ. per idem tempus maior natu  
 filiorū Cimonis Stesagoras, apud Miltiadēm patrum in  
 Chersoneso educabatur: minor autē apud ipsum Cimonē  
 Atheniis erat, nomen habens à Miltiade Chersoneti con-  
 ditore. Hic igitur Miltiades è Chersoneso tunc profectus,  
 dux Atheniensium erat, & dupli ci ex de clausis: semel, quū  
 cum

um Phœnices vñ; ad Imbrum persequuti sunt, magnis fa-  
cientes capere hominē. Vt ad regē perducerēt; iterū, quum  
ab iis claymū, domū, fūa reuerētū, ac se reducēt̄ esse christi-  
mantem ut ap̄c̄ sūm excep̄t̄, & ad iudicū deduxerunt,  
accusantes occupato: in Cheloneō tyannidis. ¶ Hoc reatu  
liberatus, tutta ḡis populi dux declaratus est. Duces autē  
quā adhuc in urbe erant, ante omnia legatū Spartā missū  
Phidippidē, ilium quidē Atheniēt̄, sed tabellariam ope-  
ram factitancē. Hunc Phidippidi. vt ipse refert, & Atheni-  
entib⁹ renuntiavit, circa Parthenū moutē, qui supra Te-  
geam est, obuius fuit Pan: compellatoq; nominatum Phi-  
dippide, iussi nuntiati Athenientib⁹ quid ita illi nullā ge-  
rerent curā sui, qui bene ipfis vellet, quiq; iam sapientiā  
de eis bene meritus fūisset, atq; etiam futurus esset. His ver-  
bis fide habita, Atheniēles, quod corūjam status erat bene-  
constitutus, extruxerunt sub arce templū Panis: illiq; annu-  
is hostiis, ex quo nuntium accepere, sacrificant, & ardenti  
candelabro supplicant. Phidippes autem hic qui sibi Pana  
dixit apparuisse tunc quum à ducibus missus est, iterū A-  
thenis egredius, Spartā peruenit, adiensq; magistratus, La-  
cedamoni⁹, inquit, orant vos Atheniēles vt libi opem fe-  
ratis, nec ciuitatē inter Gracos vetustissimā contempnatis  
in discrimen adductam, ne barbaris viris seruat. Etenim  
Eretria direpta est, insigni⁹ ciuitate Gracia imbecillior  
reddita. His mādatis à Phidippide expositis, placebat qui-  
dem Lacedamoni⁹ opem ferre Atheniēsibus: sed id libi  
impossibile confessim facere erat, nolentibus legem sum-  
pete. nam erat nonus dies iostantis mentis, quo die nega-  
bant se progressuros, nec nisi orbe lunari impleto. Et illi  
quidē plenilunium expectabant. Hippīx autē Pittirati h-  
lio, qui barbaros in Marathonem perducebat, visum hoc  
in somnis superiorē nocte oblatū est: Videbatur sibi Hip-  
pias cum matre cōcumbere. Quo ex somnio coniectabat  
fore vt reuersus Athenas, ac recepto dominatu senex domi  
suę obiret. Hūc in modū interpretabatur visum suū. Dum  
autem p̄dā Eretriasem quam depoluerat in insulā Sty-  
reorum nomine Egileam, reportat, dumq; naues ad Ma-  
rathonē appullas in stationib⁹ locat, ac barbaros in terrā  
egressos disponit, cītalia administrati cōtigit sternutatio,

postridie  
quam Atheniis egredius  
est. ad verbū.  
Secondans ex  
Atheniēsibus  
urbe fuit Spar-  
ta. At l'ora  
diutigai  
accep̄i pro  
dūtegas. sic  
misra in hoc  
ad libet.  
τειται ex  
Σπάγες in  
Hōorō dō τη

tusisque solito vehementior. unde concusis eius, utpote senis, plenisque dentibus, unus illorum ex violentia tussiendi excusus est, & in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inuentandum diligentia, quum tamen non appareret, suspirans Hippias, ad eos qui aderant ait. Hacten non est nostra, nec eam poterimus nobis subiectam efficiere, sed tantummodo partem, quantū spatij dens qui militi aderat, obtinet. Huc Hippias suam visionem interpretabantur evasisse. Atheniensibus autem apud Herculis fabrum

*s' Sed eam illius portio  
nem quæ ad  
me pertine-  
bat. dens pos-  
Ged.*

instructis superuenire auxilio Platæenses, omni cuncti populo, qui sese Atheniensibus dediderant, & pro quibus frequentes iam labores suscepserant Athenientes. Dediderant autem sese hoc modo: Quum à Thebanis premerentur Platæenses, primùm Cleomeni Anaxandridæ, qui intervenierat, atque Lacedæmoniis sese dediderant: à quibus tamen recepti non sunt, hac oratione videntibus, A nobis qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit vobis auxiliū. nam priusquam nostrum quisquam audiat possitis occupati ab hostibus sc̄pe expugnari. Suademus autem vt vosip̄os Atheniensibus dedatis, vicinis pariter & ad tutandum non inualidis. Hoc Lacedæmonij non tam consulebant Platæisibus quod eis bene vellent, quam quod optarent Athenenses defatigari Bœotio bello. Id suadentibus Lacedæmoniis non aduersari Platæenses, aditis Atheniensibus, dum rem diuinam duodecim dies faciunt, eis ad aram suppliciter sedentes sese dediderunt. Aduersus quos Thebani re audita exercitum duxerunt, in eorumque auxilium Athenientes venerunt. Sed dum conserturi prælum essent, Corinthij haud contemnendam sibi rem putantes, ad eos reconciliandos interuenere: atque utrumque permissu regionem hunc in modum terminarunt, vt Thebanicos Bœotos qui nollent inter Bœotos censi, impetrarent facere quod vellet. Hoc ubi decreuerat Corinthij abscessere. Abcedentes quoque Athenites aggressi Thebani sunt, commissaque pugna, repulsi. unde Athenenses transgressi quos Corinthij statuerant terminos, Asopum fecerunt limitem Thebanis. Ergo Platæenses Athenensibus sese quum dedidissent, ad Marathonem tunc auxiliaverunt. Etant autem in Athenicis ducibus anticipata

*Asopum &  
Hylas i he-  
banis aduer-  
sus Platæen-  
ses limicē sta-  
uerunt. Ergo  
Plat.*

pites sententię, aliis vetantibus fieri prælium, pauciores enim se esse quam ut cum Medis cōfligerent: aliis (quorum erat Miltiades) ad pugnandum hortantibus. Itaque quum essent bifaria sententia, & deterior vincet, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, <sup>1</sup> tunc fortè polemarchum, id est belli principem: qui magistratus per suffragia electus in danda faba, hoc est in declaranda sententia, undecimus est. nam quondam Athenienses in dicenda sententia parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc Miltiades, in te, inquit, nunc Callimache situm est, utrum in servitatem Athenarum redigantur, aut tu eas liberando in memoria tui in omne ævum relinquis, qualē ne Harmodius quidem atque Aristogiton reliquerunt. Nam Athenienses nunc in maximum omnium ex quo nati sunt venere discri men: qui si Medis succubauit, palam est quæ passuti sint, traditi lippiae: si autem superent, poterit hæc ciuitas vobis Græciae effici prima. Quo autē pælo hæc fieri possint, & quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat, nunc exponam: Nostrar, qui duces sumus, bifariae sunt sententiae de prælio committendo: aliis id suadentibus, aliis dissuadentibus. Qui nisi prælium committimus, vereor ne magna existat seditio, quæ mentes eorum sollicitet ad sentendum cum Medis: si pugnamus antequam aliquid vietij in nonnullis Atheniensium subeat, possum diu sibi quis cum victoria discedere. Hæc omnia ad te tendunt, & abs te dependent: qui si in eis sententiae accesseris, erit & tibi patria libera, & ciuitas omnium Græcatum princeps: si accesseris sententiae dissuadentium pugnam, eorum quæ recenti bonorum tibi contraria existent. Hæc dicens Miltiades Callimachum induxit. Ita accedente sententia polemarchi, obtentum est ut configureretur. Post hæc iūduces quorum sententia de configendo fuerat, ut cuiusque dies imperandi venerat, vicem suam Miltiadi dabant: quam ille accipiens, nō tam prius decertandum putavit quam sua dies imperij aduenit. Itaque ubi vices eius fuere, tunc Athenienses hunc in modum instructi sunt ad configendum: Dextro cornu præcerat Callimachus polemarchus. ita enim lex apud Athenienses tunc postulabat, ut polemarchus dextrum cornu tenet. Hoc donec sequentur

Tūc, quod undecimum suffragiū ad eum pertinet. qui ex fabra per fabam sortito ut polemarchus Atheniensem creatus esset; vel ducta faba sortibus polemarchus. Atque, ut efficitur, oīlī ētū Athen. in secundo suffragio pat. duc. polemarchū facit batj ad hæc Aphidnæum Miltiades tūc polemarchia; etiā dixit, in te nūc siccum est Callimache Athenas vel in secundo ētū redigere, vel illis liberatis, monūscum in omnē zū te linquere, qua le nūc Harmo.

deinceps cæteræ tribus, ut quæque ordine erat. Nouissimi autem sunt collocati Platæenses, sinistrum cornu tenentes. Quo factum est ut ab huius pugnat tempore, quoties Athenienses ferunt hostias apud panegyrias, id est publicos conuentus, quæ quinto quoque anno fiunt, Atheniensibus preceo conceptis verbis precetur bona Atheniensibus pariter & Platæensibus. Igitur Atheniensium acies tunc apud Marathonem instructa idcirco sic erat, quod aciem Medicam imitabatur: sed in medio paucis conferta erat ordinibus, ideoque illic debilior: utroque autem in cornu confertior. Quæ posteaquā ita instructa est, ac sacrificium litatum esse Atheniales audierunt, tunc cursu in barbaros tendunt. Erata autem inter utramque aciem non minus octo stadiorum intercapelinis. Quos cursu ferri inservientes Persæ aptabant se tanquam illos excepturi: insaniç dantes id quod certarent eos cursu tendere, quum pauci essent, & nec equitatu nec sagittis freti. Hoc ita barbari interpretabantur. at verò Athenienses, posteaquam conferti confixere cum barbaris, pugnam memoratu dignam e-debant. Quippe primi omnium Græcorum (quos ipsi nouimus) cursu in hostem vii sunt. prius sustinuerūt certare Medica ueste inducos: quum antehac vel audire nomen Medorum Græcis terror fuisset. In Marathonē quum diu pugnatum esset, barbari circa medianu aciem vincebant, vbi Persæ stabant & Sacæ, camque per rumpentes, hostem in mediterranea persequabantur: at in utroq: cornu vincentes Athenienses Platæensesque, barbaris, qui terga derant, fugere permisisse, contraxerunt cornua, & cum iis qui medium ipsorum aciem prefergerant, dimicantes quū superassent, fugientes Persas urgebant cædebantq:, donec ad mare peruenientes, petito igne naues contipuere. Quo in certamine Callimachus polemarchus interficitur, egte-gia nauata opera. Occubuit quoque è ducibus Stesileus Thrasylus, & Cynægirus Euphorionis filius, qui dum summi puppi apprehendit, abscissa bipenni manu cecidit: nec nō alij Athenienses multi & clari. ac septē quidē naues obtinuerunt Athenienses hoc modo: cæteris barbari retraxi, receptaque præda Eretriæ ex insula vbi reliquerat, circumiecti sunt Santum, asilis præsettæ di Athenienses evestigio ab-  
euntes

primi; ve-  
stein Medicā  
& eos qui illam gestarent  
certante susli-  
nuerunt, quū  
accia, &c.

entes. Cæterū Alcæmonidæ ab Atheniæsibus <sup>1</sup> insimulati sunt, quod videlicet ex cōposito Persis adhuc apud insulam agentibus scutum ostenderint. Dum illi Sunium circue- hantur, Athénienses euestigio abeūtes celerrimè ad ferendam vībi opē properarunt, barbarosq; eodem tendentes p̄sile, quod præuetterunt: progressi q; ex Herculis templo quod est in Marathone, in aliud Herculis fanum quod est in Cynosar- gi, castra posuerunt. Barbari cum classe l'halerum superaf- fent (hic enim Atheniensium nauale tunc erat) super eum locum aliquandiu propter tempestatē morati, rursus in Asiam abierunt. Quorum in hac pugna apud Marathonem gesta, occubuere circiter sex millia trecenta: Atheniensū verò, cētum nonaginta duo. tot ex vtrisq; cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, vt Atheniensis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum stante acie pugnat strenuè, luminib. caperetur, neq; fauicus vlla parte corporis, neq; ictus: atq; ita cœcus in reliquam vitæ tempus permanset. Quæ audiuī dicere solitum de sua clade, visum sibi esse ante se stare virum quandam armatum, procero corpore, cu- ius mentum omnem clypeum inuibraret: & hanc lac- uam ipsum prætergressam, sed illum qui sibi assisteret oc- cidiisse. Hæc Epizelum solitum cōmemorare audiuī. Potro Datis in Asiam cum classe rediēs, vbi Myconum tenuit, vi- dit in somnis visum. id tamen quod fuerit, nō traditur: sed vbi primū dies illuxit, naues rimatus est: compertoq; in nau Phœnicia simulachro Apollinis inaurato, sciscitus est quo è templo sublatum esset: & vbi audiuit ex quo tem- plō, nauigans sua nau in Deluni (iam enim Deli in insu- lam redierant) ibi simulachrum in templo depositum, præ- cepitq; Deliis ut illud in Delium Thebanorum referrent, quod est ad mare erégione Chalcidis. Hoc vbi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delijs tamen hanc statuam non re- portauerunt, sed vicesimo post anno eam Thebani ex o- raculo in Delium contulerunt. Datis autem & Attapher- nes, posteaquam in Asiam nauigauere, captiuos Frene- ses Susa perduxerunt, quos Darius rex, etiā in eos ante ca- ptivitatem vulnus contraxerat acerbitas, quod se pri- ges iniuria lacelli sent: tamen ut in conspectu suorum ad- ductos vidiū se libi subiectos, nullo alio malo affecti, tamen

sunt, illis id molientibus Persas hoc cōtilium ce- pisse, quod videl.

<sup>2</sup> barba te- tum clyp.

in suo Cissiæ regionis stathmo collocauit, cui nomen est Anderica, ducentis ac decem stadiis procul à Susis, quadraginta à puteo qui exhibet trifarias terum species. nam ex eo asphaltum, id est bitumen, & salem & oleum hauriunt, ad hunc modum: Hauritur quidem celoneo, id est instrumento dicto ciconia, prositula autem, dimidiato utre ad celoneum alligato: quo in puteum decusso, quicquid hauritur, mox in cisternam diffunditur, atque hinc aliò effusum, triplici varietate concrescit: in asphaltum quidem & salem, protinus: oleum autem (quod Persæ thadinacē appellant) in vasā colligunt. est autem atrum ac grauitero-lens. I loci rex Darius locauit Eretrienses, quem ad ineam usq; memoriam tenuere, seruātes pristinam linguam. Quod ad Eretrienses attinet, ita habet. Carterium post plenilunium duo millia Lacedæmoniorum Athenas venerunt, tanta festinatione adipiscēdi hostem, ut tri duo quam ex Sparta discessere, in Atticam peruererint: & licet scius ad pugnam venissent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Qibus vīlis, laudatisque Atheniensibus ob præclarum facinus, rufus redierunt. Tenet autem admiratio me, nec rationem inire vel maiori possum, Alcmaonidas vñquam Persis ex cōposito ostendio tyrānos tasse parvam, quod vellent Atheniensēs barbaris atque Hippiæ subesse, ' quippe quos cōstat in habendis odio ty- 164  
rannis vehemētores quām similiores fuisse Calliæ Phænippi, qui fuit pater Hipponici. nam Callias cum alia omnia in Pisistratum inimicissimè commentus est, tum verò solus Atheniensium omnium, illius Athenis cieci, quā publicè sub præcone vendentur bona, cinere ausus est. Cuius Calliæ mentionem crebrò plerique omnes habere debent, cum ob ea quæ dicta sunt, ut viri summopere patriam liberantis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit. nam & in equorum cursu palmam obtinuit, & in quadrigario fuit secundus: & in ludis Pythiis quum primas obtinuisset, in universos Græcos sumptuosissimus exitit: tum ob id quod talem se in filias suas quæ tres fuerunt, exhibuit. nam posteaquam nubiles extiterent, ' hoc eis magnificissimum munus est gratificatus, ut quem sibi vnaquaque vellet ex omnibus Atheniensibus, eum deligeret: atque ita eam illi

quippe qui  
vel maiori  
vel certè pari  
sequuti esse  
cōpetiuntur  
accallias Phæ  
nippi filius,  
Hipponici pa  
cer. Ut autē hic  
dicit μῆδος  
η ὄμοις, sic  
paulo post, ο-  
μοις οὐδὲ  
νατος.

z dotem eis  
magnificētis-  
simam dedit,  
atq; hoc præ-  
terea gratifi-  
catus est, (vel,  
indulxit) vt  
quæ libi, &c.

duplicem

suptum dedit. At Alcmaeonidæ aut perinde aut nihil minus quam Callias peroli tyrannos fuere. Quo maior me admiratio subit, minusque admittit criminationem, eos parvam Petris ostentasse, qui per omne tempus tyrannos effugerunt, & quorum astutia l'illistratidæ tyraonidem reliquerunt. Atque ita multo magis Athenarum liberatores extiterunt, meo iudicio, quam Harmodius & Aristogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tñ ceteros Pisistratis ab affectanda tyrannide represserunt, quam ad illam irritauerunt: Alcmaeonidæ autem proculdubio Athenas liberauerunt, si modò ipsi fuere qui Pythiam persuasere ad Lacedæmonios commonefaciendos ut Athenas liberarent, quemadmodum superius à me commemoratum est.

<sup>1</sup> Atenim aliqui forsitan succensentes quod Atheniensis in populo patriam prodiderunt. Imò nulli erant eis inter Athenienses viri illustriores, neque qui magis essent honorati. <sup>2</sup> Neque vero sermo obtinuit clypeum ab his esse ostentatum, sed tantummodo fuisse ostetatum. quod nihil est quam si id demum diceretur, ostensus quidem est, sed a quo ostensus, incertum. <sup>3</sup> Quanquam Alcmaeonidæ iam pridem extiterant Athenis clari sancè usque ab Alcmaone atq; etiam Megacle. Etenim Alcmaeon Megaclis filius, iis Lydis qui Sardibus à Crœso Delphos ad oraculum ierant, administrum se præbuit, eosque comiter accepit. Cuius beneficentiam Crœsus à Lydis quos ad oraculum miscerat quum audisset, hominem accersit, & ubi aduenit, eum donauit tanto auro quantum semel corpore suo ferre posset: Ad istam doni conditionem Alcmaeon hanc astutiam attulit: Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea siuiletefacto, cothurnisque quos laxissimos repedit calceatus, ad

causa fuisse ostensum. ostensus enim clypeus fuit, neque hoc aliter dici potest: factuni enim fuit sed à quo ostensus fuerit, de eo ultra huc dicere non possum. id est, hac de re non habeo quod dicam: quippe qui sciam quidem ostensum fuisse clypeum, sed nihil ultra: visu, cōsidera hinc cōsidera rursum rursum, puto tamen cōsidera, cōsidera eidūs cōsidera pō rursum. Illud autem ex ēstis dñis cōsidera, respondet Gallica phrasē. On ne peut dire autrement, pro. Non posset negari.

<sup>3</sup> Hi autem Alcmaeonidæ cum ab antiqua origine clati extiterant, cum vero ab Alcmaone & tuttum a Megacle clati vel maximè fuerint.

<sup>1</sup> Atenim fortasse Atheniensis populo succensentes patriam prodiebant. Q. d. Atenim (dicit aliquis fortasse) agre serentes se non cum apud Athenienses locum obtinere quo se dignos existimabant, patriam prodare conabantur. Imò vero, nulli ex Atheniensibus majori auctoritate predi, nulli magis honoratis erant: tanquam abepti ut sua forte contenti non essent. Et de eo Atheniensibus succenseret. Potest tamen & cum interrogatione legi hic locus codē sensu.

<sup>2</sup> Quo fieri ratione conseruantur nul lo modo esse possit, clypeū ab illis hac de

tibi aceruo thesaurum petravit ad quem ducebatur. Ibi in acetum ramentorum cum incumbens, primum cothurnos quibus erat induitus, auro quantum serebant referit: deinde omnem sinum suum atque etiam crines ramentis subigens, & parte in os desumpta, è thesauro processit, ægrè trahens cothurnos, cuius alteri rei quam homini similis: cuius os quum turgidum esset, & omnia onusta, id cœtaens Crœsus, in cachinnumque erumpens, ea omnia illi donauit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locupletata est, & Alcmæon quadrigulos equos aleans, vicit Olympia. Sed eam deinde secunda ætate Clithenes Sicyonistyrannus extulit, ut multò magis quam prius inter Gracos celebris extiterit. Erat enim Clitheni Aristonyni filio Myronis nepoti, Andrei pronepoti, filia nomine Agatista: quam pater destinabat nupium dare ei quem præstantissimum Gracorum omnium cōperisset. Quum igitur Iudi Olympiaci celebrarentur, & ex eis Clithenes curriculo quadrigali viator extivisset, nuntiati iussit voce præconis ut quis se dignum putaret qui Clithenis gener esset, is ad sexagesimum diem aut prius Sicyone præstò foret, quod Clithenes intra annum à sexagesimo die incepturnus, exequi nupias destinasset. Itaque omnes Graeci aut sua ipsorum aut familiæ claritate sibi considentes, cò procic contendebunt: quibus Clithenes & cutriculum, & palestram ad certandum præparauerat. Ex Italiam illuc se contulit Simindyrides Hippocratis filius Sybarita, (dorebat autem maximè Sybaris ea tempestate) qui unus vir in plurimum deliciarum processerat: & Siritanus Damas Samyris filius eius qui sapiens appellabatur. & hi quidem ab Italia venerunt. Ab Ionio autem sinu Amphilimnestus Epistrophi filius Epidamnius. Aetolus vero Males, germanus Titormi illius qui Gracos robore fuerat supergressus, & in extrema Aetolie homines fugerat. E Peloponneso autem Leocides Phidonis Argivorum tyranni filius, eius inquam Phidonis, qui spatia Peloponnesibus statuit, longè omnium Gracorum inservientissimus: qui sum motis Eliensis agonothetis, id est numerari, ipse agonotheta extitit in Olympia, id est certamen præmiumque proposuit. Necnon Amiantus Lycurgi filius Arcas, ex Tra-

pezunte:

peruato: & Laphanes Azenus, ex vi be Pæo, filius Euphō-  
zioniscius qui (vt in Arcadia fertur somma) in locum suam  
excepit Castorem & Pollucem, & ob id in omnes homi-  
nes hospitalis: & Eleus Agan filius vir præclarus. Iste ex i-  
psa Peloponneso venerunt. Ex Atheniæ libus autem, Me-  
gacles, Alcmaeonis eius filius qui ad Crœsum se cotulerat:  
& alter, Hippocides, Tisandri filius, diutius, ac forma in-  
ter Athenienses præcipiatus. Ex Eretria autem (quæ per id  
tempus florebat) Lysanias: solus hic ab Eubœa. Et Thella-  
lia verò à Scopadeis Diaclorides Cranouius. Ex Molossis  
autem Alcon. Tot procifuerere, qui quum ad diem præsti-  
tutam adfuerint, Clithenes ante omnia patriam singulo-  
rum familiamq; percontatur. deinde eos anorum apud se  
detinens, explorauit vniuersitatemq; & virilitatem & iracun-  
diam, & eruditionem, & mores: nunc cum singulis, nunc  
cum vniuersis congregiens, & iuniores in gymnaſia edu-  
cens: præcipuā tamen in conuiuis experiebatur. quandiu  
enim eos apud se tenuit, omnia fecit ac magnifice accepit.  
Sed ei inter procos præcipue cordi erant Athenienses: &  
illorum magis Hippocidem Tisandri strenuum esse iudi-  
cabat, quum præfectum ciuius maiores Cypseli Corinthij  
propinqui fuissent. Quin autem destinatus nuptiis dies  
illuxit, quo ipse Clithenes edixerat iudicatum i.e. quem ex  
omnibus deligeret, nactatis centum bobus, in coniugium  
tum ipsos procos, tū oīones Sicyonios accepit. Postea ve-  
rò quam cœnatum est, procī certamen de mutica habere  
coepcrunt, pariter & de oratione habenda in mediū. pro-  
cedente autem potatione, Hippocides, quum lōgē alios  
antecederet, iuuit tibicinē sibi canere, iuuiāq; et ceterū, edax-  
tum quādam fletationē genit. Tibicine oblique saltauit,  
sibi quidem placens: sed Clithenes omnem rem cernens  
\* dissimulabat. Post hac aliquantulū interquiescens Hip-  
pocides, iuuit aliquam sibi inferri mēlā, qua illata, pri-  
mū super eā Laconicos satuit modulos, mox alios At-  
ticos: tertio super mensam capite statuto, cruribus veluti  
manibus gesticulabatur. Ad cuius prima ac secundā fala-  
tionē, et si stomachabatur Clithenes eum qui tam impu-  
dens esset, generum sibi fieri, tamen se se cotinebat, nolens

impoperam acceperī pro aegypti.

6 suspectam habebat,

1 & ab eo tē-  
pore in quoſ-  
libet hospita-  
litatem exer-  
cere:

2 & Eleus O-  
nomattus A-  
gxi fili⁹. At-  
que hi quidē  
ex ipsa Fel.  
&c. Valla autē  
putauit ἀρ-  
μονία hic, το  
ταῦτα, αὐτο-  
τικά εἶναι.  
κλείσιος autem  
prōprium: quā  
contra ἀρμο-  
νίας sit hoc qui  
eius loco nomē  
pr̄prium ἡλεῖ-  
os autem bo-  
men à patria.

3 & ex illis  
magis Hippo-  
clides Tisandri filius, qui  
& si cunctate  
ceteris presta-  
re iudicabat-  
tur, & eo q̄  
cius maiores  
a Cypselidis  
Corinthiis  
genius duce-  
rent.

4 pariter &  
de fetu oīoneq;  
in medium  
proposita-  
tur. i.e. de a-  
lii reb⁹ de quis-  
bus meritorib⁹  
fieri.

5 detinet aliud  
tertīū quāmo  
exp̄ixit, aut

, exādēscē- ' in eura crūmpere: at vbi vidi cruxib' veluti manibus ge-  
 re & in uain sticulanem, iam se vkrā continere noa sustinens, inq̄it,  
 p̄c̄ps̄ it̄p̄e- Fili Tisandri, ' desalcaſti matrimonium. Cui excipiens ille  
 se. Ita R̄ad. ait, Non est istud curꝫ Hippoclidꝫ. Vnde prouerbium fa-  
 z ' Bud hac in- ctum est, Non est istud curꝫ Hippoclide. Tunc Clisthenes si-  
 serp̄at̄ionem approbat. per- lentio imposito, in medium hæc protulit, Viri procī meæ  
 inde est ante ac filiæ, vos equidem omnes laudo, vobisq; omnibus, si fieri  
 fidiceret. Hac posset, gratificarer, neque vnum ē vobis pr̄cipuum pro-  
 sua impudenti saltatione nu- bans, neque ceteros improbans: ' v̄tūm fieri non potest  
 prius respon- vt de vñica virgine deliberans, omnium voto satisfaciam.  
 sfi. vel. nuptiā ex eisd. fl̄. q. d. Itaque singulis vestrūm, qui compotes huius matrimonij  
 Extra nuptiā saltaſti. non estis, tanquam dignis meæ filiæ nuptiis, quodque do-  
 sed quō de domo peregrè abfuitis, singula argenti talenta dono do:  
 vñica virgi- Megacli autem Alcmæonis filio meam filiam Agaristam  
 ne desponsanda despondeo ritu Atheniensium. Annuenient conditioni Me-  
 deliberatis, o- gacle, nuptiæ apud Clisthenem celebratae sunt. Haec tenus  
 munium voto quæ iudicauit procis gesta sunt: atque hunc in modum  
 satisfacere nō Alcmæonidae per Græciam celebrati fuerunt. Porro ex  
 possim. singu horum coniugio, cum Clisthenes auo materno cognomi-  
 lis quidē ve- nis procreatur, (qui Atheniensium tribus popularium que  
 strū qui circa hasce nuptias statum instituit) tum Hippocrates: ex Hippocrate verò  
 repulsam pa- alias Megacles & alia Agarista, ab Agarista Clisthenis no-  
 tini, singu men habens, quæ nupta Xantippo Ariphronis filio quum  
 la argenti ta- prægnans esset, visa est sibi in somnis parere leonem, pau-  
 tenta dono, cosq; post dies peperit Xanthippo Periclem. Miltiades au-  
 tum quod di- tem cum antea probatus apud Athenienses, tum verò post  
 gnunt me cen- rem bene'gestam in Marathone maioribus incrementis  
 facti: is cu' us filiā in uxore auctus, petiit ab Atheniēsibus septuaginta naues cum pro-  
 duceretis, (vel pugnatoribus & pecunia, non promens eis cui regiōni  
 eam ambire bellum esset illatus, sed tantummodo se illos locupleta-  
 tam etiam si se sequerentur. Ad eam enim regionem se illos  
 q; domo per- ducturum vnde affatim aurum nullo negotio reportaret.  
 egrè abfueri- His verbis Athenienses erexitis animis, naues vt petierat  
 ris: at Mega- tradiderunt. Quibus Miltiades acceptis in Parum nau-  
 cli Alcmæo- gat, per speciem vlciscendæ iniuriæ quam intulerant Pa-  
 dis fil. trii quod tritemi in Marathonē vñacum Persis venissent.  
 4 Haec de Hoc quidem colore orationis vtebatur, sed insensus erat  
 his que in fe- Partis ob Lysagoram Tisei lilium, genere Platium, qui i-  
 redō de pro- plium apud Hydarnem Persianum accusauerat. Eo post quam  
 cōiūdicio- peruenit  
 gesta sunt.

peruenit Miltiades, Paros intra mœnia coactos obfedit, missaq; caduceatore poposcit centum talenta, dicens, si ea sibi non darent, se non prius illinc abducturum copias quam eos cuerisset. At Paros non ut quicquam pecuniæ Miltiadi darent, sed ut custodiret urbem cogitabant, cum alia loca intersepientes, tum maximè vnde ea oppugnari poterat: adeò ut noctu laborantes, murum duplum quam olim fuerat excitarent. Hactenus Græci in hac re commemoranda consentiunt: deinceps gesta ipsi Paros referunt hunc in modum: Miltiades quum inops cōsiliij esset, adisse, atq; alloquitum fuisse mulierem captiuam, genere Parosiam, nomine Timon, quæ esset indigenarum deorum administratrix: hanc, quum in conspectum venisset, consilium ei dedisse ut si magnuſaceret Parum capere, exequeretur quæ à ſe præcipientur. Eius deinde præceptis auditis Miltiadem accedisse ad maceriam quandam ante urbē, qua maceria ſepitur templum Cereris legiferæ: eamq;, quia fores aperire non poterat, transiliisse: & illam transgressum, ſolarium ascendisse ad aliquid intus faciendum, ſiue ad mouendum aliquid quod moueri nefas esset, ſiue ad aliquid, quodcunq; ſit, agendum. Et quū pro foribus esset, ſubcunte horrore præoccupatum, eadem via reuerſiſſe, dcq; maceria defilientem femur conuulsiffe. alij in genua procidisse aiunt. Ita Miltiades male habens, dominum remeauit, neq; pecuniam Atheniensibus portans, neque Paro parta: urbe tantum per lex & viginti dies obfella, & agro populato. Paros, cogito quod ministra deorum Timo Miltiadem admonuſſet, volentes ob id de ea supplicium sumere, postquam obtuleri delierunt, Delphos miferunt ſciscitatum nunquid ministrā deorum condeinnoarent, qua rationem capienda patriæ hostibus detexiſſet, quæq; Miltiadi expoliuſſet ſacra quæ ad virilem ſexum efferri nefas eſſet. Id Pythia ſeri nō permiliit, negans Timo carum rerum eſſe authorem: ſed quia Miltiadi non bene obeundū t i d e f f , m i f t r a eſſet, ideo ei ducem malorum apparuit. Hec Parois Pythia respōdit. Miltiadem autem Paro reuersum cum alijs Athenienses in ore habebant, tum præcipue Xanthippus Ariphronis filius, qui cum apud populum acculauit quod Athenienses circumscriptiſſet. Cui accusationi Miltiades

*miftra  
mortu per am-  
dum eſſet.*

non per se ipse respondit, (neque enim poterat, quippe qui putrescente femore iaceret in lecto) sed pro eo amici lui,

<sup>¶</sup> Marathonij  
prælij metio-  
nem subinde  
facientes. &  
expugnatio-  
nis Lemni:  
quomodo Pe-  
lasgo vlt\* ex-  
pugnatam eā  
Atheniensib.  
tradidisset.

¶ quū femur  
ei marcidum  
(est putridū)  
& emorium  
factum esset.  
vel. quia ad sy-  
derationē dene-  
miser. ut quida  
interpret. ex  
Ceiso.

¶ in suis narra-  
tionibus: vel.  
ex suis historiis  
scriptis. unde  
alibi vocat  
λεγαπετες.

¶ & nullo  
pretio digna.

¶ nauibus  
quinquagin-  
ta remorum

vltus Pelasgos Atheniensibus tradidisset, tum verò pugnā in Marathonē gestam. Interuentu tamen populi ne capitā damnaretur, quinquaginta talētis culpa mulctata est. Post hæc Miltiades dissoluto atq; marcescente femore deceſſit: quinquaginta autem talēta Cimon filius exoluit. Porro Lemnum Miltiades hunc in modum obtinuerat: Pelasgi postea quam ex Attica ab Atheniensibus exacti sunt, siue iure, siue iniuria: nam de hoc nihil habeo præter relata: quia Hecataeus Hegesandri filius in sermonibus ait, iniuria Athenientes enim, quum viderent regionem quæ erat sub Hymesso, quam illis habitandam dederat, mercedem muri circa arcem ducti, bene excultam, quæ prius mala fuisset, à nemine accipi digna, liuore captos fuisse & libidine terræ potiundæ: & ita illinc exegisse illos, nulla alia re in excusationem allata. Ut autem Athenientes aiunt, iure eiceti, quippe quum essent sub Hymesso habitantes, illinc prodire solitos hanc iniutiam intulisse: Quoties filii ac filij Atheniensium ad Nouem fontes aquarum pergerent (nulladum enim aucteis aut ullis Græcis per id tempus mancipia erant) Pelasgos eis per contumeliam & contemptum vim attulisse, neq; hoc fecisse cōtentos, ad extremum manifestò deprehensoris de inuadendis Atheniensibus confi- ha agitasse. Ie vero adeo meliores quam illi fuerant, viros fuisse, ut quum haberent facultatem interimēdi eos quos sibi insidiatos deprehendissent, tamen noluerint: sed eis præceperint utrè regione excederent: atq; ita illos solum vertentes, tum alia locatum verò Lemnum obtinuisse. Illa Hecataeus, hęc Athenientes aiunt. At Pelasgi hanc Atheniensium iniuriam vlciscendi audi, ij qui Lemnum incolebant, gnari quando dies festi Atheniensium celebrarentur, bitemibus instructis, initias manipulatum collōca- runt vxoribus Atheniensium diem festum Diana apud Praurone in agentibus permultiisq; illarū illinc raptis abierunt, & in Lemnum delatas pro concubinis habuerunt. Hęc fœminæ posteaquam siliis abundauerent, lingua eos Attica ac motibus Atheniensium imbuerunt. At illi consue- cudi-

tudinem cum Pelasgidū filiis habere abnuebant: & si quis  
 ē fuis ab illorum vlo vapularet, cuncti auxilio aderant, &  
 mutuō se se tutabantur: ac dignos lē qui aliis pueris domi-  
 narentur existinabant, atq; adeo longē praeualebat. Quā  
 re animaduerit Pelasgi inter se colloquuti sunt, consid-  
 rantesq; rem esse indignam inter se dicebant. Si nunc dum  
 pueri sunt, dignoscunt libi opitulati aduersus filios vxorū  
 legiūmarum, quas virgines duximus, & eis continuo pre-  
 esse conantur, quidnam facient in virilem adulti etatē?  
 itaq; quum id eis altius infedisset, placitum est ut eos filios  
 ē matribus Atticis suscep̄tos necaret. his necatis, addūt &  
 cedēs matrum. Ex hoc facinore, & illo supetiore fœmina-  
 rum, quę viros suos vna cum Thoante interemērunt, vnu auxilio  
Thoanus,  
Erasm.  
 receptum est per Graciam vt tēterima quæque facinora  
 Lemnia appellentur. Pelasgi, quum eis post necem libero-  
 rum atq; vxorum neq; tellus fructum redderet, neq; uxo-  
 res neq; pecus vt prius gignerent, patiter fame & liberto-  
 rum orbitate vexati, Delphos miserunt petitum aliquod  
 laxamentum præsentium malorum. Iutli autem à Pythia  
 pœnas Atheniensibus quas illi vellēt pendere, Athenas ie-  
 re: pollicitiq; sunt daturos se pœnas illis omnis iniuriq;. A-  
 thenientes, itratis in curiatoris quām poterant splendidif-  
 simè, appolitaque mensa omnium bonorum refertissima,  
 iussérunt Pelasgos ita se habentem regionem sibi tradere.  
 Tunc Pelasgi excipientes dicere, Si nauis vento aquilone  
 atq; uno die nos ē vestra regione in nostram prouochet, ita  
 demū quod vos petius trademus. Hoc dixerit quod fecerint  
 fieri non posse. nam Attica multo magis ad austrum ver-  
 git quam Lemnus. Hæc hactenus. Tunc compluribus de-  
 inde interiectis annis, vbi Chersonesus quæ est in Hellef-  
 ponto, Atheniensium ditionis sit, Miltiades Cimonis fi-  
 lius, ventis etēsīs perflantibus, ex Eleunte quę est in Cher-  
 sonefo, soluēs, in Lemnum delatus est, præcepitq; Pelasgis  
 vt ex insula excederet: redigens eis in memoriam oracu-  
 lum, quod nunquam illi expletum iti sperasset. Quorum  
 Hephaestienses quidem obtemperauerunt: Myrinæi au-  
 tem non agnoscentes Chersonesum esse Atticam, tamdiu  
 obfessi sunt donec in ditionem venerūt. Ita Lemno po-  
 tuunt Athenienses atq; Miltiades.

HERODOTI HALI-  
CARNASSEI HISTORIA-  
RVM LIBER SEPTI-  
mus, qui insctibitur  
POLYMNIA.



O S T E A verò quām nuntius pugnæ ad regem Darium Hydaspis filium allatus est ad Marathonem gestæ, quum antea vehementer infensus esset ille Atheniæ ensibus quod Sardis inuasissent, longè infensor factus est, ac propèrior ad bel-

lum Græciæ inferendum: missisque continuo nuntiis ad ciuitates, edixit ut singulæ multò quām antea maiores copias, nec non naues, nauigia, equos, rem frumentariam

\* **Dum autē hæc circun quaq; denuntiaretur, vniuersa per tres annos Asia a- gressa fuit.** compararent. His nuntiis Asia triennium exagitata est. Vbi dum delectus agitur optimi cuiusque aduersus Græciam militaturi, & apparatu opera datur, quarto anno Ægyptij qui fuerant à Cambyse subacti, defecere à Persis: quo magis aduersus vtrosq; Darius expeditionem sumere properabat, Ægyptios atque Athenienses. Dum autem hæc comparat, interea ingens intereius liberos de principe exorta dissensio est, quoniam ex instituto Persarum, oportebat ita deimum ire in expeditionem quum regni successorem declarasset. Erat autem Dario iam antè quam

regnaret, liberi tres è priore uxore Gobriæ filia suscepti, & post partum regnum, alij quatuor ex Atossa Cyri filia. Superiorum maximus natu erat Artabazanes, posteriorum Xerxes, qui quum ex eadē matre non essent, disceptabant: Artabazanes quidem, quod omnis paterna sobolisipse maximus natu foret, quū apud vniuersos homines sit institutum ut maximus natu liberorum obtineat principatum: Xerxes verò, quod ipse Atossa genitus esset, filia Cyri qui Persis libertatem acquisisset. Datio autem nōdum teneat sententiam, aderat forte Demaratus Aristonis filius, qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus, ac Lacedæmonie profugus, Susa ascenderat. hic vir audita libe-

torum

torum Darij controversia, adiit (ut fama fertur) Xerxem, admonuitq; vt ad cetera quæ pro se dicebat hoc adderet, se quidem genitum è Dario iam rege & Persarum imperium obtinente: Artabazus enim verò, è Dario dum erat priuatus: prouide neq; æquum neq; iustum esse alium quempiam potius quam se illam dignationē adipisci: quoniā Spartæ quoq; sic usurparetur, vt li cui antequā regnet filij nascantur, deinde regnanti aliis nascatur, huius postea nati succellio regni sit. Hac à Demarato suggesta ratione utētem Xerxem, tanquam iuste dicente, Darius regem declarauit. Quanquam etiā citra præceptum Demarati Xerxes , Admonit. (ut mea fert opinio) regnauerit: quippe quum omnis potentia penes Atossem esset. Declarato Darius Xerxe rege quum conaretur rebus apparatus exire in expeditionem, altero ab defectione Ægyptiorum anno, supremum diem obiit, sex & triginta annis regni expletis, haud compos voti vt Ægyptios & Athenienses vlcisceretur. Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit, qui ab initio ne quaquam animatus erat ad bellum Græciz inferendum, sed Ægypto. Cæterū Mardonius consobrinus eius, Gobrię & Iotrojs Darij filius, cum adiés, his verbis est alloquitus, Domine, haud decorū est Athenienses tam male iam de Persis meritos non dare pœnas eorum quæ perpetrauerunt. tu verò quod in manibus habes perfice: tameq; vbi Ægyptum, quæ dignitati tuæ iniuriam fecit, domueris, sume aduersus Athenas expeditionem: vt & bene de te loquantur homines, & post hac abstineat aliis à bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio ultionis exigendæ: illa autem rationis accessio, Europam esse regionem admodum speciosam, omniaque genera felicium arborum ferentem, ac summæ bonitatis, & dignam quæ à solo inter mortales regre possideatur. Hæc Mardonius dicebat vt iuuenis ac nouarum rerum cupidus, imperijque Græciz pro rege administrandi. Quod etiam regi persuasit, conditione temporum adiutus. nam alia vt rex ad hoc faciendum induceretur, adiumento fuere. primùm è Thessalia nuntijs ab Aleuadis ad regem inuocandum aduersus Græciam. se enim omne obsequium præstituros, ( Aleuadæ autem isti erant Thessalię reges) deinde ij Pisistratidz qui Susa ascéderant:

qui quum eadem verba habuerunt quæ Alevadæ, tum vero  
tò prætendebat Onomacritum quendam Atheniensem,  
nostra testimoniū sequutus est, nō tam tamen  
men habent &  
vet. codic. sed  
quid un pro  
et erga g̃alv-  
os & p̃os ha-  
beret erga  
m̃nū r̃p̃os.  
2. Utel fons  
Hermionensis,  
id est ex Her-  
mione.

qui secum habebant, sortilegum, & Musæi sortium e-  
dissertatorem. Ascenderant autem cum eo ' scuerti in Græ-  
ciam. nam Onomacritus ab Hipparcho Pisistrati filio A-  
thenis fuerat cieetus, quod à Laſo ' Hermionis filio mani-  
festò deprehensus fuifer, inter Musæi sortes hanc etiam  
inseruisse, fore ut insulæ Lemno adiacentes mari submer-  
gerentur. Ob id Hipparchus hominem eiecerat, qui  
familiarissimè illo antea uiceretur.<sup>3</sup> Et tunc cum eodem, ut  
in conspectum regis veniret, ascenderat: deque eo hono-  
rificè cum aliis Pisistratidis loquebatur. Onomacritus, si  
quæ sortes cladem barbaro hantiabant, earum nullam  
recitauit. Itaque accedente hoc sortilego, & Pisistratida-  
rum & Alevadarum suasionibus, Xerxes ad inferendum  
Græciæ bellum inductus est. Sed altero à morte Darij an-  
no, primam expeditionem fecit aduersus Agyptios, qui  
rebellauerant: quos subactos, & in arctiorem quam sub  
Dario fuerant seruitutem redactos, tradidit gubernan-  
dos Achæmeni fratri suo, Darij filio: quem præsidem Aë-  
gypti intetieco deinde tempore intercessit Inarus Psam-  
meuchi filius, vir Libys. Xerxes recepta Aegypto, produ-  
cturus aduersus Athenas exercitum, præstantissimos  
quosque Persarum in concilium vocauit, ut & illorum sen-  
tentias audiret, & ipse diceret quæ liberet. Quibus coa-  
ctis, ita loquutus est, Viri Persæ, equidem ego non ero  
huius instituti author, sed ab aliis traditi imitator. nam  
quemadmodum à maioribus natu accipio, ex quo impe-  
rium hoc a Medis eripuumus, Astyage per Cyri amuo-  
to, nunquam conquiuimus, sed ita deus nos agit, & mul-  
ta nobis & tibi obsequiis in melius content. Atque

3. Tunc au-  
tem quum v-  
na cum illis  
Saxa alicuius  
set, quoties  
in contipeñū  
regis venie-  
bat, Pisistratidis honorifi-  
cē de ipso  
loquentibus,  
aliqua ex illis  
oraculis reci-  
tabat ex qui-  
bus ei quæ  
cladem bar-  
baro porien-  
debat, tace-  
bat. & contra  
faulissima  
quæque ex-  
cerpebat: ni-  
minum in fa-

uis esse ut Helleponus à visto Persa ponte iungetur, & ad expeditionem il-  
lam pertinuerit recensens. Hic igitur oracula commemorando cum rege age-  
bat. Pisistratidæ autem & Alevadæ suas sententias profetendo. Quum autem  
Xervi bellum Græcis uideret periuassisse, tuoc quum secundus ageretur à Da-  
rij morte annus, primam expeditionem suscepit aduersus Aegypti. &c. Illud autem  
propositum ut regis Pisistratidæ perinde est ac si diceret, Ita je apud regem in hoc negotio  
gerebas ut oracula dantur ut illi allegares quibus induceremur.

4. Se sequuntus.

ea quidem quæ Cyrus Cambysesque ac pater meus fece-  
 re, quas gentes imperio addidere, non attinet referre a-  
 pud probè scientes: ego autem poltequam hanc fidem  
 accepi, dedi operam ne ab his qui hoc honore sunt fun-  
 eti degenerarem, neve minus potentia Persis acquire-  
 rem. Quod animo versans, inuenionobis accessuram glo-  
 riam pariter a chonorem, & regionem neque inferiorem  
 neque deteriorem ea quam recuperauimus, sed factio-  
 rem, vna cum ultione iniutæ atque vindicta. Ideoque  
 nunc ego vos contraxi, ut id quod agere constitui vobis  
 exponem: Constituo, iuncto Helleiponto, copias per  
 Europam traducere in Græciam, ut Atheniensium vlciscar  
 iniurias, quas cum Persis aliis, tum patri meo intulere.  
 Noratis autem & Darium aduersus hos viros bellum mo-  
 uere destinasse: verum ei morte præuentio non conti-  
 git ut illos vlcisceretur. Ego vero eius vicem aliorumque  
 Persarum vlciscens, non prius desinam quam expugna-  
 uero incenderoque Athenas: cuius ciues & me & patrem  
 meum priores iniuria affecerunt: primum quum Sar-  
 dis vna cum Aristagora Milesio seruo nostro venientes  
 cremauerunt lucosque ac delubra: deinde in vos quid fe-  
 cerint terram suam ingressos, quum Datis & Artapher-  
 nes duces fuere, omnes scitis. Haruni gratia rerum ir-  
 ritor ad inferendum eis bellum: quos atque ipsorum fini-  
 timos, regionem Pelopis Phrygis incolentes, si in poten-  
 statem redegerimus, tot bona futura esse ratiocinando  
 comperio: Terram Persidem ætheri Iouis conterminam  
 reddemus. nullam enim regionem spectabit sol finiti-  
 mami nostræ, sed ego omnem permensus Europam, vna  
 vobiscum cunctas regiones in unam redigam. Nam ita  
 rem habere audio, nullam reliquam esse hominum neque  
 ciuitatem, neque gentem, quæ nobiscum <sup>1</sup> dimicare pos-  
 sit. Ita subactis his quos dixi, & qui nos lacerfierunt, iu-  
 gum seruile sustinebunt. In quo si mihi vos gratificari vo-  
 lueritis, ubi tempus vobis indicauero quo vos præsto esse  
 oportet, tunc unusquisque debet impigrè adesse. Quo-  
 rum qui ornatussimis cum copiis aderit, eum donabo  
 iis quæ in nostra domo pretiosissima habentur. Et hac  
 quidem ita agenda sunt. Sed ne solus videar in concilio

<sup>1</sup> alij. Animatu, sum adiutor.

<sup>2</sup> dimicante possit his quos dixi sumoris. Ac que ita sit ut & qui in culpa sunt, & qui culpa vacant, ferunt iugū sustineant. vel. & qui male de sebus meriti sunt. & qui non

sententiam dicere, rem pono in medio, iubens vnicuique  
quam libet sententiam dicere. His dictis loquendi finem  
fecit. Post quem Mardonius, Domine, inquit, tu verò  
non modò superioribus Persis, sed etiam venturis es præ-  
stantior: qui cum alia & optima & verissima commemo-  
ras, tum verò quod Iones qui Europam incolunt, non si-  
nes habere ludibrio nos, minus quam ipsi sunt ludibrio  
dignos. Etenim res indigna est si Sacas & Indos & Æthio-  
pes & Assyrios, aliasque multas ac grandes nationes, quæ  
nihil Persas læseret, tamen potentia prolatandæ gratia in  
provincias redegimus: Græcos qui nos laceſſere iniuria in-  
cepunt, non vlcitcēt. Quidnam metuentes? quas il-  
lorum copias? quam pecuniarum vim? Eorū pugnam no-  
vimus, eorum nouimus vites esse imbecilles, eorū quos  
subegimus liberos penes nos habemus, hos qui domino-  
stræ habitantes, Iones & Æoles & Doros appellātur. Quos  
ipse quoque expertus sum, quum eis iussu patris tui intuli  
bellum: ac mihi quum in Macedoniam vñq; processuſem  
& penè vñq; ad ipsas Athenas, nemo pugnatvus occurrit.  
Quanquam consuevere Græci (vt audio) inconsultissimè  
inire bella, propter imperiam ac sinistritatē. nam quum  
bellum inter eos indictum est, in locum quem pulcherri-  
mum planissimumque iuuenere descendentes, ibi prælia  
faciunt, ita vt magno cum suo malo victores inde difce-  
dant: deuicti (ne longius repetam) ad internacionem de-  
ueniūt. quos oportebat, quum sint eiusdem linguae, inter-  
positis caduceatoribus ac nuntiis dirimere controvēſias,  
& omnia alia potius agere quam pugnare: aut, si necesse  
habēt inter se omnino pugnare, locum aliquem inuenire  
vñisque expugnatu difficultimum, & ibi fortunam belli  
tentare. Hoc itaque ritu haud probo vntentes Græci, nun-  
quam mecum verbis egerunt de dimicando, quum Mace-  
donia tenus promouisse. Tibi autem, rex, quis obuiam  
venturus est bellandi causa, copias Asiarū atq; omnem clas-  
sem agenti? non eò audaciæ procedent (vt reor) Græco-  
rum res. Quod si me fallit opinio, & illi recordia elati ad  
pugnandum nobiscum venient, discant nos esse in rebel-  
lica præstantissimos hominum. Nihil igitur sit quod non  
experiāmur. nam sua sponte nihil sit, sed omnia ab experi-  
mento

*Ita vertit  
quasi legeretur  
etiam latetis.  
Sed rectius o-  
mni uideretur,  
quam Xerxes  
et non dixerit.*

*2 Sed & eoru  
liberos & ha-  
bemus, subiu-  
gatis iis qui  
nostrā ditio-  
nem incole-  
tes, Iones &  
Æoles, &c.*

meato hominibus fieri consueuerunt. His Mardonius  
 sententiae Xerxis assentatus, loqui cessauit. Tum silenti-  
 bus aliis Persis, nec diuersam eiis quæ dicta esset sententi-  
 am dicere audentibus, Artabarus Hystaspis filius, Xerxis  
 pater, vir conspectus ita inquit: Rex nisi diuersæ inter  
 se sententiae dicantur, non potest quis eligere meliorem,  
 sed necesse habet ea quæ dicta est ut: at quum plures dictæ  
 sunt, licet tanquam aurum purum diligere: quod per se dis-  
 cerni quum nequeat, <sup>1</sup> comparatum cum altero discerni  
 potest. Ego patri tuo Dario eidemque fratri meo suade-  
 bam ne sumeret aduersus Scythes expeditionē, viros nul-  
 la vsquam oppida incolentes: sed ille sperans Scythes No-  
 mades se subacturum, mihi non est assensus: itaq; sumpta-  
 expeditione, multis & egregiis viris de exercitu amissis abs-  
 cessit. Tu verò, rex, bellum inferre destinas viris multo  
 quam Scytha sunt præstantioribus, qui que & mari & ter-  
 ra optimi esse dicuntur: quibus in rebus quid <sup>2</sup> durum sit, <sup>1</sup> Timendum  
 hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus Hellef- <sup>(vel, per me-  
 ponio) fide-</sup>  
 punto ait te copias per Europam in Græciam deduc-  
 rum: at qui eos conuenit aut in terra aut in mari aut utrobi-  
 que abs te superati: si quidem feruntur viri esse fortes. Cu-  
 ius rei licet hinc argumentum capi: Si tot copias ductu Da-  
 tis & Artaphernis Atticam regionem ingressas soli Athe-  
 nienses profligauerunt, ergo non utraque in parte succe-  
 sit. Quod si iidem coascensis nauibus pugna nauali victo-  
 res ad Hellespontum nauiget, ac deinde pontem soluent,  
 hoc <sup>3</sup> durum fuerit rex. Neque verò hoc ex mea vnius pri-  
 uata prudentia coniecto. sed eo casu quo aliquando pa-  
 rum absuit quin oppimeremur, quum pater tuus iuncto  
 Bospoto Thracio, ac flumine Istro pontibus commisso,  
 traiecit ad Scythes: cum trajectum Scytha omnino insti-  
 tere precari lones, quibus custodia pontium delegata erat,  
 ut interscinderent. Quo tempore si Histixus Miletii tyran-  
 nus aliorum sententiae accessisset, ac non contradixisset,  
 actum erat de rebus Persarum. At qui res est dictu quoque  
 horribilis, omnem regis statum in uno viro possum fuisse.  
 Quare noli tu ullum tale adire discrimen, nulla subsi-  
 stente necessitate, sed mihi potius obtempera: hunc cœ-  
 tum in præsens missum facito, iterumque dum tibi vide-

<sup>1</sup> affricatum  
 alteri: vel, Cā  
 marino stritum  
 admotum al-  
 teri.

<sup>2</sup> Timendum  
 hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus Hellef- <sup>(vel, per me-  
 ponio) fide-</sup>

<sup>3</sup> timendum  
 fuetit.

bitur, re apud te ipsum considerata, educto quod optimum esse arbitraberis. Bene enim consultare, comperio maximum esse lucrum. nam etiam si quid è contrario cumentum est, nihilo tamen minus bene consultum est, superauitque fortuna consilium: at qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille est quidem voti compos, nihilo tamen minus male consilium cepit. Vides ut prægrandia animalia fulmine deus ferit, nec finit in sole scere, parua ve-

*s se vellicat  
quidam*

rò nihil lædit? Vides ut magna semper ædificia magnasque arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim deus eminentissima quæque deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus iis quibus inuidet, aut metum incutit aut tonitruum. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, in calamitatem inciderunt, quia deus neminem alium quam seipsum sinit magnificè de se sentire. Omnis res properando parit errores, unde magna detrimenta fieri adsolent: in cunctando autem bona insunt, si non talia quæ statim videantur esse bona, certè quæ suo tempore bona quis esse comperiat. Et hoc quidem tibi rex suadeo. Tu vero Gobryæ fili Mardonii define loqui stulta de Græcis, haud dignis qui male audiunt. nam Græcis detrahendo, ipsum regem vis excitare ad bellum illis inferendum: ad quod tu omni auiditate contendis: 'quod absit ut fiat. Detractio nanque importunissima res est, in qua duo sunt qui iniuriam faciunt: viuis cui iniuria fit. Qui enim detrahit, iniurius est, quod non præsentem accusat: item qui huic credit, iniurius est, quod prius credit quam rem comperram habeat. & illi cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria quod ab altero insimulatur ut malus, ab altero talis putatur. Quod si omnino bellum his vicis inferre oportet, agendum, rex ipse permaneat domi apud Persas, nostrum amborum liberi deponantur: tu in expeditionem ito, delectis quos velis vitis ac quantiscunq; velis copiis: & si ex sententia tua res succendent regi, interimantur liberi mei, & insuper ego: sūn succendent ut ego dicō, interimantur tui & insuper tu, si redieris. Quod si haec subire conditionem recusas, cupisq; in Græciam prorsus deducere exercitum, affirmo fore ut aliqui eorum qui hic relinquentur, audiant Mardonium post allatum Persis magnam

magnā aliquam calamitatem, à canibus volucribusq; dis-  
cerpi aut in Atheniensium solo aut in Lacedæmoniorum:  
nisi fortè antea inter viam, tunc agnitorum aduersus qua-  
les viros suades regi ut moueat bellum. Hæc Artabano lo-  
quuto, Xerxes ira percitus his verbis exceptit, Artabane,  
quod patris mei frater es, hoc te subleuat ne dignam stul-  
ta oratione mercedem recipias. hacten te notabo igno-  
minia, quia instrenuus es & ignavus, ne comes sis meæ in  
Græciæ expeditionis. sed hic vñā cū fœminis maneras. Ego  
etiam sine te quæ dixi conficiā. neq; enim fuerim Darij filius,  
(qui fuit Hystraspis, qui fuit Arsamnis, qui fuit Ariaranis,  
qui fuit Teispei, qui Cyri, qui fuit Cambysis, qui fuit Achæ-  
menis filius) nisi Athenienses vltus fuero: probè intelligēs,  
si nos quieuerimus, non quicquatos illos, sed nostrā terrā  
cum exercitu inuasuros: prout colligere licet ex iis quæ illi  
facere cœperunt, qui & Sardis incenderunt, & Asia in-  
cursarunt. Itaque neutris fas est recedere, sed vtriusq; pro-  
positum est certamen aut agendi aut patiënti, vt aut hæc  
omnia sub Græcis, aut illa omnia sub Persis sint. medium  
enim inimicitarum nullum est. Quare honestum erit nos  
iam iniuria lacestros exigere vltionem, vt quam calamita-  
tem passurus sum intelligam, proscelus aduersus eos viros  
quos etiā Pelops Phryx nostrorum maiorū seruus ita sub-  
egit vt ad hoc vlique tempus & ipsi homines & eorum re-  
gio ab illius qui subegit cognomine appellantur. Hec hac-  
tenus loquitus est. Deinde sub vespere, quum fuisset  
stomachatus Artabani sententia, per noctem apud se con-  
sultans, comperit proflus non esse sibi opus inferre Græcię  
bellum: immutataque rutsus sententia quum obdormis-  
set, visus est insomnis (vt fertur à Persis) videre quendam  
corpore ingenti atque specioso, qui tibi astans diceret, Re-  
uocastine sententiā Persa de inferendo Græcię bello, quū  
prædixeris Persis te comparaturum esse exercitum? Neq; si  
reuocauerisca, bene facis, neq; qui tibi assentiatur ad-

phrasī nostrati & ea melius exprimi. Que cetera efficiunt pars sententias. I quum iam Persis ve-  
cillas cogitant deuontia ueris? At qui nec quod sententiam renoveret, nec fac-  
tis, nec aucte quicquam qui tibi huiusmodi est removat sententia. - Omnesque fide-  
runt illi. Velim et alii qui tibi hoc delictum revocata sententia conuolutus sit. q.  
d. Nece ergo quis tibi amissio accidit res finam.

est. quare petge ite eam viam quam interdiu ire destina-  
teras. Hæc loquutus ille visus est Xerxi ab aspectu eu-  
nuisse. Vbi dies illuxit, Xerxes huius insomni jnulla ratione  
habita, coacto eorundem Persarum quos pridie coegerat  
concilio, ita verba fecit, Viri Persæ veni mihi date dicen-  
ti contrariam superiori sententiam. nam & ego nondū ad  
summum quò perueniendum est mihi prudentię perueni:  
& qui vt illud faciam suadent, nullo vñquam à me tempore  
abicedunt. Eoqué mihi Artabani sententiam audienti,  
confestim iuuentus effebuit vt verba in virum grandem  
patu effunderem peculantiora quām debui. nunc itaque  
agnoscens etratum meum, vt at illius sententia: & quoni-  
am reuocauic expeditionis sumendę sententiam, vos quieti  
et tote. Hæc vbi audiere Persæ, luctitia affecti regem adora-  
uere. In sequenti nocte idem rursus insomnium quiescenti  
Xerxi assistens, inquit, Fili Darij videris expeditionē apud  
Persas reuocasse, verbis meis pro nibilo habitus, quasi illa à  
nemine audisles. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi ex-  
templo inis expeditionem, hoc tibi ex ea re continget:  
quemadmodum breui magnus & amplius effectus es, ita  
breui rursus humilis eris. Hoc viso perterrefactus, è cubili 171  
exiliit pariter & nuntium misit ad accersendum Artaba-  
num, qui vbi aduenit, ita ad eum inquit, Artabane, ego sta-  
tim quum in te bene consulentem mihi, stultis verbis in-  
uectus sum, non fui compositus: sed non multo pōst  
pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum quod tu præci-  
piebas. Tamen id volens exequi non possum. nam mihi  
iam animo imminutato, & prioris sententia pœnitenti ap-  
paruit in somnis visio, dissuadens omnino hoc quod po-  
sterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis  
minis abscessit. Quid si deus est qui insomnium misit, eiq;  
protersus est cordi expeditionem sumi aduersus Græciam,  
continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem vt mihi  
præcipiens. Quod ita fote coniecto, si omnem meum or-  
natum sumas, eoqué indutus in sella mea confideas, &  
deinde in cubili meo capias somnum. Hæc loquuto Xerxi  
Artabanus initio nolle obsequi, atque negare se dignum  
qui regio in solio sederet: tandem quum cogeretur, fecit  
imperata, hæc præloquutus: Apud me rex tantundem va-

lce

let bene sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam  
 accedere: quæ ambo tibi quum ad sint, malorum tamen  
 hominum colloquia te deprauant: quemadmodum mare  
 quod est hominibus omnium utilissimum, ferunt ab ingru-  
 entibus ventorū flatibus non fini natura sua vri. Ego ve-  
 rò quum ex te male audiui, non tam meam dolui vicem  
 quam tuam: qui, quū propositæ essent duas sententiae Per-  
 sis, una quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, di-  
 cens perniciosum esse imbui animum visu pluta semper  
 expetendi: his propositis sententiis, tu elegisti eam quæ &  
 tibi ipsi & Persis est periculosior. Nuoc autem quum ad te  
 mutato in melius consilio de sumenda aduerlus Græcos  
 expeditione aīs accessisse insomnium alicuius dei nutu,  
 quod te vetat dimittere exercitum, hoc non res diuina est  
 fili. insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines fru-  
 strantur, quemadmodum ego te docebo, multis quam tu  
 annis natu grandior. Confuerunt ipsa somniorum vila ple-  
 runque frustrari ob ea quæ quis per diem niente agitauit.  
 nos autem nudiustertius expeditionem hanc interma-  
 nus & quidem vehementer habuimus. Quod si hoc non  
 est cuiusmodi ego dico, sed aliquid diuini habens, tu ipse  
 omnia in summa dixisti. apparet enim ut tibi, ita & mihi  
 cadem iubens. Vetus nihil magis apparere mihi debe-  
 bit tunc amiculum gerenti, quam non gerenti, sed meum:  
 neque magis quiescenti in tuo toro quam non, sed in meo:  
 si etiam alias vult se exhibere. Neque eo velania: peruenit  
 illud quicquid est quo l sese obtulit in somnis, vt me cer-  
 tens putet esse te, ducto è vestibus argumento. Id autem  
 si me contempnū habebit, profecto nec aspectu suo di-  
 gnabitur siue mea gerentem vestimenta, siue tua, sed te ad-  
 ibit: quod iam animaduertendum est. Nam si frequentius  
 accederit, ipse quoque fatebor diuinum esse. Carterū si  
 ita tibi agendū videtur, neq; id reuocari potest, en ad cubā-  
 dum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoq;, quā ista fecero  
 appareat, hac tantum conditione tuæ sententiae acquie-  
 scam. Hæc loquutus Artabanus, quo d speraret, ea à Xer-  
 xe sine ullis verbis admisumiri, iussa exequuntus est. Et quū  
 induit sibi Xerxis veste, regali folio refecisset, moxq; recu-  
 buisset, idem insomnium dormientem adiit quod Xer-  
 se dicerentur  
 vana esse pro-  
 baret, iussa ex  
 seq.

\* Tunc ille  
es qui Xerxē  
ab inferendo  
Græcis bello  
dehortari.

tanquam eius  
cura gerens?  
At nec iupi-  
tens nec in  
poterum im-  
puniti erit  
quod ea du-  
suades quæ si  
ta fieri voulut.

2 Ego cer-  
te, rex, qui  
multos quo-  
rum rei amphi-  
tes clement, ab  
illis quorum  
res angustio-  
res etant, su-  
peratos videlicet  
mota morte  
etati getere  
nō tunc ibam.  
*At Vallis populi*  
tribuente, desit. His dictis, & sublatis ex ea viaione animis,  
hunc aliqui iubet  
Hessoniū no...  
me videtur; /  
missus. [ad  
verbam sonat.  
tunc Xerxi tertium in somnis visum oblatum est: quod Ma-  
gnitudinē, coniectarunt ad uniuersam terrā pertinere, por-  
tendereq; omnes homines Xerxi seruuros. Visum autem  
tale etat: Videbatur sibi Xerxes surculo oleagine corona-  
tus esse, cuius olea ramis vniuersa tellus occuparetur, &

xero adierat, eiq; superassistens, ita inquit, 'Tunc ille es  
qui festinantem ire in Graciā Xerxem distinas, tanquam  
eius curator? Tu neq; in futurum neq; in præsens conside-  
ras, qui diffuades id quod est fatale contingere. Quid autē  
Xerxem pati necesse sit, nisi dicto audiens fuerit, ei ipso de-  
monstratum est. His verbis Artabanus vilis est ille vir in so-  
mnis ministri, carentibusq; ferramentis conari oculos

ipso exurere. Quia de re vehementer exclamans Artabanus  
exiluit, aditoq; Xerxi obseruatā sibi in somnis visionem ex-  
posuit, secundoq; loco huc inquit: 'Euide in rex, ego, vel-  
uti homo, quod multa iam videtā, & magna negotia sub-  
Hellenibus contigisse, non sinebam te omni artati indul-  
gere, gnatus rem eile malā multa concupiscere, memoria  
tenens quo modo cum exercitu Cyri contra Massagetas a-  
ctū esset, quomodo cum exercitu Cambyses contra Ethio-  
pes: qui etiam cum Dario militauit aduersus Scythes. Huc  
licet ego, sentiebā te, si quiesceres) omnium hominum bea-  
tissimum. Sed quoniam diuinus quidā instinctus est, & Græcos  
clades quædi (vt videtur) missa diuinitus manet, ego quoq;  
sem. te peto. cedo, ac sententiā muto. Tu verò quæ diuinis missa sunt, in-  
dicato Persis, iubetoq; vt iis quæ ad apparatū pectinēta un-  
tē præceperas, operā dent. Et ita agito ut nihil tuorum, deo  
tribuente, desit. His dictis, & sublatis ex ea viaione animis,

vbi dies extitit, ibi confitim & Xerxes huc Persis exponit,  
& Artabanus, quem consilabat prius solum omnium id fuis-  
se dehortatū, tunc exhortabatur. Post hanc in eunti expedi-  
tionem Xerxi tertium in somnis visum oblatum est: quod Ma-  
ginaudicū, coniectarunt ad uniuersam terrā pertinere, por-  
tendereq; omnes homines Xerxi seruuros. Visum autem  
tale etat: Videbatur sibi Xerxes surculo oleagine corona-  
tus esse, cuius olea ramis vniuersa tellus occuparetur, &  
mox corona capiti circundata, evanescere. Hec Magis in-  
terpretatis, sine mora Persæ qui in concilio fuerant, ad suā  
quisq; præfecturā digressi. omni studio incubuerūt ad exe-  
quenda iussa, cupidi uona quæ proposita fuerant obtinēdi.  
Xerxes autē ita copias suas contraxit ut omnē continentis  
locū scrutaretur. siquidē à debellata Ægypto per totū qua-  
drinū comparauerat exercitū atq; eius apparatus, qui uito  
aut aīmo in eunte mouit cum ingenti copiarū manu. Nam  
omnium

omnium quos nouimus exercituū hic multo maximus existit: adeo ut ad eum nihil fuisse videatur aut ille Darianus, qui aduersus Scythes ductus est, aut ille Scythicus qui Cimmerios insequēs Medicā regione in iuualit, ac pene omnia superiora Atiq̄ subegit ac tenuit: (quo nomine Darius postea Scythes iuit vltū) aut ille (vt fatua fere) Atridæ aduersus Ilium, aut ille ante Troicū bellum, Mysonum Teucrorūq; qui per Bosporum in Europā transgressus, omnes Thraces in ditionem suā rededit, ad Ioniumq; pontum descendens, ad Peneū vsq; amnem qui ad meridiē vergit, processit neq; illi omnes exercitus, neq; alij his adiecti. cū uno hoc cōparati merentur. <sup>1</sup> Quis enim nō attulit ad Xerxē ex Asia copias? quæ aqua præter ingentes annes potando nō defecit? Alij namq; naues præstabat, aliis ut pedestrū, aliis ut equitatum, aliis ut nauigia ad vēctādos equos corū qui vna militabant, aliis ut naues longas in usum pontiū præstarent, ian-<sup>1</sup>  
junq; erat, aliis ut frumentum & naues. Quæ triennio superiore præparata erat, præcipue propter Athos, vt in quo superior classis dum circūnchitur afflictata fuisset. Ad Eleunam enim Chersonesi classis habebat stationē, illincq; omnes copiæ sub verberibus cœperunt Athos effodere, quum per vices alij aliis succederent, adiuuantibus etiam in effodiendo accolis: præpositis operi. Bubare Megabyzi,<sup>2</sup> & Attæo Artachæi filio, viris Peris. Est aut̄ Athos mons ingens ac nebilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad continentem delinens in speciem Chersonesi, id est peninsulæ, cum isthmo duodecim stadiorum. Hæc planities atq; tumuli, è mari Acanthiorum ad mare quod est contra Toronem, non sunt magni. In hoc isthmo ubi Athos finit, sita est urbs Gracanomine Sana. Quæ autem extra Sanam & intra Athos sit, sunt urbes, eas tunc Persa ex continentibus insulanis facere aggressus est; quæ sunt hæc, Dion, Olophyxus, Acrothoō, Thylus, Cleonæ. Iste quidem sunt urbes quæ apud Athos incolantur. Hunc autē in modum barbari locum <sup>3</sup> nationatim effodiebant recto limite Sanam versus. Posteaquin deprecta erat fossa ab iis butum effodientibus aliis super scalas statibus: & isti excipientes tradebant deinceps alii, dum ad summos perueniebatur, qui illam

<sup>1</sup> Quam enim ex Asia gentē in Greciam novā adduxit Xer-

<sup>2</sup> & Attachæo Ausæ filio.

<sup>3</sup> nationatim distribuuntur effodientibus

<sup>1</sup> p̄cepta  
præcipita s̄ol  
la dupl.

efferebant atq; abiiciebant. Quia in re tumuli effossi du-  
plicem laborem illis, præterquam Phœnicibus, præbebāt.  
nam quum eandem facerent fossæ mensuram superius in  
ore quam inferius in fundo, id necesse fuit contingere. At  
Phœnices cum aliis in rebus, tum vero in illa prudentiam  
suam declauerunt: qui partem quæ sibi contigerat, ita  
excavauerunt ut os fossæ duplum esset quam ipsam fossam  
eile oportebat, procedenteq; opere assidue illam coarcta-  
bant, ut quum ad imum deuentum esset, fossæ ceterorum  
paribus ad t̄quaretur. Est autem hoc loco pratum quod-  
dān, ubi illorum erat & forum & mercatus, quo multum  
etiam ex Alijs frumenti moliti comportabatur. Hanc fos-  
sam Xerxes (ut ego conjectura colligo) iactantiae gratia  
deprimi iussit, potentia ostendax cupidus, ac memoriaz  
sui relinquendæ. nam quum liceret nullo negotio naues  
per isthnum transportare, iussit isthnum intercidi, ad  
mare recipiendum in fossam tantæ latitudinis ut dux tri-  
remes pariter illac agitari possent. Eisdem autem impera-  
tum est ut fossam facerent, quibus fuerat ut flumen Stry-  
monem pontibus iungerent. Ista Xerxes hunc in modum  
fecit. Comparauit item ad pontem armaturam, & firpi  
atque albi lini copiam, dato hoc Phœnicibus atque Aegy-  
ptiis negotio ut commicatum exercitui comportarent: ne  
homines neve iumenta quæ ducebantur in Græciam, ab-  
sumerentur. Sed admonitus iussit illum in loca quæ cuique  
opportunitata essent, alias alia via comportaret vndeque  
ex Alijs nāibus onerariis & vectoriis. Verū plurimi com-  
portarunt in oram quæ dicitur Album littus, ut quibusque  
præceptum erat: alij in Tyrodizam Petinthiorum oram,  
alij in Doriscum, alij in Eionem, quæ est super Strymo-  
num: alij in Macedoniam. Dum isti in imperato sibi traie-  
ctu occupantur, interea Xerxes, coactus omnibus pedestri-  
bus copiis, iter ingressus est Sardis versus, mouens ex Cri-  
talis Cappadocia. Iluc enim edictum erat ut cunctæ copiæ  
cogetentur, quæ per continētem erant cum Xerxe ituræ.  
In quibus quinam præfectorum agmen pulcherrimè in-  
structum ducens ab rege donatus est proposito premio,  
affirmate non possum, quia nec à principio, quum res in  
iudicium deductæ est cognoui. Posteaquam autem trans-  
misso

<sup>2</sup> ὅπλα hic  
vocantur sūnes  
mantici. Gā. Le-  
cordage.

3 bybli

4 same labo-  
rarent λαμή  
τρε, non λυ-  
πησίδε.

missum flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam  
 facto, peruererunt Celzenas, ubi fontes Maeandri existunt:  
 & alterius amnis non minoris Maeandro, nomine Catara-  
 Etæ, qui ex ipso foro Celzénarum exoriens influit in Maean-  
 drū. In qua vrbe & in quo foro visicur suspensa Sileni Mar-  
 syæ pellis in utrem formata: quam à Phrygibus fertur Ap-  
 pollo illi detraetam suspendisse. In hac vrbe reūdens Py-  
 thius Atys filius, vir Lydus omnem regis exercitum atq; i-  
 psū Xerxem magnificenter hospitio excepit: spo-  
 ponditq; se pecuniam ei in bellum suppeditaturam. Ob  
 quam sponsonem Xerxes eos qui aderant Persas interro-  
 gauit quidam esset Pythius, & quātum possident, qui hoc  
 polliceretur. Illi, rex, inquit, hic ille est qui Darium patrē  
 tuum aurea platano ac vite donavit: quiq; tunc omnium  
 hominum diuitiis princeps est secundum te. Hæc vltima  
 verba Xerxes admiratus, secundo loco percontatus est ipse  
 Pythium quantum ei pecuniarum esset. Cui ille, Neq; te  
 inquit celabo rex, neq; dissimulabo me scire meas ipsius fa-  
 cultates: sed sciens, proinde exactè recēsbo. Etenim post-  
 eaquam accepi celestīmē te ad mare Græcum esse descen-  
 sum, volens tibi ad bellum pecuniam dono dare, subdu-  
 cta ratione compri mihi esse argenti quidem duo millia  
 talentorū, auri vero quadragies centena millia nummūm  
 Daricorū, septem millibus minus: quæ tibi dono do. nam  
 mihi ipsi vietus è mancipliis atq; ex agricolis suppetit. Hæc  
 Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes, Hospes Lyde,  
 inquit, ego ex quo Perfidem regionem egredius sum, ne-  
 minem adhuc nactus sum qui in exercitum meum hospi-  
 talitatem exercere voluerit, aut qui in conspectum meum  
 veniens, sua sponte pecuniam mihi ad bellum confretet,  
 præterte: qui & exercitum meum egregia hospitalitate  
 prosequutus es, & ingentem pecuniam polliceris. ob quæ  
 vicissim ego te iis remunerandum duco. Hospitem meum  
 te facio: & ista quadragies centena millia nummūm de  
 meo ipsius explebo, datis septem millibus: ne quadringē-

meo explebo, datis tibi chiliadibus septem, ut quadragies centenis millibus  
 Daricorum statutum nihil deit. Proinde quæ hæcenus possedisti. possedet:  
 me mementoque tales in tempore præstatæ. hæc enim te facientem nec in prætempo  
 nec in futurum posse habet. Ex eiusdem End. interpr.

<sup>1</sup> Quum ad  
mare Græciz  
descendere ce-  
dū audiret, sta-  
tim opū me-  
atū tationem  
inire aggressus  
sum. Tam  
tum enī in  
animū indu-  
xeram pecu-  
niam tibi do-  
no dare in bel-  
lum id gerē-  
dum. Subdu-  
cta igitur ra-  
tione, argen-  
ti quidem ca-  
lenta duo mil-  
lia, auri vero  
myriadas qua-  
dringētas sta-  
terū Darico-  
rum. septem  
millibus mi-  
nus, habere  
me compres-  
quæ tibi do-  
no dare sta-  
tut. Mihi au-  
tem vietus ex  
mancipiis &  
agricultura  
suppetet. Ex  
End. interpr.

<sup>2</sup> Ut tecum  
paria faciam,  
pro hac libe-  
ralitate hospi-  
tem te meum  
facio: qua-  
dringētas ve-  
ro myriadas  
nummūm de

tz myriades, id est quadragies centena millia, sunt imperfæctæ, sed addito è meis supplemento summa sit solida. quæque possides, ipse possideto, ac scito semper talem agere. nam ita agente te neque in præsens neque in postetum pœnitetur. Hæc doquutus, & quæ dixerat exequutus, perrexit assidue postire: prætergrediensq; urbem Phrygiæ nomine Anaua, & stagnum ex quo conficitur sal, peruenit Colossas Phrygiæ oppidum, ubi Lycus amnis hiatus terræ subiens occulitur deinde fere quinq; post stadia emergens, clabitur & ipse in Maeandrum. Mouens autem è Colossis exercitus venit ad oppidum Cydra, quod est in finibus Phrygiæ ac Lydorum: ubi cippus depactus atque erectus a Croeso est, indicans literis eos fines. Vbi autem è Phrygia in Lydiæ ventum est, ad diuortia viarum, quarum sinistra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus necesse est proflus Maeandrum trahere. urbemq; Callacebum præterire, in qua sunt opifices mellis è myrtica & tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, repetit planum quam ob podchristudinem aureo monili donauit, eamque tuendam viro immortali delegauit: & ad urbem Lydorum altero die peruenit. Postquam Sardis aduenit, principio caduceatores dimisit in Græciam petitum terram & aquam: edictumque ut cœnas regi instruerent ad omnes ciuitates, præter Athenas & Lacedæmonem, Eorum autem causa mittebat petitum terram & aquam, quia qui hæc cantè Dario potenti non miserant, hos tunc perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur volens explicate, caduceatores dimisit. Secundum hæc se se apparabat tanquam Abyduni profectus, quum interea iij quibus negotium hoc datum erat, Hellespontum ex Asia in Europam coniungere. Est autem Chersonesi in Hellesponto, Sestum inter & Madytū vrbes, ora salebrosa quæ in mare procurrit erigente Abydi. Vbi nō lōgo post tempore sub Xantippo Atiphronis filio Atheniensium duce, Attavctē virum Persam Sesti præfectū cepere viuū, stipitiq; sufficerunt: qui in templū etiam Procesilai quod est in Eleunte addu- Etis foemini nefanda perpetrabat. Ad hanc oram ex Aby- do iungere pontem inchoauere iij quibus hoc munus erat delegatū: hinc Phœnices albolino, illinc Ægyptij Sirpo.

Est au-

<sup>1</sup> De his viris  
qui immorta-  
les dicebantur,  
vnde quæ postea  
tradicuntur ab  
Hier. Acto hec  
eodam in libro.  
<sup>2</sup> Desunt hic  
aliquot verba  
en vulg. edit.  
Græci, quæ Val  
ia addit, ut etiā  
in vet. nostris  
cod. habentur.

Est autem ex Abydo ad vltiorē continentem septem stadiorum traectus: quem pontibus iunctum Iugens adorata tempestas ea omnia dirupit atq; dissipavit. Quod quum audiret Xerxes, indignè fatus, iussit trecenta Helleponto verbera infligi, & in eius pelagus par compedium demitti. Nam verò audiui misisse quoq; cum his etiam qui stigmata Helleponto inuterent. Certe mandauit vt colaphos Helleponto micerent, dicentes barbara verba ac velaria. O aqua amara, dominus hāc tibi interrogat pœnam, quod eum laxasti, qui de te nihil male meritus es. Et tamen rex Xerxes, velis nolivit, transmittet: meritoq; nemo hominum tibi sacrificat, vt doloſo pariter & animare fluminis. Hac pœna mare Xerxes plēcti iussit, atq; eis qui præpositi operi erant, caput præcidi. Et illos quidem pontes fecerunt iij quibus hēc ingratia merces propolita erat. At alijs architecti qui alios fecerunt, hoc modo iunxit: Bitemes triremes que trecentas sexaginta Euxinum vctissim Pontum compoſuerunt: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem transuersas, Helleponto autem secundum defluxum, vt stabiliret funes armamentorum. Quibus compotitis, prægtandas ancoras dimisit: unū partim ab hoc latere contra Pontum, ventorum causa qui extinsecus spirant: partim ab altero contravesperum & Ægeum, euri & austri causa: reliquo ad auroram tribus in locis inter biremes transitu: vt qui vellet in Pontum minutis nauigijs & ex Ponto nauigare posset. His actis: contendunt a terra armamenta contorquentes machinamentis lignis, non iam separatim utraq; sed bina ex albo lino hinc, quaterna è biblio illinc. Quorum quidē retinaculorū crassitudō hæcerat & species: led proportione linea robustiora erāt, quorū cubitus talentū pendebat. Porro traiectu pontibus iuncto, codices lignorū discillos & ad latitudinem ratis adæquatos aptè instrauerūt super armamenta iritenta. Hos ubi gradatim disposuerūt, tū verò tūrīus desuper innexuerūt. Quod posteaquā fecere, materia attulerunt concinneq; imposuerunt, deinde super materiā aggere in cupolarunt: quo injecto, sepiem hinc atq; hinc, ne maxime alpeſtu iumenta & equi terretur, prætenderūt. Perfecti si quis ad portas pertinet, & itē circa Athos aggeribus ad fauces foſile proptet.

extuaria maris, ne ipsa fauces aluci obstruerentur: Xerxes  
 vuntato sibi prorsus alueo absoluto, Sardibus ubi hyber-  
 nauerat, incunre vere instructo cum exercitu profectus est  
 Abydum versus. cui mouenti sol suam in celo sedem re-  
 linquens apparere desit, cum nulla nubes, verum serenissi-  
 mus aer esset: & pro die nox extitit. Id animaduertenti quā  
 cura incessanter percontandi Magos quid ostētum id vellet  
 portendere, illi responderunt, deum significare Græcis ci-  
 uitatū defectum: quod dicerent solem, Græcorum lunam,  
 ipsorum esse præsidē: Ea re audita, Xerxes maiore in mo-  
 dum lētatus ire pergebat. Quē procedentem adiens Py-  
 thius Lydus cœlesti ostento perterritus, elato animo pro-  
 pter munera his verbis alloquutus est, Domine, indulge-  
 bisne quiddam quod impetrare cupio, tibi leue concessu,  
 sed mihi pro magno futurum? Xerxes nihil non potius il-  
 lum quā in petebat petiturū ratus se indulturum respondit,  
 & ut peteret proloqui iussit. Pythius ubi hoc audiuit, sum-  
 pta fiducia, Domine, inquit, quinque mihi liberi sunt, quos  
 omnes contingit in militiam tecū ire aduersus Græciam:  
 horum vnu tu quæsor ex, misertus mei qui huc processi-  
 tatis, indulge militiæ vacationem, ei qui natu est maximus:  
 vt & mei iphius & cœsus curam gerat: quatuor tecum vna  
 ducas. Ita confessis quæ in animo habes, rufus reuertaris.  
 Rex ob id admodum indignatus, his verbis respondit, Ho-  
 mo improbe, tunc, quum ego ipse in expeditionē eam ad-  
 uersus Græciā, filiosq; meos & fratres domesticos & ami-  
 cos ducam, ausus es mentionem filij tui facere, qui meus es  
 seruus, quen oportebat cum omni familia & uxore me co-  
 mitari: Probè nunc discito hoc, unum in hominum ha-  
 bitare autibus. Qui bene audit, eius corpus voluntate  
 perfunditur: qui verò male, is exacerbatur. Tu itaq; quum  
 bene fecisti, & alia eiusdem generis promisisti, non gloria-  
 riste supergressum esse regem munificentia: postea verò  
 quād ad impudentiora conuersus es, non tu quidem pro  
 merito, sed minor quād pro merito accipies. Nam te &  
 quatuor liberos liberant tua munera: vnius autem quem  
 præcipue complectetis, damno mulctabere. Hæc quād re-  
 spondis, subito imperauit iis quibus delegatum erat ista  
 exequi, vt in axiū natu filiorum l'ybrij inuentum di-  
 scinde-

3 Qui quæ  
 bona audie-  
 rit voluptate  
 corpus im-  
 plet: quā his  
 diuerla, mo-  
 lestia affici-  
 tur. Ita Erasm.

scindetent medium: ciusq; discisi dimidium ad dexteram viæ, & diuinidium ad sinistram disponerent, & illæ transi-  
ret exercitus. Hoc illi ubi exequi sunt illæ exercitus per-  
transiuit. In quo præcedebant ij qui sarcinas portabant &  
impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non di-  
stinctæ, sed promiscuæ copiæ, numero ultra dimidium ex-  
ercitus. Post has intercedebat interuallum: neq; enim cum  
rege miscerantur. Præcedebant enim mille equites è Per-  
sis omnibus delecti: secundum hos totidē hastati. & ij de-  
lecti ex omnibus, veris deorsum in terrā spiculis. Post hos  
'equi decem quampulchertim ornati, qui Nisxi dicun-  
tur ideo sic dicit. quod est ingens Medicæ regionis campus λελιγυῖνος.  
nomine Nisxus qui grandes fert equos. Hos decem equos  
sequebatut lacer lous curtus, quem octo equi albi trahe-  
bant, ponè auriga comitante, qui pedibus ingredieus ha-  
benas tenebat. hanc enim sellam nemo mortaliū inlacen-  
dit. Post quem ipse Xerxes velabatur curru equorum Ni-  
sorum, præcedente auriga cui nomen erat Patiramphi, priore àπολε-  
Oranis filio, viri Persæ. Hunc quidem in modum Sardibus λογμεροι υ/ης  
processit Xerxes: sed è curru, quoties ratio exigebat, in es-  
sedum transcedebat. Eum sequebantur hastati Persarum  
optimi ac nobilissimi mille è more pila gestantes. Post hos  
alius delectus equitatus mille Persarum. Dehinc è cæteris πάται απο-  
Pertis decem millia pediuin delecta, quorū mille in lan-  
175 ceis pro 'coronis gestabant mala punica argentea: gera-  
bant item aurea ij qui in terram versus spectantia spicula  
habebant: etiam mala, ij qui Xerxem proximè sequeban-  
tur. Hæc decem millia ordine subsequebatur equitatus è  
decem millibus Persarum. Relicta post hos duorum sta-  
diorum intercedine, mox ibat cætera multitudo pro-  
miscua. Ita exercitus è Lydia perrexit ad flumen Caicum &  
regionem Myliam: a Caico autem à Iuxa habes moatem  
Canen, per Atarnem ad urbē Carinam. Ab hac per Cam-  
pum Thebauiin urbem Attramyttium & Antandrum Pe-  
lasgidē prætergrediens, & Idam ad sinistram manū strin-  
gens, ad terram Illensem peruenit. cui priuūm sub Ida no-  
ctem agenti tonitrua & fulgura iuguerunt, & complures  
ex eo exercitu occiderūt. Deinde ad Scamandrum est ven-

B iii

gestabant. Potest οὐκέλησις verticem includebant, vel circumcingebant.

*Hæc in vulg.  
quidedit. non  
habetur: sed in  
vet. cod. legum-  
tur hoc modo,*

*μεταδι, αιχ-  
νης οι, γε οι εικ  
πάται απο-  
λιγυῖνος.*

*Hæc autem li-  
brarioruñ cul-  
pa suffe omissa  
(quorum oculos  
ea subterfuge-  
runt que sunt a  
priore àπολε-  
Oranis filio, viri Persæ)  
λογμεροι υ/ης  
ad posterium) ex-  
sequentiibus ap-  
parer. ubi hac  
enumeratio re-  
petitur.*

*1 facci equi  
dec.*

*3 Fortasse Val-  
la alter scriptū  
reliquit.*

*In fine pag. pre-  
ced. pro Argen-  
teia legendum  
aurea, ex no-  
stru exempl. ex  
quibus etiā se-  
qui hæc debet,  
& cæteros*

*interclude-  
bant: Nouen-  
autem millia  
quæ ab his in-  
tercludeban-  
tur, argentea  
mala punica*

tū qui fluviorū omniū erat primus, ex quo iterè Sardibus fieri cœptū est. Hūc profluentē sua aqua destituit, nec hominibus iumentisq; potantibus suffecit. Eò Xerxes postquam peruenit, Priami Pergamum adscendit, loci visendi cupidas. Quod vbi contemplatus est, & singula quæque eorum audiuit, Mineruæ Iliadi mille boues immolauit: quatum libamine Magi heroibus parentauerunt. His actis, terror per noctem exercitū inuasit. Simulatque illuxit, illinc mouerunt, à leua stringentes Rhœtion urbem, & Ophryneon, & Dardanum, quæ Abydo contermina est: à dextra, Gergitas & Teucros. Vbi Abydon venerunt, Xerxi incessit cupido omnem exercitū oculis subiiciendi. itaque in praetorio quodam, quod ei Abydeni prius ab illo iussi è candido lapide in tumulo pro dignitate extruxerant, residens prospiciebat littus, & illic terrestres copias atque classem. Quam dum intuetur, subiit cum cupiditas spectandi nauale certamen. Id certamen postquam commissum est, in quo Sidonij vicere, voluptatem Xerxes cepit, cū certaminis tum copiarū spectaculo. Et quum intueretur omnem Hellespontum nauibus obductum, omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referrta, ibi se beatum esse iactauit, & post hæc lacrymas fudit. Quod animaduertens Artabanus eius patruus, qui primò liberè dissuaserat bellum Gracis inferendum, his verbis interrogauit, Quām diuersa rex, inter se nunc facis & dudum dixisti. qui te beatum esse dixeras, nunc lacrymas fundis. Et ille, Reputantem me, inquit, quām breuis sit omnis humana vita, subiit horum inleratio: quorum, quum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit. Excipiens Artabanus, Atqui, inquit, alia, quam istud est, viuendo miserabilita patimur. Nam in tam breui vita nullus hominum adeo felix extitit, neque horum neque aliorum, cui non crebro, nedium semel, subitura fit animo moriendi voluntas potius quam viuendi. Incidentes enim calamitates & morbi vitam perturbant: efficiuntque ut quum breuis sit, tamen perlonga videatur. Ita mors optatissimum est perfugium tristumno-  
 sis est qualis  
 tu esse differe-  
 tis, et haec ce-  
 tera dehumanus.

» eam commemorare supersedeamus: neq; tristium facia-  
 » mus mentionem, quum iucunda in manibus habeamus.  
 » Hoc mihi potius ediscere: nisi tibi ita cvidens iulomni vi-  
 » sius fuisse et oblata, petraré sine adhuc in ptiore sententia, dis-  
 » suadeas mihi aduersus Græciam bellum: an in ea persiste-  
 » res: agendum aperte hoc mihi dico. Ei respōdens Artaba-  
 » nus, Vixi inquit rex, quæ in somnis obiecta est, ad votum  
 » succedat amborum: ego tamē adhuc iuetuo, & adeo me-  
 » tu percultus sum, vt non sum apud me. Nam mecum repu-  
 » tanus, cum alia multa, tum verò duo, & ea omnium maxi-  
 » ma, video tibi esse hostilissima. Ad hæc Xerxes, ' Demo-  
 » nie virorum, inquit, quæna ista ait mihi hostilissima esse:  
 » vtrum horum tibi improbandum videtur, tanquam non  
 » satis copiosū? terrestris in exercitus, quasi multo numero-  
 » siot ille Græcus fatus esse videatur: an classis, tanquam  
 » illorum classis inferior? an hæc ambo: Nam si ob hoc im-  
 » becilliiores tibi videtur nostra res, celestrem alterum quis  
 » exercitum compararet. Respondit Artabanus, Neque  
 » hunc rex, exercitum improbauerit quisquam, qui sit men-  
 » tis compos, neque haec nauium multitudinem, ' etiam si  
 » plures coegeris. Quæ autem duo dicō esse tibi multo ho-  
 » stiliora, ea verò hæc sunt, terra & mare. neq; enim usquam  
 » maris portus est eiusmodi (vt ego conieco) qui surgente  
 » tempestate sit capax huius rux classis, idoneusque ad eam  
 » tutandum: neque verò unum tibi portum esse oportet, sed  
 » uniuersam continentem esse portum, quò se recipiant na-  
 » ues. Itaque quum portus tibi opportuni desint, intellige  
 » homines in arbitrio fortuitorum, non fortuita in arbitrio  
 » hominum esse. E duobus uno exposito, pergam dicere al-  
 » terum: Terra cum ob alia tibi hostilis est, tum eo hostilior,  
 » si nihil obliterit quò longius processeris, assidue vltatio-  
 » ra suscipiens. Nulla enim est hominibus rei bene gerendæ  
 » satetas. Vnde etiam, vt nemo tibi occurrat, dico maiorem  
 » maiori in tempore regionem, famem esse allaturam. At  
 » vir ita deum fuerit optimus, si i deliberando quidem o-  
 » mni rem quamcunq; pati posset, reputans extimescat, in  
 » re autē agēda sit audax. Cui Xerxes, Artabane, inquit me-  
 » ritò tu quidem horum singula commemorasti: tamen non  
 » est vt omnia reformades, omniaq; per quæ consideres. Nā

O miseret-  
me hominū.  
Sic And. in si-  
miti loca inter-  
pret.

2 Quod si ma-  
iorem nume-  
rum coegeris  
duo illa quæ  
dico, multo  
etiam ho-  
stiliora futura  
sunt. Sunt au-  
tem illa duo,  
terra & mare.  
3 sed circuin-  
uniuersam cō-  
tinuentem in  
quam tendis.

si velis in rei consultatione semper omnia perinde considerare, nunquam aliquid efficias. Satius enim omnia alacriter aggredientem dimidium ærumnarum pati, quam omni in re presumpto metu nihil omnino pati. Quod si

<sup>1</sup> non ostendes quid firmum sit, vel rursum.

<sup>2</sup> Hoc in qua periode est.

<sup>3</sup> aut non vates istis sententis, alias suasores tales habuissent.

<sup>4</sup> Id est. Ant si hec non fuisset eorum sententia sed aliorum fuisset. quorum consilii sequebantur. Valla autem negat ea partim locum montam, & sententia tri, more Graeco dixit.

<sup>5</sup> at meum admittit consilium. vel, Moxum saltem adm. cons.

repugnando omnibus quæ dicuntur, 'non vis committere ut quod firmum est infirmetur, perinde peccas atq; is qui contraria istis dicat.' Et hoc æqualiter sic habet. Scire verò aliquem (quū sit homo) qua ratione quid firmum esse oporteat, nequaquam arbitror. At iis qui facere quid volunt, consuevit plerunque succedere emolumentum: tarò autem iis qui pensant omnia, & quos agere piget. Cernis quò res Persica potentiaz processit: quò nunquam progressam videres, si ij qui ante me extiterent reges, istiusmodi consiliis quibus tu vsi fuissent: 'aut vtentes istis sententiis, non alias suasores tales habuissent: nunc pericula continentes, tantopere statum suum prouexerunt. Magna enim negotia magnis cum periculis suscipi volunt. Quatè nos illorum facta simulantes, optimo anni tempore ingredimur: subactaq; omni Europa, rufus reuertemur, nullam usquam neque famem neque rem tristem passi. nam & cōmeatus a statim ipsi nobiscum portamus: & ad quamcunque vel regionem vel gentem veniemus, eius re frumentaria potiemur. nam aratori bus viris non nomadibus inferemus bellum. Posthac Artabanus, Quandoquidem inquit, non finis ullam rem formidari. & tamen meum admittit consilium: necesse est enim de multis negotiis in longius extrahi orationem: Cyrus Cambyses genitus omnem præter Athenas Ioniam Persis tributariam reddidit. quare suadeo ne quo pacto hos viros aduersus patres suos ducas. nam sine Ionibus latis superque sufficiimus hostem superare: quos necesse est aut iniustissimos esse, si metropolin suam in seruitutem redigant: aut iustissimos, si illius libertatem adiuuent. Si iniustissimi erunt, nullo modo certè nobis magno usui futuri sunt: si iustissimi, magnam poterunt tuo exercitui afferre perniciem. Itaque hoc vetus dictum tanquam probum, rex in mente habe, non statim ab initio exitum omnē esse inanis. Ad hanc excipiens Xerxes, Artabane, inquit, sententiarū quas dixisti in hac præcipue falleris qui lones meis

» tuis ne immutentur: quorum maximum habemus com-  
 » militium: quorum & tu testis es, & alij qui sub Dario ad-  
 » uersus Scythes militauerunt, quum in eorum esse pote-  
 » state sicum vniuersas Persarum copias, & perdere & ferua-  
 » re, fidem tamen iustitiamque præstissem, ne quicquam  
 » nos laxisse. Præterea quum liberos suos atque uxores in  
 » nostraterram reliquerint, non est causa cur eos aliquid re-  
 » rum nouarum moliri suspicemur. Quare ne hoc quidem  
 » extimescas, sed bonum habens animum, tutare meam  
 » domum atque tyrannidem, tibi enim soli ego sceptra mea  
 » perimmo. Hæc loquutus Xerxes, Artabanum Sutadimi-  
 » sit, iterumque illustissimos quoque Persarum accersit.  
 » Qui posteaquæ in pæstō suere, his eos verbis alloquutus  
 » est, Persæ, ego vos quorum opera mihi opus est, contra-  
 » xi, ut viri præstantes existatis, nœve res hactenus gestas à  
 » Persis magnas præclarasque dedecoretis, sed cum singuli,  
 » tuni vniuersi exhibeamus nos alacres. commune enim  
 » hoc hominibus bonum est, strenuos esse. Eaque de te vos  
 » censi præmonendos ad bellum constanter tolerandum.  
 » nam (ut ego audio) aduersus viros egregios tēdimus, quos  
 » si superauerimus nullus unquam nobis aliis exercitus ob-  
 » stabit. Nunc igitur deos præfides terræ Persidis precati,  
 » transeamus. Ac eodem quidem die sese ad transiendum  
 » parauerunt. Postero autem tantisper morati sunt, dum so-  
 » lem exortientem cernerent, omnifarios odores in ponti-  
 » bus congerentes, ac myrto iter consternentes. Vbi solex-  
 » ortus est, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud so-  
 » lem vota concepit, nequid sibi aduersi contingere, quo  
 » prius desisteret Europam subigere, quam ad illius termi-  
 » nos peruenisset. Hæc precatus, phialam in Hellespontum  
 » abiecit, aureumq; craterem, ac gladium Persicum, quem  
 » acinacem vocant. Hoc pro comperto diiudicare non pos-  
 » sum, utrum soli dedicans gladium dimiserit in pelagus;  
 » an Hellespontū, quod cum Bagellasse paeniteret, in com-  
 » pensationem gladio donauerit. His actis, per alterum  
 » pontium, qui vergebatur in Pontum, peditatus omnis equi-  
 » tatusque transiit: per alterum, qui vergebatur in Ægeum,  
 » iumenta atque seruitia: præcedentibus decem milibus  
 » Persarum, coronatis omnibus quos promiscuus omnium

» quorum (id  
 » est quorū fidet)  
 » maximum ha-  
 » bemus docu-  
 » mentū, nis in  
 » rebz quorū &  
 » tu testis es, &  
 » al. Quid maxi-  
 » mum nebula sua  
 » fides docimēn-  
 » tam dederū in  
 » iurebus. Et c.

» Ego vos  
 » Persæ coegi, à  
 » vobis hæc re-  
 » quirēs, ut fin-  
 » titur (ut si re-  
 » nne) vos geta-  
 » etis.

» alacriter o-  
 » perā nauem?  
 » Ad id n. con-  
 » tédimus? quod  
 » communem  
 » omnibus veli-  
 » litatē afferet.  
 » Ideo aut̄ vos  
 » ut gnauiret  
 » milites præ-  
 » moneo, quod  
 » viros aduer-  
 » sus quos ten-  
 » dimus, belli-  
 » cosos esse au-  
 » diam. Quos si  
 » superaueret.

» Illis decē  
 » mil. quorū vi-  
 » deliceat facta  
 » sū i pæsto antē  
 » metio. Sic in se-  
 » quen. Illi equi-  
 » tes. & Illi equi-  
 » sacri. & Illi sa-  
 » cer curru, &  
 » Illi hastari, &  
 » Illi milite equi-  
 » ti, & Illi a... r  
 » exercitus.

nationum sequebatur exercitus. & hi quidem eo die. In sequenti autem primi transiere equites, quique spicula de orsum versa gestabant, & hi etiam coronati, delince equi sacri, ac sacer currus, tum ipse Xerxes. post hastati, & mille equites, & præterea alius exercitus, quinetiam naues parabat ille exercitus naues q; simul ad vias.

*3 Eandem v-*  
*eem, videlicet*  
*tunc, cōsider-*  
*quam hic male*  
*interpretatur.*  
*Coniectura di-*  
*cūciendum, sta-*  
*sim post bene*  
*veris. Facile*  
*ad conjecturam id est, cu-*  
*sum significatio-*  
*nem concere,*  
*vel conjectura*  
*assequi, facile*  
*est.*

In sequenti autem primi transiere equites, quique spicula de orsum versa gestabant, & hi etiam coronati, delince equi sacri, ac sacer currus, tum ipse Xerxes. post hastati, & mille equites, & præterea alius exercitus, quinetiam naues parabat ille exercitus naues q; simul ad vias. riter ad vltiora littora agebantur. quāquam audiui potestremum omnium pertransisse regem. Xerxes, postea quam in Europam traiecit, conspicabatur exercitum sub verberibus transeuntem. Transiuit autem eius exercitus septem per dies totidemque noctes nullo tempore intermisso. Ibi iam transgesso Hellespontum Xerxe, fuitur quidam vir Hellespontius dixisse, O Jupiter, quidnam tu sub specie viri Perse, & accepto Xerxis pro Iouis nomine, Graciam è sedibus suis exturbare vis omnes homines ducentes, quum etiam citra hoc ubi id facere licet? Transgressis omnibus & iter ingredientibus, ingens prodigium oblatum est, quod Xerxes nihili fecit, et si conjectura dis cutiendum, siquidem equa leporem enixa est. quod facile erat ad conjectandum: fore enim ut Xerxes exercitum aduersus Graciam cum maximo strepitu & ambitiosissime ducerer, rursusque pro seipso solitus, ad eundem locum fuga recurret. Alterum quoque ei prodigium, dum Sarribus fore exhibitum est. mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habentem, matis & fœminæ, sed maris superiora. Quorum prodigiorum vtrunque pro nihilo habens, ire pergebat, comitantibus cum terrelribus copiis, nauticis extra Hellespontum nauigantibus, ac taram legentibus, & è diuerso atque terrestres agentibus. nam isti quidem vesperum versus ad promontorium Sarpedonis nauigabant: quò quum peruenissent, iussi erant permanere: illi verò ad auroram & solis exortum iter faciebant per Chersonesum, dextrorsum habentes sepulchrum Helle filii Athamantis, sinistrorsum Cardiam urbem, per medium oppidi cui nomen est Agora, id est forum. Illinc deflectēribus ad sinum nomine Melana, hoc est nigrum, fluvius cui idem est nomen, non sufficit, sed alueum suum deferuit. Hoc fluvio transmiso à quo sinus hic cognominatur, vesperum versus contulerunt, ēnon urbem Aeolidem & lacum Scaronidem paxterentes, dum ad Doriscos

riscon peruentum est. Est autem Doriscus Thraciae littus pariter & campus ingens, quem grande flumē Hebrus interfluit; ubi exstructus est is mutus qui Doriscus appellabatur, in quo Periatum erat praesidium a Dario iam inde impositum, quum Scythis inferebat bellū. Quoniam igitur locus digerēdis recēlendisq; copiis idoneus videtur, Xerxes ita sibi faciendum putauit: Eius iuslū nauarchi, quācō appulissent, omnes naues ad littus Dorisco contiguum receperunt. ubi Sala urbs, Samothracia & Zona litus sunt: cuius ultima Serrium nominatur, celebre promontoriū, qui locus quōdam fuerat Ciconum. In hoc littus appulsa classe ac subducta, qui in ea subducenda laborauerant respiravere Xerxes autē per hoc tempus apud Dorisco lustrabat exercitum. Evidē quantum singuli præbuerint copiarū, pro certo affirmare non possum: quoniam à nullis priorsus hominibus id refertur: cōstat autē terrellium copiarum numerum fuisse centum septuaginta myriades, id est decies septuies centena millia. Quorum numerum hoc modo inie- runt: Cōtraxerunt viuum in locum myriadem hominum, que sunt decem millia: qua coactata quam maximē poterat, circum līm ex triūfēcūs descripterunt loco circumscripto: emissaq; illinc myriade, se pēm circumdederūt, catenus ex- citantes ut vmbilico tenus pertingeret. Eam ubi fecere aliam subinde atq; aliam myriadem introduxerunt: donec omnes connumerauerunt: connumeratos autē, nationa- tum digesserunt. Ex quibus qui militabant, h̄i erant, Persē, hunc in modum ornati: Circa capita gestabant pilea (quas vocant tiaras) impenetrabilia: circa corpus tunicas, variis squamis è ferro cōsertas in similitudinem pīscium: femo- ralia circa crura: pīlypeis gerta, id est cīra, pharetris sub- ter pendētibus: hastas breves, arcus grādes, sagittas arun- dineas. Ad dextrum femur, pugiones è balteo suspēsos. Hi ducē habebant Otanem patrem Amastris, quācē erat vxor Xerxis. Vocabantur autē quōdam Persae à Grēcis Cephe- nes: à se verò ipsis atq; ab accolis, Artæi: verūm posteaquā Perseus Danaes & Iouis filius ad Cepheū Beli filium com- meauit, & Andromedam eius filiā duxit vxorē, sustulit ex ea filiū quē Persem appellauit, eumq; illic reliquit: a quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomē sottiu sunt

Persæ. Medi eodem ornatu instructi militabant. nam  
hæc armatura Medica est, non Persica. Habebant autem  
ducem Tigranem Achæmenidem. Hi quondam ab o-  
mnibus vocabantur Arij: sed ubi ad eos concessit ex Athe-  
nis Medea Colchis, immutauerunt & ipsi nomen. Ita de  
seipsis Medi commemorant. Cilij in militia cætero or-  
natu ut Persæ sunt armati, sed pro pileis mitras ferunt. Eis  
dux erat <sup>1</sup> Anaphanes Otanis filius. Hyrcani quoque  
Persica armatura ornati ducem habebant Megapanum,  
qui postea Babylonis procurator fuit. Assyrii autem qui  
militabant, hunc habebant ornatum: Ferreas in capiti-  
bus galeas, barbarico quodam modo consertas, <sup>2</sup> non fa-  
expicatu: vel. <sup>Quon explica-</sup>  
<sup>re ut describe-</sup>  
<sup>re diffusa facie-</sup>  
<sup>re.</sup> cile penetrabiles: clypeos autem, hastas, pugiones Ægy-  
ptiacis adsimiles: & præterea lignas clavas ferro indu-  
etas, ac lineos thoraces. Isti à Græcis Syri vocabantur, sed  
à barbaris Assyrii sunt vocati (inter quos Chaldaei sunt) iis  
præcerat Hystaspes Artachæi filius. Bactrii capitis orna- <sup>178</sup>  
tu in acie simillimo illi Medico muniti erant, sed more  
gentis, arundineis arcubus & hastis brevibus. Sacæ, qui  
Scythæ sunt, cristatas in capitibus cassides gestabant, in  
acutum erectas atque compactiles, induti femoralibus:  
neconon arcus gentiles atque pugiones, ad hoc dolabras  
ac bipennes. Hos, quum sunt Scythæ Amyrgij, Sacas ap-  
pellabant, quod cunctos Scythes Persæ Sacas appel-  
lant. Bactriis & Sacis præcerat Hystaspes Darij filius &  
Atossa Cyri filia. Indi vestiti erant amictu è lignis con-  
fecto: arcus arundineos gestabant, itemque arundineas  
fagittas ferro præfixas: ita instructi Indi, erant sub duce  
Pharoazathre Artabatis filio. Arij Medicis arcubus mu-  
niti erant, cæteris quemadmodum Bactrii. Iis præcerat Si-  
samnes Hydarnis filius. Parthi & Chorasmij & Sogdi  
& Gandarij & Dadicæ eandem in acie quam Bactrii ar-  
maturam gestabant. quorum Parthis & Chorasmiis præ-  
cerat Artabazus Pharnacis filius: Sogdis, Azanes Artxi fi-  
lius: Gandanis & Dadicis Artyphius Artabani filius. Ca-  
spij, Sifyris, quod est genus penule, induti, arcus gætili more a-  
rundineos gestabant & acinaces, ducem sui agminis ha-  
bentes Ariomardum Artyphi germanum. Sarangæ indu-  
menta gestantes versicoloria decori erant, caligasque ge-  
nuum

z A.aphes

<sup>2</sup> ion facili  
expicatu: vel.  
<sup>Quon explica-</sup>  
<sup>re ut describe-</sup>  
<sup>re diffusa facie-</sup>  
<sup>re.</sup>

suum tenuis extentas: arma habebant arcus lanceasque  
 Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Paetyes, &  
 ipsi sifyras ferebant, & vernaculos arcus atque pugiones:  
 quorum dux erat Attrayntes Itramitis filius. Utij & My-  
 ci & Paricanij eodem quo Paetyes modo armati erant.  
 sub his ducibus: Utij quidem & Myci, sub Arsamene Da-  
 rij filio: Paricanij vero sub Siromitre OEbazi filio. Aca-  
 bes succincti erant ziras *amiculi genos*, arcusque recurvos  
 bablesque gestabant. Aethiopes pardorum pellibus leo-  
 dumque amicti, arcus è palmarum spathis factos gere-  
 bant, quatuor non minus cubitis longos: & item prælon-  
 gas ex arundine sagittas, pro ferro præfixas colapide acu-  
 minato, quo sigilla sculpunt: præterea hastas capteæ cor-  
 nu præfixas, in modum spiculi acuminato, & clavas præ-  
 ferratas. Hi quum eunt in pugnam, dimidiatum cor-  
 pus gypso, dimidiatum minio illinunt. Arabum autem  
 Aethiopumque qui trans Aegyptum incolunt, dux erat  
 Arsames Darij filius & Artyston. Cyri filia: quam Da-  
 rijs ex uxoribus maximè adamans, cum talari ex auto-  
 tunica effinxit. Arsames quidem Aethiopibus qui sunt  
 trans Aegyptum, atque Arabibus præxerat. Ij autem Aé-  
 thiopes qui sunt ab ortu solis, (nam bifaciem militabant)  
 censebuntur cum Indis, specie nihil admodum à cæteris  
 differentes, sed sono vocis duntaxat atque capillatura.  
 Nam Aethiopes qui ab ortu solis sunt, promissos crines: <sup>t. imaginis e-</sup>  
 qui ex Libya, crispiissimos inter omnes homines habent. <sup>rebus at-</sup>  
 nes:

Aethiopes autem hi qui ex Asia erant, pleraque arma que  
 Indi gestabant, pellesque frontium equinarum cum au-  
 ribus atque iubis, in capitibus, ut ipsæ iubæ pro cristis es-  
 sent, & hinc aures equinoæ rigerent. in locum clypeorum  
 pelles gruuri prætendebant. Libyes autem corio armati  
 iere, ac iaculis præustis, duce Masange Aorizi filio.  
 Paphlagones autem capitibus gerebant compactiles cas-  
 fides, scuta exigua, hastas haud longas, præterea iacula,  
 pugionesque, pedibus caligas more gentis ad media cru-  
 ra subtentas. Eandem quam Paphlagones armaturam  
 gestabant Ligyes & Matieni & Mariandyni & Syri. Isti au-  
 tem Syri à Persis Cappadoces vocantur. Paphlagonum &  
 Maenorum dux erat Dotus Megasidis filius: Mariandy-

ius ex suo so-  
 lido compa-  
 ctam hauire.

; calcem pa-  
 trio modo ad  
 mediæ crura  
 extenuos

horum & Libyorum & Syrorum, Gobryas Darij filius, & Arysystonæ. Phryges autem proximam Paphlogonicæ armaturam gerunt, paulum differentes: qui (ut Macedones aiunt) tamdiu vocati sunt Bryges quandiu Europæi fuerunt, Macedonum accolæ: transigressi autem in Asiam, unde cum loco nomen immutauere in Phryges. Armenij Phrygum cultu armati erant, utique illorum coloni. His utrisq; præcerat Artochnes, qui Datij filiam in matrimonio habebat. Lydi proxime ad Græcorum armaturam accedebant, olim Meones vocati: pristinoque nomine sublato, à Lydo Atyis filio cognomen acceperunt. Myſi super capita genues galeas ferrebat, scutula quoque ac præusta iacula. Sub autem Lydorum coloni, à monte Olympo Olympieni nominati. Horum utrisq; præcerat Artaphernis filius, qui collega Datis apud Marathonem conflixit. Thraces e pelle vulpina cassides gestabant, tunics indui, & insuper circundati variis lagulis, pedibus ac tribus induitis caliga è pellibus hinnulorum: ferentes præterea iacula & peltas & pugnunculos. Isti transgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni, prius appellati (ut ipsi aiunt) Strymonij, quod Strymonem accolerent: a suisque sedibus exacti à Teucris & Myſis. Thracibus autem qui Asiam incolunt præcerat Bagasaces Artabani filius, gestantibus breuia è corio scuta, & bida singulis veruta ad lupos conficiendos apta, in capitibus æreas cassides, & super cassides ex ære factas aures bouis & cornua, impositis etiam cristi. Crura autem panno Phœnicio erant induita. Martis oraculum apud hos viros est. Cabeles Meones (qui Læfinij vocantur) eundem cultum gestabant quem Cilices: quem ego, dum ordine ad Cilices veniam, indicabo. Milyæ autem lauceolas gerebant, & vestes fibulis substrictas, & eorum nonnulli Lycios arcus, in capitibus galeas è pellibus factas. Horum autem omnium præfectus erat Bardes Hystanis filius. Moschi ligneas circa capita cassides getebant, scutaque ac hastilia breuia, sed longa in hastilibus spicula. Eodem quo Moschi ornatu militabant Tibareni, & Macrones, & Mosynæci, quos hi regebant: Moschos & Tibarenos Arionardus Datij filius, & Parmyis filij Smerdis filiæ Cyri: Macrones & Mosynæcos

~~e crudo bo-~~  
~~vi: tetgori;~~  
~~ti, paxlo pax;~~  
~~veris, eundem~~  
~~zatum.~~

~~venabula~~  
~~Lycij operis,~~

tot Artayctes Chorasmis filius, qui Sestii in' Hellesto præses erat. Mares in capitibus lignicas galeas gerabant, scutulaque è crudo bovis tergore, atque lanceolas, præterea machæras. Præter autem maribus & Colchis Pherendates Thcaspis filius. Alatodij & Saspires eodem quo Colchi ornatu militabant, duce Matitio Sironembris filio. Insulæ gentes, quæ rubro è mari lequitate sunt ex iis insulis ad quas transportare rex solet quos è suis locis summouet, gerebant proxima Medis & vestimenta & arma, quibus præcerat Mardonius Bagæti filius, qui apud Mycalem dux secundo post anno in pugna operiuit. Hæ erant nationes quæ per continentem ibant, ex quibus constabat pedestri exercitus: quibus iij præcerant qui commemorati sunt, quiq. ordinabant milites connumerauerantque, & chilarchas, id est nubanos qui mille. & myriarchas, id est. qui decem millib[us] prestant, delegerant. nam myriarchæ centuriones decanosq[ue] creauerant. Erant & alij agminum & gentium prætores: verum iij qui nominati sunt, erant duces. Horum tamen & totius exercitus imperatores erat, Mardonius Gobriae filius, & Titintachmes filius Artabani, qui dillusaserat bellum Græciæ inferendum, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratum Darij filij, Xerxis patruelis: & Malistes Dario & Atossa genitus, & Gergis Ariazi & Megabyzus Zopyri filius. Hic erant imperatores omnium pedestrum copiarum, præter illa delecta Persarum decē millia, quibus præcerat Hydarnes Hydarnis filius: qui vocabantur immortales, ob hoc, quod si quis eorum aut nece aut morbo numeruin immi- nueret, aliis sufficiebatur: nec unquam plures erant paucioresve decem millibus, præcipuo inter omnes cultu decori, & iidē præstantissimi omnium, ut dictum est: & præterea immenso auro conficiui, ducentes vnâ cartucas cum pallacis ac familia per multa ea que bellè ornata: nec non camelos ac iumenta, præter cæteros milites, quæ commeatum portabant. Equitant autem hæ nationes, sed nō omnes habebant equos, verum hæ soli: Persæ, qui eadem erat qua peditatus armatura ornari, nisi quod quidam gestabant in capitibus opera ex arte ferroq[ue] ductilia. Sunt autem quidam Nomades homines, qui Sagartij appelle-

<sup>i</sup> Mares in ea  
piibus cuiusq[ue]  
galeas mare  
patrino texi-  
les (vel nexiles)  
gestabant, q[uo]d  
prætor aut pat-  
rius pellice-  
os, & facula.  
Colchi in ca-  
pitibus liga-

lantur, & gente & voce Persæ, sed cultu inter Persicum & Paſtyicum, qui contulerunt equitatum octo millium equitum, armaturam neque ahencam neque ferream asseri ferre, præter pugiones, ut etes restæ è viminibus conferta, qua freti in prælium eunt. Est autem prælium eorum virorum hujusmodi: Cum hoste congregientes iniciunt eas restes in summo habentes laqueos, qui quum aut equum aut hominem adcepit sunt, eum ad se trahunt: ita illi illaqueati conficiuntur. Talis horum pugna est, iidemque inter Persas censentur. Medi eandem equites quam pedites armaturam gerunt: & item Cilſij. Indi quoque eandem quam peditatus suus gestant armaturam. certum equos desultorios agebant & currus: quibus curribus suberant & equi & aſini agrestes. Baſtrij eodem ornatu instructi erant equites quo pedites, & item Caſpij. Libyes & ipsi eandem quam pedites armaturam gerabant: curruum autem hi cuncti erant agitatores. Caſpij quoque & Paricani itidem atque suus peditatus instructi erant. Nec non Arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos nihilo inferiores equis perniciitate. Haec solæ gentes erant equeſtres. Fuitq; numerus equitum, octo miryades, id est octoginta milia, præter camelos & currus. Et alij quidem equites in ordinem redacti erant: Arabes autem in vltimo locati, ob id postremi ne equitatus cōſternaretur, equis camelos non tolerantibus. Equitatus autem præfeti erant, Hatymamithres & Tithxus, filij Datis: quorum tertius collega Pharnuches Sardibus erat relictus agrotus. Nam quin Sardibus proficeretur, in calamitatē incidit inſciens, equitante enim eo canis sub pedes equi intercurrit: quo equus improuisò deterritus atque erectum ſeſe attollens, Pharnuchem excuſit. Hic collapsus sanguinem euomuit, nactusq; est morbum qui in phthisin, id est tabem, euafit. Equo autem à caſu statim domini, fecerunt famuli vt ille iuſſerat: Abducto namq; in eum locum ubi dominum ſtrauerat, crura cum genibus abſciderunt. Itaque Pharnuches ita à præfectura ſummotus est. Porro triremes inito numero fuere mille ducentæ & octo: quas hi præbuere: Phœnices, cum Syris qui Palæſtinam incolunt, crecentas, huac in modum ornati: Circa capita galeas „  
 Græca-

Græcanicis proximas gerebant, induti thoracibus lineis,  
cum scutis vmbone carentibus, cum iaque iaculis. Hi Phœ-  
nices (ut ipsi memorant) quondam mare rubrum accol-  
ebant: illinc transgressi maritima Syriæ habitant. Is autem  
tractus Syriæ, & quicquid Aegypti tenus est, Palæstina vo-  
catur. Hi circa capita cassides forcipiculatas gerebant,  
conuexa autē scuta magnis vmbonibus praedita, ac gran-  
dia pila nautica, & grandes bipennes. eorum turba thora-  
ces gerebat ac magnas macheras. Hunc in modum isti ar-  
mati erant. Cypri autem centum quinquaginta naues  
praebabant, hoc modo armati: Reges eorum mitris redi-  
miti erant: reliqui tunicas gestabāt, cetera ut Græci. Quo-  
rum gentes sunt partim à Salamine & Atheniensibus, par-  
tim ab Arcadia, partim à Cithno, partim à Phœnicio, par-  
tim ab Aethiopia oriundi, ut ipsi Cypri aluant. Cilices,  
centum naues. hi circa capita ferebant gētiles galeas, pro-  
scutis parvulas è crudo boui corio factas, laneis vestibus  
induti: bina singuli iacula gestantes, & easdem macheras  
Aegyptiacæ per similem. Hi quondam Hypachæi appella-  
ti fuerant, sed à Cilice Phœnicio Agenoris filio illud no-  
men acceperunt. Pamphylij, triginta naues, Græcanicis  
armis ornati, qui ab illis originem ducunt qui cum Am-  
philocho & Calchante è Troia dilecti fuerant. Lycij  
praebuerunt naues quinquaginta, thoracibus octenisq; ar-  
mati: arcubus quoq; è cornu factis, & arundineis sagittis  
sine pennis, atq; iaculis: gerentes ex humeris suspensas ca-  
pratum peiles, & in capitibus pilea penais coronata, qui-  
etiam pugiones & falces. Hi è Creta oriundi, quondam Ter-  
miliae nominati, sed à Lyco vito Atheniensi Pandionis fi-  
lio, Lycij fuerunt cognominati. Doros qui sunt ex Atla,  
naues triginta. hi Græca gerebant arma, ut è Peloponneso  
propagati. Cares, septuaginta naues, cetera Græco mo-  
re ornati, sed & falces & pugiones gerebant. quos prius  
appellatos fuisse Hætines, in superioribus libris dictum  
est. Iones, centum naues, armati Græco ritu: qui qua-  
diu in Peloponneso regione in qua vocatur Achaia inco-  
luerunt, & ante aduentum Danai & Xuthij in Pelopon-  
nesum, (ut Græci aiunt) vocabantur Pelasgi Aegialees, id  
est litorales, sed ab Ione Xuthi filio, Iones sunt appellati.

t Hi autē qui  
(ιδει), quo na-  
vem ex pte\* vo-  
cati fuerint.  
in superiori-  
bus. Hie autē  
ridicule fecit po-  
gnos ex vo-  
bulo omnis.  
ut supra, pag.  
17 . ex nomine  
Doros popu-  
los Hessones sa-  
cerdos.

In insulanis, naues decem & septem, armati ut Graeci: & ipsi Pelasgica gens, sed mox Ionica, ob eandem causam ob quam & duodecim oppida sunt Ionica ab Atheniensibus appellata. Aeoles, sexaginta naues, ritu Graeco armati, & olim Pelasgi (ut apud Graecos fertur) vocati. Helleponij, centum naues, praeter Abydeus: quibus manutatum erat ab rege ut circa locum manerent ad pontes custodiendos. Ceteri è Ponto erant, Graeco more armati, Ionum ac Dorum colodi. In omnibus autem nauibus epibate erat Persae & Medi & Sacae, quarum velocissimas praefuerunt Phoenices, & inter Phoenices, optimas Sidonij. Harum singulis, & item pedestribus eorum copiis praefecti erant veteransi duces: quorum ego (quia ratio historiae non exigit necessariò) non faciam mentionem. Neque enim singulorum nationum duces digni memoria fuere, quarum quot virbes, tot duces extitere: sed nō ut ductores, verum ut ieiui (quemadmodum alij qui ducebantur in militiam) vene-  
te: quoniam duces penes quos summa imperij erat, ut singularum gentium principes, quinam eorum Persae fue-  
rint, à me commemoratum est.

Nauticis autem hi copiis praefuerunt: Ariabignes Darij, & Prexalpes Aspathini, & Megabazus Megabatis, & Achæmenes Darij filius. Ionice quidem classi & Cariæ Ariabi-  
gnes, ex Dario & filia Gobriæ genitus: Ægyptiacæ autem Achæmenes, Xerxis ex utroq; parente germanus; reliquæ autem classi reliqui duo. Postro biremes, lembos quinquaginta aut triginta remotū, & actuaria nauigia, & alia mi-  
nuta, cum hippagogis, que equos velunt contracta constabat ad trium millium peruenisse. Eorum autem qui in classe erant, secundum duces, illustissimi fuere, Sidonius Tetra-  
mnestus Allesi filius, & Tyrius Mapen Sironi, & Ardius Nerbalus, Arbali, & Cilix Syennesis Oromedontis, & Ly-  
cius Cyberniscus Sicæ filius. Cypri autem, Gortus Chertis, & Timonax Timagoræ filius. Carum vero Histiaus Ty-  
mnis, & Pygres Seldomi, & Damasithymus Candaulis fi-  
lius. Aliorum nunc praefectorum mentionem facere super-  
fdeo, tantum non necesse habens. Verum Artemisie pra-  
cipua metet admiratio, mulieris expeditione aduersus  
Graeciam sequitur: quæ defuncto viro, ac pupilli filij tyran-  
nidem

Idem obtinens, nulla adacta necessitate, sed præstantia animi atq; virilitate in militiâ concessit. Nomen ei erat Artemisia, Lygdamis filiç, paternum genus ex Halicarnasso, maternum e Creta. Imperans hæc Halicarnassensis, & Cois, & Nilys, & Calydniis, quinque cum nauibus venit omni copia instructis. atq; post Sidonias hæc naues fuerunt illustrissimæ. Eadem apud regem optimas inter omnes socios sententias dixit. Quas ciuitates recensi sub illius imperio fuisse, earum vniuersam gentem annuo Doricam esse, Halicarnassorum quidem Træzeniam, cæterorum autem Epidauriam. Hactenus de nautico exercitu. Xerxes initò copiarum numero, militibus instructis, concipiuit illos lustrando oculis obire: quemadmodum & fecit. Itaque insenso curru singulas nationes lustrans, quænam essent percontabatur: quarum professionem scribæ excipiebatur, donec ad extremos equitum peditumque peruentum est. Hoc perfecto, & nauibus in mare deductis, Xerxes è curru in nauim Sidoniam transcendit: residensque sub auro tabernaculo, præteruehensque nauium proras, scilicet abitur de singulis itidem, ut de terrestri exercitu fecerat, describiique iubebat. Enimvero nauarchi productas à littore quatuor ferè iugerum spatio naues stabilierant, conuersis à terra proris, & in unam frontem digestis, effibatis quoque, id est propagatoribus, tāquam ad bellum armatis: quos Xerxes inter proras & littus nauigans conspicabatur. Vbi autem & classem lustrauit, egressus naui accessit Demaratum Aristonis filium, comitem huius aduersus Græciam expeditionis, ciq; accessito ita inquit, Demarate, iuuat nūc me quæcupio abs te interrogare, qui & Græcuses, & non ex minima ciuitate, ut audio tam ex te, quam ex aliis Græcis qui me alloquēdi gratia adeunt. nunc igitur hoc milii expone, nunquid Græci sustinebunt manus contrarieles uare. nam (ut ego opinor) ne omnes quidem Græci accesserit mortales qui ad hesperum incolunt, si congregarentur, patescēt nostris armis, nec me inuadētem expectarent: quum nō sint inter se cōcordes. Libet tamē mihi abs te audire quid de hoc dicas. His verbis interrogauit. Demaratus autē excipiens, Vtra, inquit, apud te rex utar? veritatemne an iucunditatē? Ille ut vetitate vteretur iubere. acq;

qui me alle  
quintili: vel,  
Quibus mibi  
sermo est.  
z ad occiden  
tem

<sup>z ea dicetem ob quē nemo à te postea mēdaciū con-</sup>  
<sup>vincentur; vel arguerit. Re-</sup>  
<sup>tinguitur autē pendens senten-</sup>  
<sup>ta, ut suban-</sup>  
<sup>dūtūr, ha res se habet, vol.</sup>  
<sup>Audi.</sup>  
<sup>\* propulsat</sup>

<sup>9 Tantilla</sup>  
<sup>4 Nā si mo-</sup>  
<sup>te nostro vni-</sup>  
<sup>paterēt, illius</sup>  
<sup>magis quam</sup>  
<sup>pro sua natu-</sup>  
<sup>ra reddi pos-</sup>  
<sup>sent, & ver-</sup>  
<sup>beribus ada-</sup>  
<sup>git adorirētur</sup>  
<sup>plures quam</sup>  
<sup>iphi essent: at</sup>  
<sup>nunc quā so-</sup>  
<sup>lute ac liberē</sup>  
<sup>vjuante, hoīū</sup>  
<sup>certe neutrū</sup>  
<sup>fecerint.</sup>

enim sibi ob id eum minus iucundum fore quam antea fu-  
 isset. Hoc vbi Demaratus audiuit, Quoniā, inquit, me ju-  
 bes rex omnino veritatem proloqui, ea dicam quē nemo  
 nisi mentiens apud te postea carpet. Græcia semper qui-  
 dem alumna fuit paupertatis, hospes virtutis, quam à sapi-  
 entia acciuit & à severa disciplina, quam usurpans Græcia,  
 & paupertatem tuctur & dominatum. Ita laudo quidem  
 omnes Græcos qui Dorica illa loca vel circa incolunt: sed  
 non de cunctis eis verba faciam, verum de Lacedæmoniis  
 solis. Jam primum nego fieri posse ut tuam orationem ad-  
 mittant, afferentem Græciæ seruitutē: deinde anno ven-  
 taros tibi obuiam ad pugnandum, etiam si cæteri Græci o-  
 mnes sentiant tecum. Neq; verò de numero eorum que-  
 ras, quot illi sint qui hoc facere possint. nam si in exercitu  
 eorum mille fuerint, ij tecum congregentur: & item siue  
 pauciores siue plures. Hæc quum audisset Xerxes, sublato  
 cachinno inquit, Demarate, quodnam extulisti verbū?  
 mille omnino viros cum tanto exercitu congressuros? A-  
 gedum, dic mihi, nōne te ipsum aīs istorum vitorum fu-  
 isse regem? vīsne igitur sine mota tu cum decē viris dimi-  
 care? Quod si vestri populares omnes tales sunt quales tu  
 prædicas, profectò secundū vestra instituta debes tu, qui  
 illorum es rex, duplum præstare quam singuli eoru: qui si  
 denis è meo exercitu parés sint, iure abs te posco ut viginti  
 sis par: ita verba quæ dixisti, comprobabuntur. At qui si ta-  
 les sunt illi ac tanta statura qualis quantusque tu, ac cete-  
 ri Græci qui in colloquium meum veneruot, videre ne  
 quum tantopere gloriamini, frustra id insolenterque fa-  
 ciatis. nam age intelligam quounque argumento, unde  
 fieri queat ut mille aut decem millia atque quinquaginta  
 millia hominum, qui præsertim sint omnes liberi, nec v-  
 nius imperio subiecti, tanto exercitui obfisterent: quam  
 sumus nos plures quam mileni ad singulos eorum, si fue-  
 rint quinq; millia. Nam sub uno (quemadmodum apud  
 nos sit) imperatorem milites, illius metu, etiam contra suam  
 ipsorum natram meliores efficiuntur, adactique verbe-  
 ribus, vel pauciores aduersus plures eūt: iidem renissolli-  
 bero sibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor  
 Græcos etiam parés numero Persis, a grè cum eis solis cer-  
 tatuos

» tatuos. quinimo istud apud nos solos est quod ait: verum  
 » non ita multum, sed iarum. sunt enim e Persis meis satel-  
 » litibus qui velint cum tervis Græcis pariter dimicare: quo-  
 » rum tu inexpertus multa blateras. Ad hæc Demaratus, In-  
 » telligebam, inquit, rex ab initio me vera dicenteri, non  
 » iucundum tibi futurum: sed quia tu dicere me verissima  
 » coegisti, dixi quæ erant e dignitate Spartanorum. Quan-  
 » quam ipse optimè intelligis quanto pere nunc illos ego a-  
 » mem, qui me honore & dignatione paterna exutum, ex-  
 » totrem profugumque fecerunt: quem pater tuus exce-  
 » ptum, victu ac domicilio donauit. Quare non est credibi-  
 » le vitum prudentem respicere benevolentiam explorata-  
 » tam, sed maximè obseruare. Ego autem neque cum de-  
 » cem promissam me posse dimicare, neque cum duobus:  
 » ac ne singulati quidem certamine volens cercauerim. At  
 » si necesse fuerit, aut vehementer discrimen institerit, libet if-  
 » sum cum uno quolibet istorum hominum dimicarem,  
 » qui se singulos aiunt idoneos ad certandum cum tervis  
 » Græcorum. Etenim Lacedæmonij pugnando cum singu-  
 » lis, non sunt illi quidem cæteris detinores viris: at con-  
 » ferti, cunctorum virorum sunt excellentissimi. nam licet  
 » sint liberi, non tamen sunt usquequaq; liberi: quippe qui-  
 » bus præst dominalex, quā multo magis metuant quam  
 » cui te. Faciunt ergo quæcunq; illa cogit. cogit autem idem  
 » semper, utans semper eos ex acie fugere quantum uisho-  
 » minum multitudinem: sed iubens ut ordinem non dese-  
 » rentes, aut vincant aut occumbant. Hęce goloquens, si ti-  
 » bi blaterare videor, volo posthac in cæteris silentium age-  
 » re. Haec tenus loquutus sum coactus: tibi vero ex sententia  
 » contingat, rex. Hęc loquito Demarato, Xerxes ad risum  
 » versus, nulla indignatione permot' est, sed comiter homi-  
 » nem remisit. Post Demarati colloquium, ubi Dorisco præ-  
 » fecit prætorum Mæscamen Megadostis filium, amoto eo  
 » quem Darius præfecerat, ire cum exercitu aduersus Græ-  
 » ciām pergit. Huic Mæscami, quem illic reliquit Xerxes,  
 » vni tanquam omnium prætorum præstantissimo quos  
 » aut ipse aut Darius constituisse, dona quotannis misit: &  
 » item ciuius posteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante  
 » hanc expeditionem in Thracia & ubique in Hellesponte

prætores fuerant, qui omnes post eandem expeditionem  
à Græcis eie&ti sunt & è Thracia & ex Hellesponto, præ-  
terquam è Dorisco. ' vnde Mascamen Græci, permulta  
conati, tamen eicere nequicunt. ob id huic ab eo qui in  
Persis regoat, semper dona mittuntur. Eorum vero qui  
à Græcis expulsi sunt, neminem rex Xerxes virum egre-  
gium esse dixit, præter vaum \* Bogem ex Eione, quem  
laudare non desinebat, eiusq; qui superfuere liberos ma-

ximo inter Persas honore prolequebatur. Siquidem ma-  
gois ferri laudibus Boges meruit: qui quum ab Athenien-  
ibus & Cimone Miltiadis filio ob sideretur, liceretque ei  
accepta fide egredi, & in Asia remeare, tamen abnuit,  
ne regi præmetu superfluisse videretur, sed ad extremum  
usque perstiterit: atque ubi nihil in mœnibus commea-  
tus reliquum fuit, accenso iugencirogo, intereruit libe-  
tos, coniugem, concubinas, familiam: eosque in rogum  
deiecit: dehinc omne aurum urbis atq; argenteum è muris  
dispersum in Strymonem. his actis, etiam semetipsum con-  
iecit in rogum. Ita hic merito à Persis ad hoc usque tempus  
præconio celebratur. Xerxes è Dorisco in Graciam ten-  
dens, ut quosque populos adibat, secum militare coge-  
bat. Erat autem (ut superius à me expositum est) omnis ad  
Thessaliam usque tractus in ditionem redactus & regi tri-  
butarius effectus à Megabazo & mox à Mardonio. Di-  
gressus à Dorisco, præterit primùm Samothracios mu-  
ros. quorum ultimum oppidum ad vesperam situm est  
nomine Mesambria, cui vicinum est oppidum Thasio-  
rum, Stryma: quæ oppida interfuerunt annis Lissus, cuius  
aqua tunc non sufficit copiis Xerxis, sed defecit. Hæc  
olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quæ  
tamen optimo iure Ciconum est. Transmisso profluente  
Lissi atefacto, Xerxes has Græcas urbes prætergressus

\* Hec nominata  
lacu sanguini-  
ra sunt Græci.  
quia hinc it  
li sanguinis es-  
serunt. Ide &  
inseq. objecsan-  
dum.

est: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præteriit,  
& hos qui iuxta eas sunt, famosissimos lacus, ' Izmari-  
dem, qui Maroneam Strymamque interiacet: Bistonidem  
Dicæe contiguum, in quem duo flumina ingrediuntur,  
Trauus & Compsatus. Iuxta Abdera autem nullum  
nobilem lacum præteriit Xerxes, sed fluum Neustum  
marcubuntem. Post has regiones perrexit mediterrane-

aceras versus vrbes: in quarum una est lacus triginta ferme  
stadiorum in circuitu, pilosus & admodum salius: quem  
tola iumenta quum aquarentur exsiccauere. Huic vrbino-  
men est Pissytus. Haec vrbes & maritimas & Græcas fini-  
stros sum: relinquent, præterit Xerxes. Per quas autem  
gentes Thracia prouincia perfecit, haec sunt: Pæti, Cico-  
nes, Bistones, Sapæi, Dætæxi, Edoni, Satræ. Quorum qui  
maritimi erant, nauibus sequuti sunt: qui vero mediterra-  
nei (qui & commemorati sunt a me) præter Sacras, cæteri  
omnes terrestris itinere sequi coacti sunt. Sacrae nulli olim  
homini, quantum nos scimus, suæ subiecti, sed soli è  
Thracibus ad meam memoriam liberi semper persticte-  
re. Editos enim montes incolunt omni genis arboribus ac  
piuibus oblitos: suntq; viri in te bellicæ eximij: apud quos  
oraculum est Dionyſij, idque in editissimis montibus. Eo-  
rum qui in illo templo prophetant, id est vaticinantur,  
sunt Belli: antistes vero quæ reddit responsa, quemadmo-  
dum Delphis, & nihilo magis variè. Peragata autem  
quam dixi regione, Xerxes secundo loco transiit muros  
Picrum, quorum uni nomen est \* Niphragæ, alteri Per-  
gamo. Hac iter præter eos muros faciebat, a manu dexte-  
ra relinquent montem Pangæum, magnum atque excel-  
sum, in quo aurea sunt & argentea metalla, quæ cum Pie-  
res & Odoranti, tum præcipue Satræ <sup>1</sup> exiercent. Super  
Pangæum ad aquilonem habitantes Pæones, Doberes &  
Pæoples prætergressus Xerxes, ad vesperam versus con-  
tendit, donec ad flumen Strymonem peruenit, & urbem  
Eionem, cuius prætor Boges (de quo paulò ante fecimus  
mentionem) adhuc viuebat. Regio autem hæc Pangæo mon-  
ti circumiecta nominatur Phællis. Hinc vesperum versus  
23 porrecta ad flumen Angiten, quod Strymonem subit:  
hinc meridiē versus ad ipsum Strymonem, ad quem magi  
mactatis equis candidis litauerunt. His & aliis compluri-  
bus medicamentis in flumen factis, per Nouem vias Edon-  
orum iere: iuxta quas Strymonem pôtibus iunctum in-  
uenere. Audientes autem cum locum Nouem vias Edono-  
rum appellari, totidem illic pueros ac virgines viroru*m*  
indigenatum viuos defoderunt. Persicū enim est defodere vi-  
ventes. nā & Amestris Xerxis uxore, iam profecta etatis,

\* Phægez lo-  
gendum esse do-  
ctet Paul. Leon.  
Emen. u. 3. c. 1.  
ex Thucyd. lib.  
2. & Strabone  
Epiphane. S.  
1 possident.

stadio bis septem illustrium Persarum liberos defodisse ad referendam pro se gratiam deo qui sub terra esse fertur. Vbi à Strymone progressus est exercitus, illic ad solis occasum est litus, in quo sitam urbem Græcam nomine Argilum præteriit, hæc & quæ super eam est regio, vocatur Bisaltia. Illinc autem, sinum Neptuni templi à Iuxa manu habens, perrexit ad campum nomine Syleum, præteriens Stagium Græcam urbem, peruenitque Acanthum, ducens una singulas barum gētium, & item ex accolis montis Pangæi, & ex illis quas superius commemorauit: iis qui maritimierant, classe: qui procul à mari aberant, terrestri itinere sequentibus. Hanc autem viam qua Xerxes duxit exercitum, Thraces neque confundunt, neque scrunt, sed ad mea usque tempora magnopere venerantur. Posteaquam autem Acanthum peruenit Xerxes, præcepit Acanthiis ut hospitalitatem exhiberent, eosque Medica veste donauit: laudauitque quod alacres cerneret esse ad bellū, quodque audiret fossam esse absolutam. Xerxe autē apud Acanthum agente contigit ut Artachæs, qui fossæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, vir Xerxi spectatus, generere Achæménides, statura inter Persas procerissima. quippe cui quatuor omnino digiti deerant à longitudine quinque regiorum cubitorum. Xerxes magno damno ducens maximum hominem fato functum, apparatissimum funeravit, exhibito etiam epulo, eiusque tumulum omnis exercitus extruxit: cui tanquam heroi ex oraculo Acanthij sacrificant, nomine eum nuncupantes. Et rex quidem Xerxes amissso Artachæe iacturam se fecisse existimabat. At ijs Græci qui exercitum excipiebant, quum Xerxi cœnā præberent, in omnem miseriā deuenere adeo quidem ut suis laribus efficeretur extortus. Dum autem Thasij pro suis urbibus quæ in continente sunt Xerxianas accipiunt copias, Antipater Orgis filius, elatus animo, vir inter populares illustris, erogauit in cœna quadrigenta argenti perfecta talenta. Eam rem ubi qui præterant proposuere alius circa urbibus, (tale enim cōsuium iam pridem indictum fuerat, & diu celebratum) hoc ubi acciperet, præsertim præconibus passim prædicantibus, tunc vero oppidani frumentum quod in urbibus erat, inter se distri-

i procerissi-  
ma, ( quippe  
cui quatuor  
dūravat digi-  
ti. &c.) & cui  
vox erat præ  
quouis alio  
altissima. ad-  
eo ut Xerxes,  
magno dam-  
no. &c. fune-  
rauerit, ex-  
hib.

distributum molebant, farinamque triticeam hordeaceamque in complures menes faciebant, Ad hæc excogitauere ob premium optima quæque pecora saginare, & altiles aues habere, terrestres palustresque, in cortibus & in viuariis, ad accipiendum exercitum. Quinetiam autem argenteaque pocula & crateres faciebant, & cæteræ quo mensæ imponuntur. Hæc omnia ipsi regi & iis qui cum illo vescebantur, fiebant: cætero autem exercitui, quæ ad esum duntaxat præcepta erant. Sub aduentum autem exercitus, tabernaculum ubi exercitus maneret, statuebatur: reliqui sub dio agebant. Vbi tempus cœnæ aderat, cunc coniuatores quidem laborem sustinebant: isti verò quum expletæ noctem illuc exegent, pester die reuulso tentorio & omni apparatu sumpto, ita abscedebant, nihil relinquentes, sed omnia asportantes. Vnde Megacreonis viri Abderitæ elegans dictum extitit, qui suavit Abderitis ut vniuersi, mares pariter ac feminae, sua delubra adirent, suppliciterque diis assidentes percarentur ut posthac dimidium futurorum malorum à se propulsaretur. nam de præteritis magnam se gratiam illis habere, quod rex Xerxes non bis quotidie cibum capere consueret. Fote enim ut Abderitæ, si iuberentur ut etiam prandium simile cœnæ instruerent, aut non præstolarentur Xerxē aduentientem, aut præstolati, pessimè inter omnes homines affligeretur. Et isti quidem quanquam graviatè, tamen quod sibi imponebatur exequebatur: Xerxes verò ex Acantho duces classis à se dimisit, iuslos ad Thermam cum classe se operiri. Est autem Therma in Thermo siou sita, à qua ipse sinus habet cognomen. Hanc enim compendiariam magis viam esse audiebat. nam è Dorisco ad Acanthum usque ita instructus exercitus iter fecerat, tripartito diuisus omnis, iussu Xerxis: ut una pars secundum mare iter pariter cum classe, cui parti præterant Mardonius & Malistes, altera per mediterranea, cui præterant Trintatechmes & Sergis: tertia inter has media, cum qua Xerxes ipse incedebat, duabus Smerdone & Megabyzo. Nauticus porro exercitus ubi à Xerxe discessit, fossam enauigauit in Atho depresam ac perductam ad sioum in quo Assa & Idorus, & Singus & Sarga vrbes sitæ sunt. Ex quibus sumpto com-

pulcherrimas quelque pecudes pretio comparates, saginabant, altilesque aues habebant, ceteræ etc.  
2. Quum autem aduentum exercitus, paratum quidem fuit tabernaculum (vel tenorium) quod fixerant, quo ipse Xerxes pro diuersorio vtebatur: reliqui ut autem exercitus sub dio agebant. Vbi autem cœnæ repus adfuit, tunc coniu.

enitio, perrexit ite ad sinum Thermum: circumuectusq; Ampelon promontorium Toronaeum, præter nauigauit has Graecas vrbes, (vnde & naues & commilitiū sumpsi) n<sup>o</sup> 4 Toronaon, Galepsōn, Sermilam, Mecybernā, Olynthum, quæ regio nunc Sithonia nominatur. Ab eo promonto-  
rio Ampeli præcidens mare usque ad promontorium Ca-  
nastrum totam ferè Pallenam præteruectus est. illuc  
quoque & naues & commilitum sumpsi, ex Potidaea, ex  
Aphyi, ex Noua vrbe, ex Æga, ex Therambō, ex Scione,  
ex Menda, ex Sana. Haec sunt vrbes sicæ in Palena, Phlegra  
prius appellata. Per nauigata hac regione, ad præstitu-  
tum locum peruenit, sumptis etiā militibus è vicinis Pal-  
lenæ vrribus ac Thermæ siui conterminis: quibus hæc  
nomina sunt, Lipaxus, Combrea, Lissæ, Gigonus, Canipsa,  
Smila, Ænea. quarum regio adhuc Croissæa nominatur.  
Ab Ænea autem, (in qua finis enumerandarum vrbiū  
mibi factus est) iam ad ipsum Thermum sinum cursus  
clausis extitit, & ad terrā Mygdoniam, donec ad Thermam  
quò præceptum erat, peruenit, & ad urbem Sindum,  
& ad Chalestram super Axium sitam flumen, quod My-  
gdoniam terrā dirimit à Bottiæide, cuius terræ Bottiæidis  
arcum ad mare locum obtinent vrbes Ichnæ & Pella. Hic  
nauales copiæ circa flumen Axium & urbem Thermam  
& alias in medio horum vrbes statua habuere, regem op-  
perientes. Huc peruenire volens Xerxes, Acantho profe-  
ctus cum terrestribus copiis mediterranea præcidebat,  
peragrans Paxonum agrum atque Cretonicum, super  
annem Chidorum, qui è Crestonæis initio sumpto, per  
terræ Mygdoniam fluens, in paludem quæ est supra Axium  
euoluitur. Hac iter faciente Xerxe, leones impetu de-  
derunt in camelos qui conimeatum portabant. Sub no-  
tum enim relictis locis consuetis eò descendebant, nullo-  
que alio neque iumento neque homine tacto, in camelos  
graſſati sunt. Cujus rei causam admiror, quod leones,  
quoties aliunde eis est quo indigent, abstinent ab inuaden-  
dis camelis: quod animal nunquam antea nece experti fu-  
erant illi, nec viderant. Sunt autē per ea localē leones multi,  
& boues agrestes prægradi bus cornibus, quæ ad Graecos ve-  
niunt. Leonū autē terminus est Abderorum flumē Nestus,  
& Achœ.

Miror au-  
tem qui hec et  
vel leones à c<sup>o</sup>  
tatis quidem  
abstineret, ca-  
melos autem  
inuaderet.  
quod animal  
sæ.

¶ Achelous, qui per Acarnaniam fluit. nam oemo aut ad auroram trans Nestum usquam gentium viscerit leonem in Europa, aut trans Acheloum ad Hesperum in reliqua continente: sed in horum fluuiorum medio leones lignuntur. Postquam autem Thermam venit Xerxes, ibi substitit, tantum maritimis spatij occupantibus castris quantum est ab urbe Therma & Mygdonia usque ad confluentem Lydei & Haliacmonis, ubi agrum Bottiacum Macedonicumque disternunt. In his locis statua habuerunt barbari: quibus potantibus solus ex ijs qui commemorati sunt annibus Chidorus è Crestonæis suens non superavit, sed defecit Xerxes è Therma prospiciens Thessalicos montes Olympum & Oslam præcessare magnitudinis, audientes in medio eorum anfractum angustum esse, per quem fluit Peneus, & illic viam esse quæ in Thessaliam fert, cupido captus est nauigandi ad Ostium Penei inspiciendum: quia superiorum viam tenenti erat cundum per Macedones supernè habitantes ad Peræbos, præter Gonnum urbem. nam hac tutissimum iter esse audiebat. Atque ut concipiuit, ita & fecit. itaque consensu nauis Sidonia, (quā semper consendebat quories ei tale aliquid facere libebat) extulit signum certis nauibus proficisciendi, relictis illiæ terrestribus copiis. Eò postquam peruenit, ostia Penei contemplantem ingens admiratio quum subiret, accitos viæ ductores interrogauit nunquid humen posset auerti, ut aibi mare ingredieretur. Narratur autem Thessalia quondam lacus fuisse, ut pote conclusa vndique præ altis montibus. nam quod Thessalia ad auroram spectat, id Pelion & Ossa innotet inter se radicibus præcludūt: quod ad ventum aquilonē, id Olympus: quod ad Hesperū, id Pindus: quod ad meridiē & ventū austrū, id Othrys: quod inter hos montes mediū, id Thessalia est, ita deuexa, ut cū alijs frequentes emines in eam defluant, tum hi quipque præcipui, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamisus: qui ē montibus Thessaliam cingentibus in eam planitiem confluentes per nouum anfractum & cum arctum in mare evadunt, in unam aquam omnes redacti: qui simulac consenserunt fecerunt, Peneus retento suo nomine, cæteros innominatos reddidit. Fertur quondam quum noudum esset

, Hæc autem hic anfractus per quem flumina mearent, hos fluuios &  
 quæ dicebat, præterea lacum Boebeidem non fuisse nominatos quem-  
 ad Alexæ h-  
 admodum nunc, & tamen non minus quam nunc fluxisse,  
 beros specia-  
 bant, quod sed suis fluentis omnem Thessaliam effecisse pelagus. Ipsi  
 quæ Thessali quidem Thessali memorant Neptunum fecisse conuallem  
 essent, primi per quam meat Peneus, haud absurdè sentientes qui enim  
 inter Græcos  
 regi se tradi-  
 diissent; existi  
 mabantq; Xer-  
 ces illos a tu-  
 ta eanone a  
 mictriam (ut  
 confadratio-  
 ne) libi spon-  
 dete. Id est.  
 Hæc autem di-  
 cebat de Thessa-  
 bo, ratione ba-  
 tua illius quod  
 Alenado fecce-  
 rent. Sperabat  
 cum tota nati-  
 onem factum il-  
 lorum militari-  
 gam.

2 caduceato-  
 res

\* Enienes  
 bi discuntur a  
 ceteris scripto-  
 ribus, de quib.  
 vide Stepho-  
 num. S.

aduersus regresli sunt partim inanes, partim terram & aquam asse-  
 quos i; Græci  
 percusserunt

hos, rebus  
 bene constic.  
 deo Delphi-  
 co decimam  
 adigete. Per  
 eftiamen &  
 paulo a' uer ex-  
 poni dixi-  
 tivimus.

Hæc autem hic anfractus per quem flumina mearent, hos fluuios &  
 quæ dicebat, præterea lacum Boebeidem non fuisse nominatos quem-  
 ad Alexæ h-  
 admodum nunc, & tamen non minus quam nunc fluxisse,  
 beros specia-  
 bant, quod sed suis fluentis omnem Thessaliam effecisse pelagus. Ipsi  
 quæ Thessali quidem Thessali memorant Neptunum fecisse conuallem  
 essent, primi per quam meat Peneus, haud absurdè sentientes qui enim  
 arbitratur Neptunum terram quatere, & quæ terra motu  
 diuicta sunt, huius deieisse opera, ei cernenti hunc locum  
 videtur Neptunus id fecisse. namq; diductio illa montium  
 (vt mihi videtur) terræ motus est opus. Xerxi autem inter-  
 roganti nunquid alibi exirent in mare ostia Penei, dedu-  
 ctores sui resu compertam habentes, Rex, inquiunt, nulli  
 sunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus quam iste  
 hic. cuncta enim vndiq; montibus redimita Thessalia est.  
 Ad hoc Xerxes dixisse fertur, Solertes sunt viri Thessali, qui  
 suz sibi imbecillitatis consci; iampridem cum alia prævi-  
 detunt, tum verò hoc quod regionem habeat facilem oc-  
 cupatu, & matutinè expugnabilem. Solum enim hoc esse ne-  
 gotiū, Numē obstructo anfractu, auersoq; aluco per quem  
 meat, in eorū terram inducere. à quo omnis Thessalia præ-  
 ter montes aquis obduceretur. Hæc ita se habere Xerxes  
 apud filios Alei dixit, quoniam Thessali è Græcis principes  
 regi se trididerant, ratus id illos per totam nationem di-  
 uulgaturos. Hoc loquitus, & locum contemplatus, Ther-  
 mani renauigauit. Vbi cōplutes dies circa Picci. et com-  
 moratus (nam montem Macedonicū, vt illac in Peræbos  
 omnis trāiret exercitus, tertia eius pars repurgabat) eodē  
 legati qui dimissi in Græciam fuerant ad terrā petendam,  
 aduersus regresli sunt partim inanes, partim terram & aquam asse-  
 rentes. Quam qui dederunt eorum, hi fuere, Thessali, No-  
 lopes, \* Enienes, Peræbi, Locri, Magnetes, Melienses, A-  
 sidi, Chæi, Phthiotæ & Thebani, cæteri q; Boeoti præter Thespia-  
 enses & Platæenses: cum quibus i; Græci Peræbi percus-  
 serant fedus qui bellum aduersus barbarum sumpserant.  
 fedus autem ita habebat: Quicunq; Græci se dedidissent  
 Persæ, non adacti necessitate, eorum decimum quenque,  
 rebus bene cōstitutis, se deo qui Delphis est deuotus. Ita  
 apud Græcos iuriandum se habebat. Xerxes autem ne-  
 que Athenas neque Spartam legatos terram petitum mi-  
 serat,

serat, ob id quòd quos antè Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in barathrum, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram & aquam ferre ad regē. Haec de causa nullos illuc ad petendū misit. Et Atheniensibus quidem, quòd ita legatos tractarint, quid triste contigerit nō queo dicere, nisi quòd eorum solum cum vrbe vastatū est: quod tamen ipsum non ea causa suspicor contigisse. Laedæmonius verò ira Talthybij, qui fuit Agamemnonis præco, incubuit. est autem Sparta Talthybij templum, cum eius posteris qui Talthybiadæ nominantur, quibus honor legationis Spartanorum semper tribuitur. Itaq; post eam rem Spartiatæ, quum lcta exta cis non essent, idq; diu continget, perçsi huius calamitatis Lacedæmoniorum, cœtu frequenter coacto hoc edictum proposuere, si quis Lacedæmoniorum velle pro Sparta occumbere. Tunc Sperthies Aneristi & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalibus & opibus inter primos, vltro se obtulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darij filio, ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquam morte obituros, miserunt ad Medos. Digna autem admiratione cum hæc audacia horum viorum, tum verba ab eis habita. Nam Sufatentes, ad Hydarnem Persam Arianæ oræ maritimæ præfectum venerunt: qui eos hospitaliter munificeq; acceptos, his verbis interrogauit. Viri Lacedæmonij, quid ita respuitis effici amici regis? certnate eniun ex me & meo statu quam scit honore prosequi rex viros egregios. vos itidem honoraturus si vos ipsi ei dederitis. Videamini modò apud eum viri egregij: quoniam singuli vestrūm rege donante, principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, num ex quo consilium tuum ad nos spectat atq; ad te, qui conditionis quam suades expertus es, nostraræ inexperitus. nam quidem eam nosti libertatem autem nondum expertus es, vtrum sit dulcis an non. quæ si ubi experta foret, non vt hastis se. vt securibus procedimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni responderunt. Dehinc verò vt ascenderunt Sula, & in conspectum regis venerunt, principio iubentibus satellitibus

condonem trā nostrā anteforam res duas inter se comparas non tibi aequaliter venia. Illud autem ogozri potest etiam veris certi, & si affi melius.

1 caducatores  
2 obcuri jocū præ. onto-  
rū ex Sparta  
3 sic & vos  
si regi vos tra-  
datis, ab illo  
singulis quip-  
pe qui magnā  
de vestra for-  
titudine opi-  
nionem con-  
ceperit) pri-  
cipatū ab-  
iun nationis  
Græciæ fuisse cō-  
sequuntur. Ad  
quæ illi respō-  
detes, Hydarnes,  
inquit, nō das nobis  
par vīrinque  
consilium. tu  
enim qui no-  
bis cōsiliū  
das. vnum ex  
peritus es, al-  
terum nequa-  
quam. nam  
seruus esse dī-  
dicisti. at li-  
bertas dulcis  
sit nēcne. nō-  
dum es expec-  
tus. Si enī il-  
lam expectav-  
es, non ve-  
hasti. &c. H-  
ic Gök iż, 58  
&c. poset &  
se veri. Non  
pari vīrinque  
ratione das ne-  
bit consilium  
Q. d. Quam  
suades nobis et

et negaverant  
se, vel si in ca-  
pitu proterude  
recur. h ec vi-  
lo mod. fa-  
ctuor. Adu-  
qui p̄brosis illa  
Principem d̄  
significat. Es  
am sensu quem  
Valle sequitur  
est videtur di-  
ctum suisse po-  
nu Herodotus.  
x̄z̄ x̄z̄ ȳz̄  
t̄z̄ x̄z̄ x̄z̄ x̄z̄  
Φαληρ αὐτος  
εἰσερχεται.

Sed alteri sen-  
sui videtur a-  
tius fore id  
absurdum.

et sed longo  
post tempore  
eiusdem exci-  
tata fuit in  
bello Pelopō-  
nesiorum &  
Atheniensium,  
ut Laced. a-  
iunt. quod  
milit diuin-  
m. contigisse  
videtur. Tal-  
thybij enim  
icam in nun-  
tios iſicubuit  
se. nec cessi-  
uisseptiusqui  
dilectissimis.

qui ad luendum pro illis p̄nam mittebantur: id et quitas postulabat: Gal ad verbum.  
Le droit le protot ainsi) ut vero ingruisse illam in eorum filios qui ad regem ob-  
gram illam ascendebant. Niclan Bulis, &c. Sed non videtur mendo vel possumen-  
du carere totus hic locus. præfertimq; illud ἐξῆλθι, pro quo ἐξῆλθος lego, eo sensu  
quem hic indicauis, qui tamen nec ipse mihi satisfacit.

bantur

ac vim afferentibus ut procumbentes regem adorarent  
& per capita eos ad id agendum impingentibus, negau-  
runt se vñquam id esse facturos. neque enim sibi esse con-  
suetud nem hominem adorandi, neque se ad id venisse.  
Posteaquam autem in hoc repugnauerant, secundo loco  
hæc & his similia dixere, Rex Medorum, nos miserant La-  
cedemonij ad luendam p̄nam pro ius legatis qui Spartæ  
interire. Hæc ictis dicentibus, Xerxes p̄tæ magnanimita-  
te negavit se fore Lacedemoniis timilem. illos enim inten-  
timentis legatis ius omniū hominum confusisse: se vero  
quod illis exprobaret, id non esse factum: neq; eos occi-  
dendo. Lacedemonios culpa soluturū. Hac re per Spartia-  
tas gesta, imptæ sens ire Talthibij cessauit: et si Spartam re-  
ueris Sperthie & Bule, longo deinde tempore interiecto,  
excitatū est inter Peloponnesos & Athenienses bellū, ve-  
Lacedemonij aiunt. quod mihi diuinitus maximè videtur  
esse gestū: quia ita Talthibij nuntios corripuerit, nec prius  
quieuerit. Quod autem ira incident in eorum qui ad regē  
ascenderūt filios, Niclan Bulis, & Aneristum Sperthiei fi-  
lium, qui p̄scatores Tirynthios in nauī operaria plena vi-  
ris nauigantes cepit, manifestum est apud me diuinitus id  
factum esse, ex ita dei: quod nūnq; qui in Attiam à Lacede-  
moniis mittebantur proditi à Sitalce Tirei filio Thracum  
rege, & à Nymphodoto Pythei filio viro Abderita, excepti  
funciuxta Silanthen quæ est in Hellesponto, & adducti in  
Atticam ab Atheniensibus necati sunt: cumq; iis Aristreas  
Adimanti filius Corinthius. Verū hæc multis post regis  
expeditionem annis gesta sunt. quæ expeditio (ut ad supe-  
riorem orationē redeam) nomine quidem tendebat con-  
tra Athenas, te tamen vera contra cunctam Græciā. Eam  
diu ante Græci quū audissent, non perinde omnes affecti  
sunt. namq; qui terram & aquam dederant Persæ, fidu-  
ciam animo præsumebant tanquam nihil ingratum pa-  
sus à barbaro, qui non dederant magno in metu verla-  
ditcessisse.

habatur. quippe quum nulla tanta classis esset in Græcia, quæ  
 posset excipere inuadentem, præsertim pletisq; bellum detre-  
 stibus, & libenter ad partes Medorū inclinantibus: Hoc  
 ego loco necesse habeo ferre sententiā apud multos quidē  
 homines inuidiosam, non tamen quod inibi videtur verū  
 dissimulabo: an Athenienses formidantes periculū quod  
 impendebat, patriā deseruissent: an, nō deserentes, sed per-  
 manentes sc̄ se dedillettent Xerxi, nihil omnino aduersus re-  
 gē in mari facere conati: an nemo mari te oppoluisset Xer-  
 xi: atq; hæc in cōtinenti gesta essent: an etia multæ Ioricae  
 essent muris inductæ à Peloponnesib; per Isthmum: an  
 proditi à sociis Lacedæmoniis iusq; nō voluntariis, sed per vr-  
 bes à clasie barbara occupatis, ac deserti fuitissent: deserti q;  
 & magna opera aggressi, generosè occubuerint: an hec pat-  
 si essent: an, priusquā viderent alios Græcos cū Medis sen-  
 tientes, cum Xerxe depauci essent: atq; ita vtrinq; sub Peisīs  
 Græcia fuisse. Nam murorū apud Isthmum loricatorum  
 quenam vtilitas fuisse regi mari potiente, à nemine quiui  
 audire. Nunc autē si quis Athenienses Græciæ liberatores  
 extitisse dicat, profecto nō aberrauerit à vero. nam vtrò se per isthnum  
 illi applicassent, hæc partes erāt præponderaturæ: quū vero  
 prætulerint Græciā præstare liberaim, nimirū ipsi fuere qui  
 quicquid Græciæ reliquū erat cū Medis non lentiens ere-  
 xerunt: quinq; secundū deos, regem repulerūt. Ac ne oracu-  
 lis quidē horrendis ac terribilibus, quæ è Delphis veniebāt,  
 inducti ad Græciā deserendam fuerunt, sed persistentes cō-  
 stituerūt: excipere hostem sua inuadentem. Si quidem consul-  
 toribus Delphos mislis, vti oraculo volebant: iusq; factis a-  
 pud templū quæ ritus postulabat, ædē ingredi confederūt.  
 Quibus Pythia cui nomen erat Aristonice ita respondit,  
 si caperentur soli remansisse: et. soli autem remanentes, pteclatis in prælio  
 actionibus cultis, pteclarante orbe occubuerint aut, inquam, hic illis exitus  
 coniug. sit, aut ex eis Græcos Medorum partes iam antea lequi videntes,  
 cum Xerxe depauci fuisse: atq; ita vtrolibet modo Græcia in potestatem Me-  
 dorum venisset. Ne que cuim ex quoquā intelligere possim quid pro futurū  
 fuisse muti per Isthmum ducit, si rex mari potius fuisse. Nunc igitur  
 id est quæ quum ita se habeant: si quis Athenienses Græciæ liberatores exiūss  
 dicat pteclat. Sed hic voca in vulg. edit Græciū non carerit. neceps enim est ut initio ante  
 et Alio auctorissima esse dicamus particulam. Et non procul inde interpu-  
 sionem quæ illi post Hæc, in de tristatam post bā, auctor collocemus. Sed et haec  
 suscipiunt, et rauca rixatam in agit.

Non tam  
 quod mihi  
 ver. esse vid.  
 subiacebo. 38  
 Athenienses  
 imp̄ decus  
 periculi ma-  
 tu partea de-  
 seruerent, aut  
 nō dei. leo an  
 ea pericula-  
 tes, ne Xerxi  
 deducissent,  
 regi mari ro-  
 filtere nulli  
 conati fuisse  
 licet. quod &  
 mari nullus  
 Xerxi nichil  
 fec. etrea cer-  
 te ita coni-  
 gili. ut: Quia  
 mūri a Pe-  
 loponnesib.  
 duici esse  
 mūti. lori-  
 cis sunt, La-  
 cedæmoniij  
 (vbi eos socij  
 prodidissent.  
 non sua qui-  
 dem sponee,  
 sed necessaria-  
 bes si illatione  
 à clasie barba-  
 ri)

2 Pro. Globefo.  
i. rotunda.  
3 Legit atra-  
gatis, pro ev-  
eryfois. Et  
proclaimo cur  
va reponedam vi-  
detur accusati-  
onem curram ut  
huc Oracu re-  
pondeant. Tunc  
autem fineris Afri-  
agenae dictum  
pro Afriagenē  
ut si quis ex O-  
mni genū faciat  
accusationē O-  
mni gena pro  
Omni genē.

*Recte legit  
tu ror, pro qui  
ben in vulg e-  
dis. habentur  
rbor.*

4 madere  
s uideatur phra-  
si Graeca  
ēpōīē tū h̄ē  
dūce respon-  
dere potius La-  
tina. ut qui ma-  
ximē. ut sūs. vir  
illustru (vel po-  
et) Vir spēda-  
rū) ut qui ma-  
ximē. ut illa  
verba Graeca  
cum dōxe⁹  
iungantur. non  
cum tunc⁹  
dūc.

6 oliuꝝ pal-  
mitū. Non sa-  
men simpliciter  
inveniuntur  
sunt aliꝝ palmi-

*Quid miserae sedes populus i fuge ad extimacionem,  
AEdibus & globis de fertu collibus urbis.  
Nam caput & corpus minimè sincera manebunt,  
Ex ten. ius pedes poterunt superesse manus ve.  
Ant medium sed ea ignis edax deformia reddet,  
Et Mars acer equum urgens A si gena curru.  
Atque aliza plerasque iusas non solus arces:  
Per multosq; d cum scinis dabit ignibus ades,  
Quas ego prævidi iam nunc sudore madentes,  
Atque metu tremere, & de laquearibus altis  
Nigrantem cogente malo manare cruxorem:  
Ita sed ex adyto atq; malu effundite mentem.*

His auditis Athenienium consultores maximo sunt mætore affecti. quibus inter se se agitantibus tam triste respōsum, Timon Androbuli filius, vir apud Delphos illustris suus sit ' hæc fere, ut sumptis oīcæ ramis de integrō reuecterentur ad consilendum suppliciter oraculum. Obtemperantes ei Athenienses dixerunt, O princeps, reddē nobis oraculum melius de patria, in honorem horum<sup>6</sup> palmitum, quos gestantes ad te venimus. alioqui hinc abs te non abiuri sumus, sed in hoc adyto ad obitum usq; permanfui. Hæc diceutibus, antistes iterum hoc modo respondit,

Pallas olympia cum multis horcatibus iſa,  
Et precibus blandita ſouem placare nequirit,  
Hoc tibi ſabor item reſponſum, ad amantipr pinquans  
Nam captis reliq; que limes Cecropis ore  
Intus habet, quodcumq; ſacer penetrale Citharon,  
Iupiter è ligno muris Tritonida donat:  
Qui ſoli inuicti tibi ſint natisq; ſaluti.

Tu vero aduentum peditumq; equumq; quietus,  
Terrestresq; acies ne praestolare : sed hosti  
Terga dato , vel si tibi fors erit obnins usquam.  
Divina ò Salamis mulierum pignora perdes,  
Usquam vel Cerere sparsa, coerule vel usquam.

Hæc legati, ut erant, ita arbitrati prioribus mitiora, postquam conscripserunt, Athenas redire, reuersique ad populum recitauere: & quum aliæ multæ sententiae essent oraculum interpretatum, & ex plurimùm perplexa, quidam è maioribus natu dixere, videti libi deum respondere posse, sed q. d. supplicatorij palmites alina. Saluandi

saluam fore arcem. olim enim Atheniensium arcem præ-  
septam vallo fuisse. & ij quidem interpretabant vallum  
esse hunc ligneum murum. Alij verò dicebant deum signi-  
ficare naues: easq. ceteris omissis ædificari iubebant.<sup>2</sup> Ve-  
rū eos qui aiebant naues esse ligneum murum, fallebāt,  
vel Cerere sparsa, coeunte vel viquam. Circa hos versus  
confundebatur eorum sententia qui classem volebant esse  
ligneum murum. nam qui oraculum interpretabantur, in  
eam sententiam accipiebant, fore ut ipsi instructa classe ad  
Salaminem pugna nauali succumberent. Erat autem inter  
Athenienses quidam qui in primores tecens peruenerat,  
<sup>3</sup> nomine Themistocles, Neoclis filius, qui negabat inter-  
pretes omnia rectè coniectare: <sup>4</sup> quod diceret, Si clades  
quæ prædictitur, ad Athenienses spectaret ullo modo, non  
ita placide nobis deuin fuisse responsurum, sed sic o Salamis  
miles pro eo quod dixit, o diuina Salamis: si circa eā  
fui incolæ forent appetiti. Sed rectè coniectantibus sen-  
tentiam à deo contra hostes editum esse oraculum, non  
contra Athenienses. Itaq; suadebat ut sese instruerent tan-  
quam prælio nauali certaturi, & tanquam hic esset ligneus  
murus. Hanc Themistoclis sententiam Athenienses po-  
tiorem esse censuerunt quam illorum qui interpretantes  
oraculum, diluadabant apparatus pugnæ naualis: sed hæc  
esse in summa sententia dicebant, non leuandam in ho-  
stem manum, sed ex Attica regione demigrandū, & aliam  
incolendam.<sup>5</sup> Exutit & alia ante hanc Themistoclis sen-  
tentia ad tempus egregia: Quum magna vis pecunia è  
proventu metallorum quæ sunt è Laureo, esset in xratio  
Atheniensium, eaq; esset æquè diuidenda viritum denis in  
singulos puberes drachmis, tunc Themistocles hanc dis-  
suavit Atheniensibus distributionē, sed ex pecunia classem  
ducentarum nauium ad Ægineticum bellum comparare

<sup>1</sup> cuiocomen quidem erat Themistocles, sed vocabatur Neocli-  
tius. Is ne-  
gabat. &c. <sup>4</sup> talia dicens, Si alii Athenientes spectaret illud catimen, noui-  
videtur mihi tam mire respondum rediturus deus fuisse, sed pro eo quod dixit  
Diuina ac Salamis dicturus fuisse At Salamis miles; si quidem circa ipsam fui  
incolæ essent appetiti. illiigitur qui recte coniectaret, <sup>Inde est. Illius igitur in-</sup>  
<sup>dictio qui ore</sup> deum aduersus hostes hoc oraculum, non aduersus Athen. edi-  
ctile. <sup>5</sup> Ceterum alia quoque Themistoclis sententia ante hanc opportune  
primas partes obtinuerat. i. Ceterum ipso primo cedebat quod antea aij Themistocles  
sententia prime partes delatae essent.

suscit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ salutem attulit, cogenos Athenienses nauticos fieri. & quanquam hæc classem cum usum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in utilitatem Græciæ cessit. Ista igitur iam præparata quum præstò esset, & alterā exædificari oportet, placuit Atheniensibus, inito post oraculum consilio, barbarem Græciam inuadentem cum nauibus operiu vniuersi-

i vna cum  
Græcis eadem  
volutate pre-  
dictis.

sos, deo obsequentes, i vna cum Græcorum voluntatis. Et hæc quidem oracula Atheniensibus sunt reddita. Coactis autem in eundem locum Græcis qui per Græciam melius sentiebant, interque se colloquuntis interpolata fide, ibi consilio habito visum est ante omnia tristis facien-

<sup>2</sup> Fortasse  
<sup>περθητική</sup> Χείρ  
μάτος πάν  
των της απόδοσης  
ποτέ οικρασία  
νοστρας Ερανού  
τους Ιάγες.  
Certe interpre-  
verba hac  
Græca fer-  
re non possum.

dum pecunias debitas, & inimicitias & hostilitates. Erant autem cum alia aliorum bella, tum verò maximum inter Athenienses & Eginetas. Posteaquam autem Xerxes cum exercitu Sardibus esse audiere, Athenienses decreuerunt cum aliquos in Asia mittendos ad res regis explorandas, tum nubios partim Argos, ad contrahendam aduersus Persiani bellis societatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filium, partim in Corcyram, partim in Cretam, iubentes opem Græciæ ferriri: eo animo ut si fieri posset, omnis vis Græca unum esset, & ad idem agendum omnes incumberent, tanquam calamitate cunctis Græcis impendente. Ferebantur autem res Gelonis magnæ esse, nec multo minores quam Græcorum. Vbi hæc eis placuerat, & in gratiam inter se redire, principio speculatores in Asiam iras viros misere: qui quum Sardis venissent, in speculando regis exercitu deprehensi sunt, & à ducibus pedestriū copiarum torti, deducebantur tanquam peritus voc illam Græciæ reddidit. ex paulo ante dixit. Adres regi exploran-

<sup>3</sup> Redisse inter  
speculatorum explo-  
ratores hic  
in sequent. Iu-  
ci, et alibi ipse  
voce illam Gre-  
ciæ reddidit.  
ex paulo ante  
dixit. Adres

ri, lata in eos mortis sententia: Id ubi Xerxes audiit, reprehensio ducum sententia, mittit quosdam è satellitibus, iubens ut si viuos adipisceretur speculatores, ad se deducerent. Eos adhuc superstites adepti satellites, prehensoris in regis conspectum adduxerunt. Scilicet unus rex quod de causa venissent, præcepit satellitibus ut homines circumducerent, peditatum omnem equitatumque ostentantes: & eos, ubi contemplando illa expletu fuisse, sine noxa dimitterent quocunq; locorum rebusisset. Hoc Xerxes ea ratione imperauit quod cogitabat fore, ut si speculatores

accati

ne necati fuissent, neque Græci præscicerent potentiam suam esse fama maiorem, neque quipiam ipse laderet hostes, tribus viris interemptis: at iisdem in Græciam regres sis, forte ut Græci (ut se opinari dicebat) auditis rebus suis, antequam exercitum compararet, propriam libertatem traducerent, atq; ita non oporteret suscipere molestiam de exercitu in eos ducendo. Hęc sententia Xerxes cum altera quadam cōgruit. nam quū Abydi ageret Xerxes vidi naues cursum tenentes per Hellespontum, quæ frumentum è Ponto in Æginam Peloponēsumq; portabant. quas vbi audiere eius ailestiores esse hostiū, sc̄e ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi p̄cipieret. Xerxes eos interrogauit quónam illæ tenderent: qui quum respondissent, Ad hostes tuos, domine, frumento onus: tunc Xerxes excipiens inquit, Nōnne eodem quā isti, & nos naingamus, tum rebus aliis, tum verò frumento instruti? quid igitur hi officiunt n̄c̄bis, quibus conimeatum portant? Cæterū speculatores illi reb. inspectis dimissi in Europam rediere. Post quorum redditum Græci qui contrā Persam coniurarant, nūtios iterum Argos misserunt. Quib. Argii responderūt res suas ita habere: Audile se iam inde ab initio barbarum excitasse aduersus Græciam bellum, & quin accepissent intellexissentque Gr̄cos sc̄e colligere tentaturos Persæ oblitore, principes suisse mitendi Delphos qui deum consularent quid sibi optimè facientibus esset euentum. (nuper enim sex millia suorū fuisse interempta a Lacedæmoniis & Cleomenē Anaxādridæ filio, eaq; de causa sc̄e mitisse,) & iis qui miseri fuerant interrogantibus, sic Pythiam respondille,

Finimus in ore, deus dilecte beatus,  
Interius tutamen habens, impune maneto,  
Et tutare caput: nam membra tubitur illud.

Hęc illis Pythia prius responderat. Postea verò quām nūtij Argos venerūt, senatumq; ingressi mandata retulerūt, Argii responderunt ad ea quæ dicebantur, se promptos esse in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, per cuius sorte: sed ea cōditione, vt dimidium imperij penes se edet. quām quām enim ius imperandi ipsorū esset, tamē dimidio imperij sc̄e esse contentos. Hoc aiebant laui-

senatū respondisse, quanvis dissuadēte oraculo societatem contrahere cum Græcis. quod et si formidarent, tamē propterare ut fœdus triginta annorum feriretur: intra quos annos liberi sui in virilem ætatem adolescerent: hac videlicet ratione, ne si qua calamitas ad superiorē accederet in bello Persico, nisi fœdera forent, in posterū subiecti Lacedæmoniis essent. His dictis Argiōrū à senatu, quidam è nuntiis Spartanorū ita respondit, quod ad fœdera quidē attineret, se ad eos qui plures essent relegare: quod autem ad imperiū, id verò sibi demandatum esse, ut responderet dicerentque, Spartanis duos esse reges, Argiuis unū, ideo non posse fieri ut alterutro Spartæ regi abrogaretur imperiū: & nihil obstat quoniam cum iis duobus rex Argiūus parem dignitatē obtineret. Ibi Argiui negare se per pessimos insolētiām, sed præoptare a barbaro imperari sibi, quam Lacedæmoniis cedere. Atq; ita edixerunt nuntiis ut priusquam occideret sol, ex agro Argiō excederent, alioqui hostiū loco futuros. Hoc ipsi Argiui sic se habere memorant. aliter ta-

*1 Portasse phra mea per Græciam narratur, Xerxem antequam bellum  
fī Græca respi- Græciæ inferreret, misisse Argos caduceatorem: quò quum  
des posuit no- peruenit, ita fertur verba fecisse, Viri Argiui, Xerxes rex  
fra. En amor hęc vobis inquit, Nos arbitramur Persem, ex quo nos pro-  
fauit cau. Tro- geniti sumus, fuisse filium Persei Danaes filij, ex Andromede  
dīπασχέλλο- pīpīus autem da genitū, quę fuit Cephei filia. ita ex vobis otius sumus.*

*legitur &  
ēπασχέλλο  
pīpīus,  
2 Vide annos. re. nā si mihi ex sententia succedit, nullos pluris quam vos  
qua proximam faciā. Hęc Argiui quum audissent, rem confecisse dicu-  
precedit.*

*1 a bello ab- flinerent. tur, & à principio dissimulantes quod actū eslet, nihil po-  
poscisse Græcos: sed quum ab illis reprehenderentur, tūc*

*4 Cum qui- bus istud cō- gruiſſe: vel, Quibus conſen- tanem ſuiffe quidam Græ- quod multis post hęc an- tis contigit. gnati id Lacedæmonios non con- cessuros, ut hoc prætextu 'otium agerent. \* Cui rei compe- tit, quod quidam Græcorum multis postea annis gestū fuisse memorat. Quum Sufis Memnoniis alterius negotij gratia effent Atheniensium nuntiū, Callias Hipponici filius, & col- corum narrat legę qui patiter ascenderant, cōrigit ut Argiui & ipsi per id tempus Sufa mitterent nuntios, qui Attaxerixem filiū Xer- his interrogarent ad amicitiā quam cum Xerxe contraxis- icat,*

sent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostibus habe-  
rentur. Quibus Artaxerxes, immo vero maximè perdurare

i ad ea dicē-  
da remiserit,  
& an Argiuo  
rum nuntij

respondit, nullamq; sibi ciuitatē amiciorē putare quam

ad interrogā-

Argos. Verū an caduceatorem Xerxes Argos' misserit

dum Attaxet

ad ca dicenda, & an Argiuorū nuntij qui Sufa ascenderunt,

xem de amici-

Artaxerxe in de amicitia interrogauerint, pro cōperto di-

tia, Sufa ascē-

cere non possum, nec vllā de his aliā proferre sententia nisi

detinet, pro

quam Argui proferunt. Id demum scio, si omnes homi-

comp.

nies qui domesticā mala in inedium contulissent, cum vici-

niis inutare volentes, mala vicinorum intuiti fuissent, li-

benter reportaturos rursus singulos ea quæ ipsi attulis-

sent. Ica non turpislimè ab Argiuis actū est. Ego verò quæ

dicuntur dicere debeo, attamen nō omnino omnibus cre-

derem: quod in vniuersum à me dictum sit. quoniam & hoc

narratur, Argiuos existisse qui Persam in Græciam accer-

sierunt, posteaquam cum Lacedæmoniis malè pugnassent,

præ dolore præsenti quiduis præoptantes. Et de Argiuis

quidem dictum est. In Siciliam aut ad agendum cum Ge-

lone, tū alij nuntij à sociis iere, tum vero à Lacedæmoniis

Necifici ( vel

Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit OEcetor, qui in

antiquis sacro-

Gela conderetur à Lindius, qui sunt è Rhodo & Antiophe-

rū dñs inferu)

mo, assumpitus non est. Interiecit tamen tempore, poste-

fuerunt, quā

ri eius deorū inferotum sacerdotes illic persecuerunt.

Telines, vpus

oriundi à Teline, uno ex ea familia, qui eos illic collocauit

quidā ex pro-

hunc in modum: Quidam viri Geloī per seditionem eiecti,

genitoribus

in Mactorium vrbē quę sita est super Gelam, profugerūt:

hanc dignitatē

bos Telines Gelam deduxit nullis vitorū copiis adiutus,

hoc modo

sed horum deorum sacrī. quæ vnde accepit, an ipse pos-

acquisiūisset.

federit, id verò dicere non possum. His sacrī fretus, eō de-

At Valla cum

duxit illos vbi posteri sui deorū sacrificuli essent. Quæ res

in aliis pecca-

mihi admirationi fuit, præter ea quæ audio, tantum opus

tum in eo

Telinem effecisse: qualia opera non à quocunq; viro effici

quod ita vertit

### D iiij

sacrifici essent. Ad hoc loquendi genus paſſim impingit hic interpres.

i Sensibus

loci postulare videtur ut ψυχὴ οὐκεὶ respondeat ad verbū ei quod dicimus. Bon

esprit: ut totū hanc locū sic interpretemur: Neq; enim in quemlibet talia facta cadere

exstimo, sed in eum demum qui acuto ingenio vtiliq; robore sit præditus. At

qui cum Siciliæ incolæ conteratia his à natura habuisse fecunt, vt qui effemina-

tus ac mollior fuerit. Illud quoq; n̄ḡos n̄ videtur aliter accipiendum, & co-

modio que vtimur propositione. Ad. quam dicimus, Obſtrupuit ad bacū vices.

consueuerunt, sed ab eo qui sit castiogenij, robustaque  
præstantiae. Quanquam ut fertur ab incolis Siciliæ, fuisse

**I** Omittitq; natura effeminatum ac viro molliorem. Hunc in modum  
q; quod re ille dignatem hanc adeptus est. Cleandro autem Patraco,  
sonder pre qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, vita functo,  
e d'or' iλογα. (a Sabylo autem viro Geloo fuit interfactus) ibi frater  
q; d'or' iλογα ver eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem ob-  
be... ad con- tinent, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis  
fons... ad multis, quorum unus erat Ænesidemus Pataici filius, sa-  
m... ipso non celles Hippocratis: qui non diu post ob virtutem declara-  
n... i... sed tus est totius equitatus praefectus, nam quibus in bellis  
n... n... Hippocrates obsecrit Callipolitanos, Naxios & Zancleos.

**S** Leontinos, pugnauitque cum Syracusanis & permultis  
barbarorum, in his belis Gelon extitit vir præclarissimus:  
adq; vt nulla omniū quas retuli ciuitatum effugient Hip-  
pocratis dominationem, præter Syracusanos, quos pugna-  
ad flumen Elorum superatos Corinthij Coreyræique libe-  
rauerunt: sub hac tamen conditione, vt Syracusanis Came-  
rinam, quæ ipsorum quondam fuisse, Hippocrati trade-  
rebat. Hippocrates autem quum totidem annos quot fra-  
ter Cleander tyrannidem obtinueret, illato Siculis bello,  
ante urbem Hyblam periit. ita Gelon per causam tuendi  
liberos Hippocratis, Euclidem & Cleandrum, ubi ciues,  
qui ab eis audierunt, quod amplius audientes esse, prælio vicit  
Kamarinae. Ipse Gelorum imperium adeptus est, liberis Hippocra-  
tis dominatu stradatis.

\* Post hoc commentum, quodam  
Syracusanos qui Gamori vocabantur, à plebe suisque ser-  
uis qui \*Cyllirij nominabantur, electos, in patriam ex ur-  
be Casmena reducendo, potitus etiam est ipsis Syracusis.  
Nam ei venienti plebs Syracusana & urbem & seipsum de-  
dit. Quam Gelon ubi accepit, Geiam quam tenebat mino-  
ris faciens, Hieroni fratri demandauit, sibiq; Syracusas ha-  
buit, & quidem pro omnibus urbibus. id eo que ea ciuitas  
confestim excucurrit atq; propagata est. nam deductis  
eo Camarinois oīnibus Gelon ciuitatem dedit, Camar-  
ina euersa: dimidioque & eo amplius Gelorum itidem  
vt Camarinæ fecit. Necnon Megarensium qui sunt in  
Sicilia, quum obcessi ad deditionem venissent, locupletif-  
limos quoque, qui bellum ei intulerant, & ob id se inter-  
fectum

sectum iri putabant, Syracusas traduxit, ac ciuitate donauit: at plebem Megarensim que belli mouendi fuerat expers, quæque nihil malis te pallioram expectabat, Syracusas adductam venum dedit, ex Sicilia alspottandam. Idem hoc fecit Eubœenibus qui sunt in Sicilia, proceres à plebe distinguens. Hoc augem ideo de utrisque fecit quod arbitratetur contubernium plebis rem esse molestissimam. Ea ratione in ignus tyrannus effectus est Gelon. Ad quem legati Græcorum, posteaquam Syracusas coramque vencunt, ita loquuti sunt. Lacedemonij pariter & Athenienses eorumque socij nos misere ad te in societatem aliquendum aduersus barbarum. nam prorsus audisti bellum Græciæ interfici, iuncto pontibus Hellesponto, vitum Perian, secum omnes Eoas ex Asia copias ducentem: per simulationem belli Athenis inferendi nos inuidentem, i His verbis, quum in animo habeat omnem Græciam redigere in suā quibus eos potestate. Tu igitur, cui magna potentia adest, nec di- nima Græciæ portio, quūlis Siciliæ princeps, fert opem iis qui Græciam a seruitute vindicant, eamque vocum illis i quum ipsi liberato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna ma- pereant mil aduersus exercit barb. fer- nus, pugnaq; pates inuidentibus nos: quod si nobis alij proditores fuerint, alij otiosi sedeant, id sincerū quod su- pererit Græciæ, exiguū erit. unde periculum est ne omnis laueritis. Græcia pessum eat. Neq; enim speraueris Persam, si nos i & obtestabat ut pernas necis Doris Anaxandridæ tatis. Rei bono cōsilio gestæ letus plerunq; est exitus. Hæc filij ab Æge legati dixerunt. Quibus respondens Gelon, 'multus in hac oratione fuit, Viri Græci, inquit, insolentem habetis ora- tionem, qui ausi estis me adice, hortantes ad ineuendam ad uersus barbarum societatem: 'quum ipsi me orantem uenerunt: prius aduersus exercitum barbaricum recusaueritis sociū. i Itaque pet nam dum mihi erat cum Carthaginensibus certamen, in- cumbenti ad ultionem necis Doris Anaxandridæ filij de Ægestanis exigendam, offerebamq; me adiutorem ad li- beranda emporia, unde vobis magna emolumenta atque Per vos pō sit voluntates prouenerant: vos neque mei adiuuandi, ne que ultionis de nece Doriana exigendæ gratia venire baru posse de voluistis. Itaque quantum in vobis est, omnia hæc iur.

<sup>1</sup> Nunc postquam translati sunt ad vos belli gerendi vices, ita demum Gelonis recordari estis. At enim dedecore a vobis affe-  
ctus. vos ne quaquam imita-  
tur: sed ope-  
rem ferre pa-  
ratus sum du-  
centarum tri-  
remium. &c.  
<sup>2</sup> Est tamen ad verbum. Suppe-  
ditans ducet ae-  
triremes. & vi-  
ginti milia ar-  
mat. eodemq;  
mo deinceps.

<sup>2</sup> Lacedæ-  
moniorum  
nuntium an-  
teuert.

<sup>3</sup> At nos ad illam quidem tuam petiti-  
onem qua vniuersi Græ-  
corum exer-  
citus imperiu-  
postulabas,  
silegium te-  
nuimus, con-  
tenti Lacedæ-  
moniorū re-  
spōso esse vo-  
lentes. quod pro virisque sufficere pos-  
sesciebamus:

Iam vero, quum tu vniuerso imperio exclusas? i.e. postquam denegatum tibi est vniuersum imperium) nauale postules, ita habeto, nos ne permittante quidem id Lacedæmonio, permisuros.

à barbaris possidentur. Verum nobis hæc n melius reci-  
derunt. nunc quoniā circumuenit vos atq; itagit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contemptus à vobis, nō ero vestri similis; sed paratus sum id ope in teren-  
dam ducentarum tremium, & viginti milium armato-  
rum, ac duūm millium equitum, totidemq; frenariorum, to-  
tidemq; leuis armaturæ, totidem sagittariorum, totidem  
funditorum. Sed & rem frumentariæ cunctis Græciæ co-  
piis, donec fuerit debellatū, suppeditaturū ne recipio. Sed  
ea lege hæc pollicetur ut ego sim aduersus Barbarū Græco-  
rū imperator: aliter neq; ipse venire, neq; alios mitterem.  
Ea Syagrus audiens, nō tulit: sed O quam vularer, inquit,  
Pelopides Agamemnon, si audiret Spartatas imperium  
subdidisse Geloni atq; Syracusanis. Tu verò ne feceris hu-  
ius rei mentionem amplius: sed si tibi animus est opem  
ferendi Græciæ, esto sub imperio Lacedæmoniorum: si de-  
dignaris subesse, non habe animum opem ferendi. Ad hæc  
Gelon, vbi vidit verba Syagri auersa, hanc ad extremum  
protulit orationem, Hospes Spartiates, contumeliaz homi-  
ni factæ solent irritare indignationem. verum tu contu-  
meliosis in me verbis inuehens, non tamen induces me ad  
vicem contumeliosè reddendam. Sed quando vos ita im-  
perium amplectimini, multo me magis quam vos decet il-  
lud amplecti, qui multo maiorum copiarum ac plurimi  
nauium imperator sum. Cæterū, quoniam ista oratio  
vestra in contrarium nititur, nos aliquantum à superiore  
nostra oratione decedemus: Si vos terrestribus copiis pre-  
fueritis, ego nauticis præcerō: si vos mari imperitare suuat,  
ego terrestribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet  
vos aut alterutra harum rerum esse contentos, aut his so-  
ciis destitutos abscedere. Hanc Gelon conditionem offe-  
rebat. Cui prius Atheniensis Lacedæmonios anteuer-  
tentis, ita respondit, Rex Syracusanorum, Gracia nos ad te  
misit non imperatorum iudiga, sed exercitus: tu verò præ-  
te fers non missurum te exercitum, nisi sis Græciæ impe-  
rator: videlicet ut illi imperes affectas. Itaq; quantum ad  
esse ciebamus:

eams

eam partem pertinet qua cuncto Græcorū exercitu præ-  
 esse postulas, sufficerit nobis Atheniensibus silentium a-  
 gere, intelligentibus Laconem fore idoneum ad redden-  
 dam pro vtrique rationem: quantum autem ad illud atti-  
 net, quod poscis ut vniuerlæ classi præfis, ita habeto: nos,  
 etiam ut Lacon permittat, non esse permisuros præesse te  
 classi. nostrum enim munus hoc est, nisi Lacedæmonij id  
 velint: quibus præesse classi volentibus non contradicere-  
 mus, alteri vero concederemus nemini. nam alioqui fru-  
 stra plus nauium quam cæteri Græci possideremus, si Sy-  
 racusanis imperium cederemus, qui sumus Athenienses,  
 & antiquissimæ originis, soliq: Græcorum qui nunquam  
 solum vertimus: è quibus vitum instruendo ornandoque  
 exercitu aptissimum Homerus etiam versificator ait Ili-  
 um venisse: vt non sit dedecus nobis ista commemorare.  
 His Gelon ista respondit, Hospes Atheniensis, apud vos  
 qui præsint habetis, qui subfini non habetis. Quocirca  
 quum nihil cedere sed totum obtainere velitis, quam ce-  
 lestis hinc retro abscedatis, renuntiaturi Græciæ, ver ex  
 anno illi exaruisse. Cuius dicti sensus hic est, quum con-  
 stet probatissimam anni partem esse ver, talcm esse suum  
 exercitum innuebat, quo Græcia priuaretur, quasi quo-  
 dam vere, quod illi exaresceret, non inita secum societate.  
 Hoc responso Gelonis accepto nuntij Græcorum profecti  
 sunt. Post hæc Gelon timens quidem ille Græcis, ne impa-  
 res barbaro essent, tamen indignum atque intolerandum  
 sibi ratus ut profectus in Peloponnesum subesset Lacedæ-  
 moniis, qui Siciliæ tyrannus esset, omissa hac via aliâ iniit.  
 Nam vbi primùm audiit Persam transmisisse Hellepon-  
 tum, misit cum tribus bitemibus Cadmum Scythis fi-  
 lium Coum, multa cum pecunia ac placidis verbis, ad ob-  
 seruandum quò casura esset pugna: vt si barbarus vince-  
 ret, ei pecuniam traderet terramque & aquam eorum lo-  
 corum quibus Gelon imperaret: si vincerent Græci, tur-  
 sus pecuniam reportaret. Hic Cadmus ante id tempus  
 quum tyrannidem Coorum à patre accepisset fatis vali-  
 dam, nullo aduerso casu, sed ob iustitiam, sua sponte eam  
 in media ciuitate depositus, atque in Siciliam abiit. vbi v-  
 ña cum Samiis urbem Zanclam (cuius nomen in Messa-

1 Legit mag  
 nior, nō mu-  
 es.

2 Poeta  
 3 Vos, q im-  
 perent habe-  
 re videmini;  
 at quibus im-  
 petret, non  
 item.

4 exemptum  
 esse. vel. abla-  
 tum esse.

5 sic ut ver in  
 anno præcel-  
 lete cõstat ita  
 suū exercitū  
 Græco præcel-  
 lete. Ideoque  
 Græciæ, que  
 sua societate  
 priuaretur, i-  
 dé coarctinge-  
 re dicebat ac  
 si ei ex anno  
 ver exemptū  
 esset.

6 nauibus  
 quinquage-  
 num remo-  
 rum

7 bene stabi-  
 litas (vel consti-  
 tutam) nulla  
 premere cala-  
 mitate, lediu-  
 sitas exercé-  
 dē studio (vel  
 sed iustitia a-  
 more: ad ver-  
 bū, sed præmu-  
 stia) in me-  
 diū Cois pro-  
 posuerat, &  
 in Siciliam  
 discesserat.

nam mutatum est ) tenuit atque incoluit. Hunc Cadum , eò hunc in modum profectum , Gelon ob iustitiam quam illi ex aliis rebus adesse nouerat , Delphos misit : cuius hominis inter alia quæ edidit opera iusta , hoc non in postremis reponitur , quod tantum pecunia à Gelone commissum interuertere quum posset , noluit , sed posteaquam Græci pugna nauali superiores extiterent , Xerxesque cum exercitu abiit , ipse in Siciliam rediit cum omni pecunia . Fertur autem & hoc ab his qui Siciliam incolunt , Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedemoniis animo , fuisse latutum Græcis auxilia , nisi Terillus Crinippi filius eiecitus ex Himera , ubi erat tyrannus , à Therone Aenesidemi filio Acragantiorum monarcho , adduxisset per id tempus Phœnicum & Libyum & Iberorum & Ligium & Elisycorum & Sardonum & Cyriorum trecenta millia , duce eorum Amilcare Hannonis filio Carthaginensium rege : quos Terillus abduxerat cum perlausos hospitijs accessitudine , cum præcipue prompta animi voluntate Anaxilai Critinei filij , Rhegiqi tyranoi , qui filios suos Amilcari obsides dedit , vlciscendi socii causa . habebat enim Anaxilaus in matrimonio Terilli filiam , nomine Cydippam . Ita Gelonem , quem nequirit auxilia Græcis fert , Delphos misisse pecuniam . Præterea aiuat ijdem contigisse ut eodem die Gelon & Theron Amilcarem Carthaginensem in Sicilia superarent quo Græci in Salamine Persam . Quinetiam Amilcarem , qui à patre quidem Carthaginensis , à matre vero Syracusanus erat , & ob virtutem rex Carthaginensium , quum conflixisset , prælio vietum , è conspectu fuisse ablatum audio , nec ulquam gentium aut viuum aut mortuum comparuisse . omnia enim Gelonem indagando collustrasse . Apud ipsos autem Carthaginenses illius imaginem colentes , hæc fama est , dum barbaricum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepusculum sine intermissione pugnarent , (tandiu enim extractum fuisse prælium ) interea Amilcarem in castris permanentem sacrificasse atque litasse , solida cor-  
 adolentes <sup>porz</sup> aggerentem in ingentem pyram : sed conspectis suis in fugam versis , ut erat in faciendis facris occupatus , se se in ignem misisse , atque ita combustum è conspectu sublatum .

tum. Cui siue hoc modo, ut Phœnices, siue alio, ut Carthaginenses & Syracusani memorant, ex oraçulis ablato, nunc Carthaginenses sacrificant, extructis monumentis, cuan alibi in omnibus suis coloniis, tum præcipue in ipsa Cartagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent.

Corcyrae autem aliud nuntiis responderunt, aliud fecerunt. nam quum eos iidē nuntij qui in Siciliam ierant, adissent, & iisdem quibus Gelonem verbis alloquuti fuissent, polliciti sunt confessim se auxilia missuros ac prædictio futuros, negantes sibi Græciam neglectui habendam de salute periclitantem: que si collaboretur, nihil aliud sibi superesse quā in ut primo quoque die seruirent. ideoque sibi, quoad possent, illam esse adiuuandam. Hæc illi aspectu operam speciola responderunt: at ubi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, sexaginta naues instruxere: ægreque digrilli, Peloponneso applicauere, ac circa Pylon ac Texaron ore Lacedemoniorum naues in statione statuere: obseruantes & ipsi bellum quo caderet, desperantes fore ut Græci superarent, sed opinantes Xerxem multo superiorum viæ Græcias impetraturum. Itaque curauere ut hæc verba apud Persam facerent, Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum, rex, quod non minimum & copiarum & nauium, sed plurimum secundum Athenienses habemus, tamen aduersuante ire nolumus, aut quippiam tibi molestiæ facere. Hæc dicendo sperabant se plus aliquid quam cæteros ablatores: quod etiam (ut mihi videtur) contigisset. Ad Græcos autem excusationem parauere, qua etiam usi sunt accusantibus enim Græcis quod openi non attulissent, dixerunt sexaginta se tritemes armatisse, sed per vetos etefias superare Malçam nequuisse. Atque ita ad Salaminem se non contulere, nec ullius clavis pugnae naualis participes fuere. Et isti quidē ita Græcos à se summóuerunt. Cretes autem, postquam aditi sunt ab iis Græcis qui bus hoc negotium datum erat, hoc sibi faciendū putarunt, ut certos homines publicitus Delphos mitterent, deum consulturos nunquid sibi satius foret Græciam defendere. Quibus Pythia respondit, O stulti, imputate vobis nisi quascunque lacrymas ob defensionem Menelai vobis Ninos genebundus immisit. Quoniam illi quidem nō sunt v'os fuisse.

vlti cædem Minois in Carnico factam; vos autem vlti estis illis mulierem è Sparta à viro barbaro raptam. Hæc Cretes allata vbi audiere, ab auxilio ferendo supersedere. Si quidem fertur Minoem, quum Daedalum vestigans in Sicaniam (quæ nunc Sicilia dicitur) peruenisset, vi eius vitæ allata occubuisse: interie & o deinde tempore omnes Cretes, præter Polichnitanos & Praesios, diuinitus instructos, cum magna classe in Sicaniam traiecerit, & quinquennio obsedit Camicum, 'quam (vt mea fert opinio) Actaganini incolunt: ad extremum quum neque illam expugnare possent, neque permanere, fame enectos, ea relicta abiisse: & dum circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate adorta, in terram fuisse eiectos: laceratisque nauibus, quum nullus in Cretam receptus ostenderetur, illic subdentes urbem Hyriam condidisse: & mutato nomine pro Cretibus Iapyges Messapios esse effectos, & pro insulanis continenticos: & ab urbe Hyria alias incoluisse. quas diu post Tarentini euerentes, magnam in ruinam deuenire, vt hæc maxima cædes omnium quas nouimus, extiterit, tum ipsorum Tarentinorum, tum Rheginorum, qui à Micytho Chæri filio ad tria millia ciuium adacti operem ferre Tarcentios, interire. Ipsorum autem Tarentinorum qui cæsi sunt, numerus non est initus. Micythus autem, quum Anaxilai famulus esset, procurator Rhegij relatus, vbi ex ea urbe excidit, Tegeam Arcadū incoluit, compluresque statuas in Olympia consecravit. Sed mihi Rheginorum & Tarentinorum excessus ab oratione factus. In Cretam igitur desolatam Praesij aiunt cum alios homines tum præcipue Græcos immigrasse: tertiaque à morte Minois ètate, res Troianas fuisse, in quibus non de terrimos extitisse Cretenses Menelai defensores: & ob id eos Troja reuersos vna cum suis ouibus fame pestilentia que correptos, iterumque desolatam Cretam cum reliquis, donec à tertiiis Cretensibus habitaretur. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia animatos cohibuit. At Thessali necessitate subacti circa initia Medorum partes fouerunt, quum ostenderent non placere sibi quæ Alevadæ excogitassent. nam quum primum audiere Persam traicere in Europā, nuptios

1 quarto roca  
estate Acta-  
gantini ceuo-  
bant.

2 continetis  
habitatores.

3 Sed ego ab  
oratione mea  
digrediens.  
hæc de Rhe-  
ginis & Ta-  
rentinis ver-  
ba interieci.  
Porto in Cre-  
tam, postquæ  
desolata fuit,  
Praesij, &c.

tios ad isthmum mittunt, vbi prouisores Græciæ delecti è ciuitatibus coacti erant ad tebus Græciæ prospiciendum, Ad quos postquam venere nuntij Thessalorum, ita verba fecerit, Viti Græci, Olympicum ingressum custodiri expedit, vt Thessaliæ pariter atque omni Græciæ sit belli tutamen. Nos equidem ad custodiendum preparati sumus: sed vos quoque debetis multum illic mittere copiarum: quas nisi mittatis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim decet nos adeo ante ceteram Græciam positos provobis solos occumbere. Quibus ferre opem si reculatis, nullam potestis iniungere necessitatem. Nulla : Nullo enim modo necessitas impotest ut accipimus impotentia pro Non posse. Hic enī est sensus, Frustra nos necessitate adigere conabimini, & nos cogere. sicut enim nulla ratione potest ut quis ad id faciendum cogatur quod facere non potest.

Qui postquam ad Algas Achaiæ peruenit, egressus, relictis illic nauibus, in Thessaliam contendit, & ad Tempe peruenit, ad ingressum qui ab inferiore Macedonia Thessaliam fert, iuxta amnem Peneum inter Olympum & Ossam montes. Ibi castra posuere Græci, ad decem milia armatorum coacti: quibus aderat Thessaloru equitatus, ducibus, è Lacedæmoniis quidem, Evæneto Carini filio, delecto ex polemarchis, quanquam non esset è regio genere: ex Atheniensibus autem, Themistocle Neoclis filio. Verū paucos illic dies immorati sunt. aduenierunt enim ab Alexandro Amyntæ filio viro Macedone nuntij, suatum eis ut illinc decederent, ne in illo ingressu perstantes, ab exercitu irrumpente proculcarētur: videlicet multitudinem terrestrem nauticamq; indicādo. Hotum consilio Græci (nam & bene sibi consuli, & bono erga ipsos animo Macedo esse videbatur) obtemperauerūt. Quanquam mihi videntur metu quoque id suassisse, quod audierant alii metri esse in Thessaliam ingressum per Peræbos, in superiori Macedonia, iuxta urbem Gonnōn: qua & transiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regressi, rursus ad isthmum se repperunt. Hæc fuit in Thessaliam sumpta expeditio, dum rex in Europam ex Asia transiurus erat, & Abydiam agebat. A sociis autem deserti Thessali, iam

modo necessitas impotest ut accipimus impotentia pro Non posse. Hic enī est sensus, Frustra nos necessitate adigere conabimini, & nos cogere. sicut enim nulla ratione potest ut quis ad id faciendum cogatur quod facere non potest.

<sup>2</sup> Allon Achaiæ. Infra autē proutdem verbu annor

mis Achæis habet Litoream Achaiæ.

<sup>3</sup> Sic & ver. cod. Gr. addunt negatim par-

ticulam.

nihil ambigentes, ita prompti ad Medos trahere, ut in rebus gerendis sese regi praestiterint utilissimos. Græci autem ad istum reverhi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, consultabant, & qua ratione bellum gerendum statuerent, & quibus in locis. cuicunque hæc intentia, vt præsidio aditum Thermopalarum custodirent, quippe qui videbatur & angustior quam ille Thessalizæ, & solus ipsorum terræ propinquior. Nam scinitam qua Græci intercepti postea fuere apud Thermopylas, haud nouerant prius quam ducibus Trachiniis ad Thermopylas hostis peruenit. Hunc igitur aditum vicerentur decreuere, ne barbarus transiret in Græciam, vtque classis proucheretur in Hispaliotidem oram super Artemisium. Hæc enim loca inter se vicina sunt, vt audiri utrinque possint quæ apud alteros gerantur. quæ loca ita se habent: Artemisium quidem a pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur trajectum, qui est inter insulam Sciathum & continentem Magnesizæ. ab angustiis autem Eubœæ iam Artemisium excipit littus, in quo est Artemidis, id est, Diana templum. Ingressus vero in Græciam per Trachinem, ubi arctissimus, dimidij iugeri est, quanquam ad dexteram regionem non est hic locus arctissimus, sed ante postquam Thermopylas: iuxtaque Alpenos a tergo sitos, tantummodo ad agendum vehiculum via pater: anterius etiam iuxta flumen Phœnicem, prope urbem Anthelam, solum agendo vehiculo via sufficit. Thermopalarum autem quod ad hesperum vergit, mons est inaccessus & præalti præcipitijs, protentus utique ad Oœcam. quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari excipit ac vadofis. In hoc autem ingressu sunt Ἱεραὶ λαοὶ, id est calida lanacra, quæ \* χύτεος, id est ollas, indigenæ vocant: & desuper a Heracli extorta. Ad hos ingressus, murus ædificatus erat, super quem olim πύλαι, id est portæ erant. Eum autem ædificauerant Phocenæ metu Thessalorum, ex quo illæ Thesprotis terram Æolidem iere habitatum, quam hunc possident. & quia Thessaliconabantur eos subigere, hoc præsidio imposito se tutabantur: aquamque illam castidam ingressui induxere, vt esset lacunosus locus: omnia exagitantes ne in suam terram Thessali incursarent. Hic tamen

\* quām pertinet  
nientes Ther-  
mopylas de-  
ea ex Trachi-  
niis audiue-  
runt.

\* Esterhæus  
feminino gene-  
re χύτεος  
habet. Coment.  
in Dionysij Pe-  
riegesia pag.  
71.8.

tamen murus quondam extructus, maiori ex parte iactu  
vetustate erat collapsus: quo rutilus excitato, vitum est illis  
faciendum ut illac barbarum arcerent à Græcia. Est au-  
tem proximè viam vicus nomine Alpeni, vnde frumenta-  
tari Græci statuerant. Et hæc quidem loca vila sunt Græ-  
cis opportuna. cuncta enim rimati atque ratiocinati, vbi  
barbari neque multitudine neque equitatu vni possent, ibi  
illos Græciam invadentes excipere statuerunt. Postea ve-  
rò quam Pætam in Picia esse audiere, ex Isthmo digres-  
si sunt: peditatus ad Thermopylas insidendas, catari ma-  
rit, ad Artemisium. Dum autem Græci ( ut cuique præce-  
ptum erat ) properè ad succurrentum tendunt, interea  
Delphi deum consuluerunt, de seipsis pariter & de Græcia  
soliciti. His responsū est ut ventos precarentur: illos e-  
nim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod ac-  
cepere oraculum, cum iis primū Græcis communica-  
vere, quibus libertas cordi erat: quo nuntio illos, quod  
barbarum magnopere timerent, immortalib beneficio de-  
meruere. Deinde statuta ventis ata in Thya, vbi fanum  
Thyæ Cephisi filiæ ( à qua & locus hic habet nomen ) ho-  
stias illi immolauere: propter quod oraculum etiam nunc  
Delphi ventos propitant. Nauticus autem Xerxis exer-  
citus ex urbe Thermam mouens, decem ex omnibus nau-  
bus velocissimas rectā misit in Sciatū, vbi erant tres præ-  
fidiariæ naues Græcorum, Træzenia, Æginetica, Attica:  
qua præuisis barbarorum nauibus, in fugam se proripue-  
runt. Sed ex iis Træzeniam, cui præcerat Praxinus, insegu-  
tibarbari, continuò excipiunt. Deinde strenuissimi qui  
quemque propugnatorum eius ad proram adductum, de-  
inceps mactant. Eorum qui capti inactaque sunt, & pri-  
mo & strenuissimo nomen erat Leoni: quo nomine non  
nihil fortasse gloriabatur. Æginetica verò, cuius trierat-  
ibus erat Alonides, non nihil tumultus hostibus præsti-  
tit, quod eius epibata erat Pythius Ischenoi filius, vir eo  
die præstantissimus: qui capta naui tamē eousque pu-  
gnando resistit donec totus dilaniatus est: quem colla-  
psum nō mortuum, sed spirantem, Perser qui nauem cepe  
uerunt ut seruarēt, vulnera simyrna medentes, lindoneque

<sup>1</sup> Videntur tota  
hanc locis ali-  
ter legisse, aut  
nō intellexisse.

<sup>2</sup> Quæde  
vehementer  
Pyth.  
<sup>3</sup> velut in Ja-  
nitia conci-  
sus est. *Baud.*

1 ac bene eū  
tractabant:  
quum cat-  
ros quos in  
eadem nauī  
ceperant, tan-  
quam manci-  
pia tractaret.

2 Legit πυρ-  
ων, vt & vtr.  
cod. habent,  
non πυρων.  
3 Locus hic in  
vulg. edit. Gr.  
est suspectus; ac  
cerce hunc alia  
lectione & hic  
et paxio post se-  
quens esse ma-  
nifestum est.

4 Ad Sepia-  
dein vlique &  
Thermopy-  
las exors ma-  
lorum Xerxis  
exercitus fu-  
it: multitudo  
autem adhuc  
erat (vt ego  
cōiectura af-  
sequor) ex na-  
uibus quidē  
ab Alia profe-  
ctis, pumero  
n. ille ducētis  
ac septē, eo-  
rum dūtaxat  
qui iam inde  
ab initio con-  
uenierant, mil-

byssina & fascijs obligantes. ac rursus in castra suare uerti,  
hominem vniuerso exercitui ostentabant admirabundi,  
ac probè obseruātes: quum alios quos in eadem iam na-  
ui ceperant, tanquam mancipia adseruarent. Duabus na-  
uib⁹ interceptis, tertia, cui præerat Phirmus vir Athenien-  
sis, dum fugit ad ostia Penei, impacta est: qua sine viris bar-  
bari potiti sunt. nam Athenienses, simulatque nauem im-  
pegerunt, ab ea defilientes, iter Thessaliam intenderunt,  
seque Athenas receperunt. Huius rei per ignes è Sciatho  
editos facti certiores Græci qui ad Artemisium castra ha-  
bebant, & ob id perterriti, illinc Chalcidem concesserunt  
ad Euprepium tutandum, relictis per edita Eubœæ loca di-  
urnis speculatoribus. Ex illis autem decem barbarorum  
nauibus, tres ad herma quod est inter Sciathū & Magne-  
siam, nomine Myrmecem, profecti sunt. quem locum vbi  
tenuere barbari, lapideum illic titulū imposuere. Qui ex  
Therma soluerunt, vbi littus oculos effugit, cum omni  
classe nauigabant vndeccim diebus ex quo rex à Therma  
discesserat, inter se dissipati: sed eos herma deducebat, qđ  
erat in trajectu ferè Scyrius Pamphion. Hinc totum diem  
nauigātes barbari, oram Magnesiā tenuerunt super Se-  
piadēm, & littus quod est inter urbem Casthanaxam & o-  
ram Sepiadēm. \* Ad hunc vsque locum atque Thermopy-  
las exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc classis  
(quemadmodum ego supputando inuenio) mille ducen-  
tarum septem ex Alia nauium. In quibus à principio è sin-  
gulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta v-  
num ac quadringenti, ducenos supputādo viros in singu-  
lis: & præter indigenas propugnatores, addēdo Persarum  
Medorumq; ac Sacarum tricenos epibatas. Reliquis au-  
tem hic exercitus cōstabat ex triginta sex millibus, ducen-  
tisq; ac decem. Adijciam autem huic & superiori numero  
eos qui sunt ex biremis: in quarum singulis plures fe-  
cerim

lia ducenta & quadraginta vnum & quadringenti viri, ducenos scilicet viros  
in singulas naues numerantibus. Porro inter classatos indigenas trienni Per-  
sæ, Medi & Sacæ, in naues easdem ascenderant. quæ multitudo sex & triginta  
millia & ducentos decem viros prioribus copijs aggregat. Ita hūd hunc locum  
interpr. ; eos qui ex pentecoceris erant, id est ex naubus quoniam uaginam re-  
spersum: ita rationem inicas ut fuerint in singulis octogeni viri, maiore numero

duino-

cerim octoginta potius quam pauciores viros. Quarum minorē cōm-  
nauim summa, ut superius dictum est, trium milliū fuit. Ita in eis fuerunt virorum viginti quatuor myriades, id est,  
ducentia & quadraginta millia. Hęc igitur erat clavis ex A-  
sia, vnius & quinquaginta myriadū virorū in uniuersitatem,  
& præterea septem millium sexcentorum decem. Pedita-  
tus fuit decies septies centena milia: equitatus octoginta  
millia: quibꝫ addo Arabes, qui camelos, & Libyes, qui cur-  
rus agitabant, quę facio viginti millia. Quae copia clavia-  
riæ & terrestres in summam redactæ fūt et & vices cen-  
tena & præterea decem & septem millia, sexcenti & decem.  
Has copias ex ipsa Asia fuisse contractas dictum est, præter  
seruitia quæ sequebantur. & eos qui in frumentariis vehe-  
bantur. Huic omnī euumerato exercitui adiiciens est ille  
ductus ex Europa, de quo ex opinione dicere opotet. Iij  
Græci qui sunt ē Thracia, & ex insulis Thraciæ obiacenti-  
bus, præbuerunt naues centuin viginti, quarum viri sunt  
triginta quatuor millia. Terrestres copias præbuerunt  
Thraciæ, & Paones, & Eordi, & Bottiæ, & genus Chalcidi-  
cum, & Brygi, & Pieres, & Macedones, & Peræbi, & Eoien-  
ses, & Dolopes, & Magnetes, & Achæi, & qui maritima  
Thraciæ habitabant. Harum nauionum reor triginta my-  
riades, id est recenta millia fuisse: quæ myriades illis Afati-  
cis adiectæ, sunt in summa viroruin pugnantium ducen-  
ta sexaginta quatuor, & præterea multe iuxcenti ac decem.  
Hoc autem tanto pugnatorum numero non pauciora sed  
plura fuisse arbitror quæ eos comitabantur seruitia, & eos  
qui frumentariis in nauigis erant, & in aliis nauibus vni-  
cum militaribus vritis vehebātur: quos neq; plures neque  
pauciores facio, sed totidem. Ita & quati numerò pugnato-  
rum, explebūt totidem myriades: hentq; quingentæ & vi-  
ginti octo myriades, & tria millia ducenti & viginti viri,  
quos Xerxes Darij filius duxit ad Sepiadē & vsq; ad Ther-  
mopylas. Hic est uniuersus copiarum Xerxis numerus. Nā  
mulierum pincientium & pallacarum & eunuchorum nu-  
merū nemō pro cōpetto queat dicere: ac ne impedimen-  
torum quidē, aliorumq; iumentorum larcinacionum, neq;  
canum Indicorum exercitum comitantium, præ mulieru-  
m illis numero patet esse, ac neque plutes neque pauciores, certè aequaliter ad-  
mittit pugna.

¶ Itaq; mirū dñe quisquam inire numerum possit. Quo minos miror  
 mihi non vi p̄t̄oditum esse. fluēta quædam non suppeditauisse: magis  
 decut̄ quorū miror vnde tot myriæ libus cibaria suppetuerint. nam sub-  
 dam annuā ducta ratione cōperio, si singuli quotidie singulas frumenti  
 fluēta defe- chrenicas, id est modicæ & non amplius accepissent, absum-  
 cisse tot ho- minū millia: p̄fuisse singulis diebus centum milia mediorum, &  
 minū millia: sed quoniam trecentos ac quadraginta mediorum, qui singuli constant è  
 modo frumenti jenū modis haud antimerito mulieres eunychoſq; &  
 summa ſupperi- etat tot homi iumenta, atq; canes. In quo exercitu quin tot virorū mil-  
 sum nullib⁹ dia effient, nemo erat qui aut ſpecie aut magnitudine cor-  
 id v̄cō mirū poris cum Xerxe ipſo poſſet contendere, tanquā dignior  
 videtipotest. Siquidem v̄r- qui illud imperium obtineret. Navales autē copia: poſt-  
 chēnicē fru- quani è statione ſoluerunt, profectęq; oram ietęs Magne-  
 menti quisq; ſi ex reuertunt, quæ eſt inter vrbē Cæſtançam & oram Se-  
 in ſingulos piadem, primæ quaq; naues ad terram habuere stationē,  
 dies accife- alib⁹ deinceps in auncis iterere, ad octauum v̄sq; ordinem  
 ret, ac nihil amplius, ſub- \* intra mare procedentes, ut pote anguitiore littore quam  
 ducta ratione vt claflem caperet: atq; ita per noctem iterere. Sub ipſum  
 inueniō cete v̄cō diluculum, ex ſereno cœlo & tranquillo quum mare  
 na densa mil- effebuiffet, incidit in eam atrox tempeſtas, ac vchemens  
 lia medim- ventus ſubfolanus, quem Helleponciū nuncupant qui  
 nūm quoti- circa illa loca habitant. Eum ventus quicunq; augefecere  
 die abſum- animaduerterūt, & quibus per conditionē ſtationis licuit,  
*ta hora profecti, naues Cilicum inuasere. Quas vbi corrug-*

*pere, & nox aduenit, iterum se ad Artemisium receperunt*

*4. setam. - Tertio die barbarorum duces, tum indignè fecentes à*

*lani tuani clas tantula se classe vexari, tum à Xerxe supplicia timen-*

*se oprobriis, non expectandum sibi amplius censuerunt ut Græci*

*priores pugnam caperent, sed instructas naues circa*

*meridiem eduxerunt. Contigit autem ut per hos eodem*

*dies & hęc naualia prælia & illa in Thermopylis terrestria*

*gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de*

*Eubrīpo, quemadmodum illis qui cum Leonide erant de*

*transitu arcendo. & Græci quidem sese adhortabantur ne*

*barbaros intrare Græciam finirent: barbari verò ut Græ-*

*corum*

corum copiis profligatis, transitu potirentur. Procedente autem Xe. xianorum clalle in aciem ordinata, dum Græcis apud Artemisium immotos tenerent, tuac eos barbari, ut comprehendenderent, lunata classe circundabant. Ibi Græci ex aduerso producuntes confixere. Quia in pugna pari marte pugnatum est. nam Xerxiana classis præmagnitudine & copia sua in se incidebat, perturbatis nauibus & mutuò incurvantibus: resistebat tamen neque cedebat. Indignaenim res videbatur a paucis nauibus in fugā conuerti. Itaq; multæ Græcorū naues interibant, multi etiam viri, sed in alto plures barbarorum & naues & viri: atque ita dimicantes utrique ab alteris abscessere. Hoc in prælio Xerxianos inter milites oprimant Ægyptij nauauerunt operam, cum aliis magnis editis operibus, tum hęc quod quinque Græcas naues cum ipsis propugnatoribus cepere. E Græcis autē eo die præstantissimi extitentes Athenienses, & inter Athenienses Clinias Alcibiadis filius qui domestico sumptu ac propria nauicū ducentis viris militabat: Vbi utrique libeter in diuersum abidere, ad suas stationes se se receperere. Græci autem dirempto prælio reuecti, etiæ cæsorum corporibus, ac naufragiis potiti erant, tamen quod male affecti essent, præcipueque Athenienses (quorum dimidium nauium vulneratum erat) defugiendo in viceriora Græciae deliberabant. Themistocles, reputans, si ab amicitia barbari Jones & Cates abduceret, fieri posse ut reliquos superarent, dum EVbœenses pecora ad mare propellunt, illuc duces conduxerit: eisque dixit le astutiam quandam habere, qua spe et optimos quosque sociorum ab rege abductum irit. Haec tenus rem evadavit, addiditque, ad eam transligendam bos ab ilius agendum esse, ut EVbœicorum pecorum quantuni vellet quinq; mactaret. satius enim esse suorum copiis illos potiri quam hostē. Ac monuit ut suis quisq; popularibus præcipiteret ignem accendere: sibi autem de discelli sub tempore opportunū curam fore, ut sine noxa abirent. Hoc illis probatum quum esset, accensis ignibus ad pecora est itū. nam EVbœenses, contempto Bacidis oraculo, tanquam nihil dicente, neq; exportauerant quicquā neq; importauerant: & velut impendente eis bello, res sibi quoq; ipsis obscuras

\* in Græcia  
interiora

effecerant. ita enīn habebat de his oraculum Bacidis,

Dum ingabarbaricus caubacea iactat in aquor,

F. Vbiae apre magentis fac procul absint.

His versibus quūm nihil illi niterentur, tamē si mala tum aderao, tum impendebant, fiebat ut in plerique aduersa fortuna vterentur. Dum hæc isti agebant, aduenit ex Trachne speculator, nam erat apud Artemisium speculator Polyas, genere Anticyrensis, cui datum erat negotium cum expedito nauigio actuario, ut renuntiaret iis qui apud Thermopylas erant an classis discessisset. At Abronychus Lysicles filius Atheniensis, apud Leonidem erat paratus cum lembo ad nuntiandum iis qui ad Artemisium agebant, si quid noui pedestribus copiis contigisset. Hic igitur Abronychus adueniens, indicauit ea quæ circa Leonidem & eius exercitum gesta erant. Qua isti re audita non iam sibi differendum abitum putauerunt: sed vt quicq; locati erant, abscesserunt: primi, Corinthij, postremi, Athenienses. Quorum Atheniensium velocissimis nauibus delectis Themistocles ad aquas potabiles se cōserens, in lapidibus literas incidebat: quas postero die Iones ad Artemisium venientes legerunt, in hæc verba: Viri Iones, haud iustè facitis, militantes aduersus patres, & Græciam redigentes in

Videntur hic seruitutem. Sed (quod p̄cipium fuerit) state a nobis: si mandos, & esse  
Græca exēplia-  
tia: id ex con-  
suetura c̄lēt: sr  
hic sensus. Et vos ē medio subdu-  
cite. id est. Sub-  
ducētes vos, ne in medium ad-  
mersum nos; re-  
ditis. vel. Subdu-  
cite vos, ne vo-  
bu prodeundū  
si. &c. Moran-  
tur autē Arche  
naūgio aduectus, barbaris nuntium attulit Gr̄cos ab Ar-  
meniēs Ioniā pa-  
ges, ut supra,  
p̄ag. 176.  
z iuspeçtos

hoc facere non potestis, ' saltem nunc sitis in medio, quod & ipsi facite, & Cares ut faciant obsecrate. Quòd si horum neutrum agere licet, & maiori necessitate estis obstricti quam vt possitis defilicere, in re getenda dum pugnam concremus, fronte agatis instrenue, memores a nobis vos esse oriundos, & inimiciatum nobis cum barbare p̄cipium à vobis extitisse. Hæc Themistocles (vt arbitror) anticipiti consilio scripsit, vt si literæ regem laterent, Iones induceret ad deficiendum à rege ad se: sin ad eum deferrentur, darenturq; criminis, in h̄dos eidem redderet Iones, vt à p̄xiliis naualibus sumimouerentur. Postquam autem hæc Themistocles inscripsit, exemplo vir quidā Histixus nauigio aduectus, barbaris nuntium attulit Gr̄cos ab Ar- temisio profugisse. Illi homine, quòd fidem non haberent, seruati iuslo, naues veloces ad rem explorandam mise- ruit, quare peritos nuntiata, simulatque refusit sol, o- mai

monis classis addensata ad Artemisium contendit: ubi ad meridiem usq; immorata, mox ad Histiaam processit. Eò ap-  
pulsi, urbe Histiaeorum potiti sunt, \* & opima portionem  
agri Histiae maritimorumque vicos omnes percuti auerunt.  
Dum isti hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cœ-  
sos pertinebant, præconem ad classiarios mittit. Hæc au-  
tem præparauerat: Quicunque è suo exercitu apud Thermopylas cœsi (erat autem viginti millia) eorum mille ferme  
relictis, cæteros depresso fossa humauit. & ne à classia-  
rio exercitu cerni possent, eam humum exagitauit, foliisq;  
constrauit. Præco ubi ad Histiaam peruenit, factotius  
exercitus cœtu hæc dixit, Viri socij, rex Xerxes dat veniam  
cucunq; libet relicti ordinibus ire vñsum quemadmodū  
pugnetur cum amicibus hominibus, qui se superatos  
specauerant copias regis. Hæc denuntiante præcone, mox  
nihil infrequentius fuit nauigii: ita multi visere cupiebat.  
Profecti eò, hos annes Lacedæmonios esse ac Thespiales  
credebant qui strati facabant, quum etiam seruos cerne-  
rent. Itaq; res eos qui transilere non latuit. Hoc Xerxes  
circa suorum cadauerat fecit, tem profecto ridiculam, ve  
mille iacentes extarent, cæteri vero cōferti eundem in lo-  
cum quater milles cōportati sitiq; essent. Atq; hunc qui-  
dem diem in spectaculo cōlumperunt: postero autē clas-  
siarij Histiae ad classem remeauerunt. Reliqui qui cum  
Xerxe erant, iter ingressi sunt: ad quos pauci quidā ab Ar-  
cadia perfugr̃ venerunt, victus inopes, & operam suā præ-  
stare cupientes: qui in conspectum regis adducti, interro-  
gatiq; cum ab aliis Persis, cum vero a quodam præcipue  
de Græcis, quidnam illi agerent, responderunt eos ager  
Olympia, & spectare certamen gyminicum atq; equestre.  
Rursum eodem percontante quidnam illis præmium esset  
propositū propter quod certarent, oleagine coronam in-  
quiuntesse qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius  
generosissimā dixit sententiā, <sup>1</sup> quæ apud regem protumida  
est habita. Audiēs enim præmium illis coronā esse, non  
pecuniā, silentium tenere non potuit quin corā omnibus

\* Ellopīq; •  
gti & Histiae  
regionis ma-  
rimos vi-  
cos om̃i. p.  
S.

1 Helotes:  
quod erat ser-  
nu Lacedæm.  
peculiare no-  
men.

2 Sed enim  
eos qui illuc  
traicerant  
non t. rebat  
quod Xe. xes  
circa suorum  
cadauerat ege-  
rat. Ac si dicu-  
lum quidem  
certe illud e-  
rat horum (et  
et barbarorum)  
cadauerat mil-  
le dūtexat ra-  
centia cōspri-  
ci, illorum aut  
tem facete  
quatuor mil-  
lia, eundem in  
locum cōter-  
tim cōgesta.  
Illi ad autem  
yacuerat, (id est  
ridiculum) non  
de re ipsa, sed  
de Xerxe dicen-  
ter, quæ se ve-  
tors in communi-  
nisceda hac im-  
postura fuerit.  
Quod ad ver-  
bum ita (yac-  
ea) longius ex-  
presseris, Et de fait c'est une grande moquerie de vouloir que le  
valla auctor in ce  
casus laissez quod illes milles ab hu quarnor millione non disinxerit.

<sup>1</sup> propter quam à rege pro timido (t. ignano) est habitus.

\* alij asperre diceret, Papæ Mardonii, in quos viros induxisti nos ad pugnandum? qui nō pecuniarum certamē agitant, sed virtutis Hoc ille dixit. Eo interim tempore post acceptam apud Thermopylas calamitatem cōfestim Thessali caduceatores ad Phocētēs intitunt, ut pote iis infensi, cum semper ante, tum præcipue post nonnullam cladem. Et enim non multis ante hauc regis expeditionē annis, quam ipsi Thessali & eorum socij omnium copia bellum Phocētibus intulissent, a Phocentibus fugati sunt ac\* male multati. nā quum ad Parnassum usque processissent Phocenses, secum habentes Telliam vaticinum illum Eleum, ibi Tellias hic huiusmodi rem eis commentus est: Sexcētos viros è Phocentibus præstantissimos gypso tam ipsos quam armis illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto ut quemcunq; albicantē non cernerent, cum obtuncarent: Hos primum Thessalorū excubitores, aliud quandam prodigium esse arbitrati, deinde ipse exercitus adeo exhortuerunt, ut tribus milibus cælorum atq; scutorum Phocenses potiti sint: quorum scutorum dimidium apud Abas, alterum dimidium apud Delphos dedicauerūt: & ex decima pecuniarum huius pugnatæ factæ sunt statua grandes, quæ circa tripodem eriguntur Delphis visuntur: & alteræ eiusmodi in Abis repositæ. Hoc Phocenses impeditatum Thessalorum, à quibus obsidebantur, egerunt. Equitatum quoq; coruendem, qui in suum agrum incursauerat, insanabili clade affixit, ad ingressum enim qui est iuxta urbē Hyampolin, depressa ingenti fossa, amphoras illic inanes depoluerunt, humumque desuper iniecerunt, eamq; reliquo solo exarauerunt: atq; ibi Thessalos expectarunt incursuros. In eos Thessali impetu dato, tanquam rapturi, in amphoras inciderūt, ibi q; equorum crura conficta sunt. Ob hæc ambo Phocētibus infensi Thessali misso caduceatore ita dixerunt. <sup>1</sup> Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnosceret non esse vos nobis pares? qui & antea inter Græcos, quādiu partes illorū nobis placuerunt, semper vobis antecellimus, & nūc apud barbarum quæ obseruatur ad intelligendos alios Herodotilicos magno adiumento esse potest. <sup>2</sup> Nunc demū Phocenses sententiā mutata agnoscite etiā magis quam antea, vos ne quia quād nobis esse patet. At Valla interrogatū hac legi, quoniam ramen vera verbū γνωσιμαχεῖ significatio interrogationem admiserere non videatur.

adeo pollentus ut penes nos sit & agro vos exuete, & in / *Quida, Tra-*  
 seruitute in redigere? Quam facultatem et si obtinemus,  
 tamen iniiliarum non sumus memores, nisi ut *economis*.  
 ne quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipi-  
 mus, omnia nos ab agro vello damna auerteros. Hæc  
<sup>26</sup> Thessali Phocentibus denuntiabant, quod Ioli Phocenses  
 inter eius loci homines cum Medis non sentiebant: idque  
 nulla alia causa, (vt ego conjectura competio) quam Thef-  
 salorum odio: partes Medorum (vt mihi videtur) sequuti-  
 ri, si Thessali partes Græcorum fuisse. Hæc deferenti-  
 bus Thessalis, negarunt se Phocenses pecuniam daturos:  
 & libenter idem ut Thessalis facultate esse sentiendi cum Me-  
 dis, si aliter sentire vellet: sed nequam fote ut sponte  
 essent proditores Græciae. His verbis renuntiatis adeo  
 Thessali sunt in Phocenses indignatione percuti, ut barba-  
 roduces itineris extiterint, & ex Triachinia Doridem re-  
 gionem incurauerint. nam eius regionis 'podeon angu-  
 stus illic octoginta non amplius stadia in latum protendi-  
 tur, inter Melidem ac Phocensem regionem situs, quæ o-  
 lim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorum qui sunt in  
 Peloponneso, metropolis est. Hæc igitur Doridem regio-  
 nem ingressi barbari nihil admodum laeserunt: cum Me-  
 dis enim (et si Thessalis non videbatut) sentiebant. Postea-  
 quam autem è Dotide in Phocidem ingressi sunt barbari,  
 iplos quidem Phocenses non sunt adepti: (corū enim non-  
 nulli cacumina Parnassi consenderant, 'qui vertex est iu-  
 xta urbem Neonem illic sitam, nomine Tithorea: coque  
 se receperant: sed plures ad Locros Ozolas, in urbem Am-  
 phissam, quæ supra Crœnum sita est campum) omnem ta-  
 men agrum Phocensem incursauerunt: (sic enim ducebatur  
 à Thessalis) & omnia quæ nacti sunt, igni ferroq; vastarunt.  
 Vrbes etiā ingressi, ignes in lacras edes iuiccerunt. nā per-  
 agrantes eam iuxta Cephissum amnem, cuncta populati  
 sunt, & hinc urbe<sup>1</sup> Drymon incederunt, illinc Charadram  
 & Erochum & Tethionium & Amphiceam & Neonem  
 & Pedias & Triteas & Elateam & Hyampolin & Parapo-  
 tamios, id est flaminus accedit: & Abas, ubi delubrum Apol-  
 linis erat locuples & thelauris donariisque complutibus

\* Paus. Δρυμαίας vocat, 18.34. Hidemq; Plin. lib. 4. ca. 3. Stephanum vero  
Δρυμιαν. s.

exornatum, in quo, ut tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum posteaquam ditipuerit, incenderunt. Phocenium etiam quosdam per mortana inseguuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas p[er] multitudine stupratiū exstinxerunt. Prætergredi quoque Parapotamios, peruenere ad Panopras. Vnde bifariā copia iam diuisa fucrunt: quarum plurima pars ac validissima cum ipso Xerxe Athenas versus tendens in Beotos, in agtum Orchomeniorum ingressa est. Beoti autem cum Medis vniuersi sentiebant: quorum urbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alessandro missi fuerant, seruauerunt, volentes planum facere Xerxi Beotos sentire cum Medis. Et hi quidem barbari h[ab]aciter intēderunt. Ceteri verò cum suis ducibus Parnassum à dextra præstringentes, ad templum quod est Delphis processerunt, quicquid agri Phocensis vanciscebatur, id omnes sedantes. nam & Panopeorum oppidum incenderunt, & Dauliorum & Æolidensium. Ideo autem hac ab aliis sciuncti pergebant, vt direpto quod Delphis est templo, pecunias repreſentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erant in memoratu digna, nichil notat (vt ego audio) quam quæ in ædibus suis reliquerat: permultis assidue referentibus cu[m] alia, tum p[er]cipit Cræsi Halyatis filij donaria. Hoc Delphi quum audissent, in extremam procul deuenere formidinem: qua attoniti, deum de sacra pecunia consultarunt, nunquid eam humi defoderent, an alium in locum transportarent. Eam deus illis interdixit ne amouereat: se enim suffectum eis ad res suastandas. His auditis Delphi de semetipsis curandum putaverunt, liberis vxoribusq[ue] in Achaiam trajectis. Plerique igitur vertices Parnassi superauerunt, & ad Coryciū antrum, quidam ad Amphissam Locridem se subduxerunt. Denique omnes Delphi urbem deseruerunt, p[er]ter sexaginta viros, ac prophetam, id est vaticinum. Postea verò quam barbari subeuntes appropinquabant, templumq[ue] cernebant, interim propheta cui nomē erat Aceratos, inspicit ante delubrum sacra arma prolatæ & conclavi, quæ 'intus proposita fucrant, eaq[ue] nefas erat cuiquā mortali contingere. quod ostentum iis Delphis qui aderant petrexit nuntiatuni. Vbi autē barbari properantes peruenire ad sanum Mineru[m] \* quod

Ex m[od]o que  
 paulo post se-  
 quuntur, vide-  
 tur colligi hic  
 p[ro]positio, re-  
 ponendum esse  
 s[ecundu]m.

\*quod est ante templum, tum verò etiā maiora quām superius prodigia representata sunt. \*res profectò hæc valde miranda: nam anima Martia sua sponte extra delubrum proposita apparuerunt. Quod tamen secundoloco aetum est, ex omnibus miraculis maxima est admiratione dignum. quum enim barbari ad facellum Mineruę quod est ante templum accederent, interea è cælo fulmina in eos deciderunt: & à Parnasso duo abscessi vertices, magno cum fragore sunt deuoluti, permultosq; eorum intercepunt: atq; ex ipso facello Mineruę vociferatio iubilatioq; extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruencibus terror insus est barbaris, ut fugæ se mandarent. Ea cognita Delphi descendentes magni corum stragem edidere. Qui autem superfuere, rectè ad Bœotos effugerunt: & quum redissent, referebant (vt ego accipio) alia sè præter ea que di-  
• 07 xi miracula vidisse, duos armatos humana natura augu-  
stioris instituisse sibi, cædem facientes atq; insequentes. Hos autem duos Delphi aiunt indigenas heroas esse, Phylacon & Athonoum, quorum fana visuntur, Phylaci quidem, se-  
cundum ipsam viam super eadem Mineruę: Athonoi verò, prope Castaliam, sub Hyampeo vertice. Saxa autem que à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram vñq; memoriam integra extant in fano \* Mineruę protemplaris locata, ad quod + per barbaros deuoluta peruenere. \* Atq; hic rece-  
pus à templo horum vitorum fuit. Græcorum autē classis ab Artemisio profecta, rogatu Atheniensium ad Salaini-  
nem sublīcit. Quod vt facerent ideo rogauerant Atheni-  
enses, tū vt liberos atq; uxores ex Attica subducecent, tum vt cōsultarent quid sibi agendum eslet. Nam in rebus que  
contigerant, cōsilium cōficendum habebant, tanquam o-  
pinione frustrati: quippe qui quum putassent inuicturos se  
est admiratione dignum; vel præ quibuslibet spectris, aut ostentis.

\* Statuta humana proceriores ipsos insequi, stragem inter persecendum e-  
dentes. \* Pro Porcius, quod secundus est interpres, legitur apud Paus. 323. 40. Περοῖαι: iudicavit Mineruę Prudentiam. Idem tamen Pausanias εγγό-  
νας Αθηνᾶς (id est Protemplaris Mineruę) mentionem facit 289. 25. Suidas  
quod viramq; agnoscit: sed ita ut Περοῖω hic legerit. Περοῖαι ex AE schrylo,  
Callimaco, & Demosthenecitat Paul. Leonard. Emend. li. t. c. 1 S. + id est, Per-  
sonam barbarorum. s. id est, ut q; ita militari a templo se recuperant.

\* Miserat per  
nos & Graues  
esse cognomen  
in Minerua, à  
proutdendo na-  
dicta. nisi forte  
legit Talla  
Cormac, qui  
pro eo quod hic  
fanum, platem  
Sacellum dicit.  
& Vide. Cum  
interpretationē  
sequendo. quia  
paulo post ha-  
betur, videlicet  
Fano Minerua  
protæplaru, hic  
reponendū fue-  
rit. Minerua  
qua est ante  
tempulum.

\* Ni & hoc  
magnū quide  
miraculi est,  
(quod videlicet  
meo dictum  
sunt) Martia ac  
una conspecta  
fuisse extra  
templum ex-  
stacea sua spō-  
te: (vel a seipso,  
sine aliis e-  
pera) sed quā  
illud sequuta  
sunt, inceps  
quilibet spo-  
cta, maxima

Peloponnesos ad excipiendū barbarū in Eubœa subſiden-  
tes, horū nihil inuenerant, sed audiebat illos Isthmū muro  
ſepire, hoc plurimi facientes ut ipli ſupererent, & tertā ſuā  
obtinentes tutarentur, omissis cæteris. Hæc Athenienses  
qui in audilient, ita ſocios obſeclarunt ut ad Salaminem  
firſterent cladem. Quòd alius appulſis, Athenienses in tercā  
ſuam profecti propoſuere edictum ut qua quifq; Atheni-  
enſium ratione poſlet, ſeruaret liberos atque domesticos  
ſuos. Ibi plurimi eorum luos in Træzenen miferunt, qui-  
dam in Æginam, non nulli in Salaminem, profe quicquid  
properantes ſua pignora exportare, quod velint oraculo  
obſequi: & ante omnia, quod Athenienses aiunt ingentem  
anguem arcis cuiusdem in templo funile \* obſeruatum. Et

tanquam revera erent quæ dicunt, ſerpenti inerſtrua uo-  
ceſſant libamina proponere, quæ ſint ē inelle colecta:  
quæ quim ſemper ſuperioribus temporibus de palceſcen-  
tur, tunc illibata manierant. Id quum ipla templi antiles  
indicasset, eo magis Athenienses coq: proniptius detue-  
re arcem, tanquam à deo etiam deflituram exportatis ita-  
que rebus omnibus, ad caſtra nauigauerunt. Posteaquam  
autem eos qui ab Artemiſio ſoluerant, ad Salaminem tub-  
uiffiſſe audierunt reliqui clatiſſimi qui ad Træzena erant,  
codē confluxere. nam ut in Pogonem Træzenorum por-  
tum coiretur erat edictum. Pluresq; multo contraria ſunt  
naues quam ad Artemiſium deceruerant, & a pluribus  
ciuitatibus, codem quo ad Artemiſium duce, Eviybiade  
Eurychidis filio, viro Spartiata, non tamē ē genere regio:  
quarum multo plurimas ac maxime veloces obtinebant  
Athenienses. quæ clatiſſis ex his conſtabat: Ex Peloponneso  
Lacedæmoni ſedecim naues præſtabant: Corinthi, toti-  
dē quo ad Artemiſium preſticerant: Sicyonii, quindecim:  
Epidauri, decem: Træzeni, quinq; : Hermionensiſes, tres.  
Hi Doricæ ac Macedonicæ ḡeis (Hermionenſibus exce-  
ptis) ex Erino & Pindo & Dryope ſunt, ab Hercule & Melien-  
ſibus ē regio. ac quæ Doris nūc vocatur, abduoti. Haec copia  
Peloponnenſium erant. Eorum autē qui ſunt in extiore  
continentte, Athenienses ſupra quam carrei naues præſta-  
bant, ioli centū octoginta. quippe quibus no adueruntq;  
pugna

pugna ad Salaminem gesta Platæenses, ob hanc causam, quod quū Græci ab Artemilio dilaphi sunt, Platæenses, ubi iuxta Chalcidem appulti fuere, delicentes in Pieria ore Beotiae, ad recipiendos domesticos suos se conuerterant. ita dum in suis cōseruandis occupatur, relieti fuere. Athenienses autem sub Pelasgis eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, Pelasgi erant. Cuius nominati sub rege verò Cecrope, Cecropide cognominati: Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienses appellati: deinde Iones, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Atheniensis exercitus. Megarenses autem tantundem copiarum quancum ad Artemisium attulerunt. Ampracijs, septem cum nauibus auxilio venerunt: Leucadij, cum tribus, Doria gens, & à Corintho oriunda. Ex insulanis autem Ægineæ triginta naues exhibuerunt: quibus aliae quoque erant naues instructæ, sed iis oram suam tutabatur: verùm cum triginta omnino nauibus præcipue velocitatis ad Salaminiem dimicauerunt. Sunt autem Æginetæ Doræ, ab Epidauro, cui insulæ nomen antea fuerat Oenone. Post Æginetas eisdem quas ad Artemisium viginti naues præbuerunt Chalcidenses: & Eretrenses, septem hi Iones sunt. Dehinc autem Chij eisdem præbueræ, gens ab Atheniensibus Ionica. Naxij autem naues præbueræ quatuor, qui quemadmodum & cæteri insulani, à populisbus ad Medos missi erant, sed illorum iusla aspernati, transiere ad Græcos, suæsu Democriti, viri inter clues illustris, & tunc trierarchi. Naxij autem Iones sunt ab Atheniensibus ducentes originem. Styreneñes quoq; eisdem quas in Artemisio naues præbueræ. Cynthij, unam omnino, & unam penteconterum horum vtriq; Dryopes sunt. Setiphij etiæ & Siphnij & Melij fuere in partibus. hi enim soli ex insulanis terram barbare & aquam negauerunt. intra Thespiontos isti omnes & amnem Acherontem iocolunt. Siquidem Thespiori, quum sint contermini Ampraciotis ac Leucadiis, ex ultimis regionibus in militiam venerunt. Eorum autem qui extra hos habitant, soli fuere Crotoniatæ qui Græciæ periclitanti auxilium una naui tulere, cui præcerat Phayllus, vir ter pythionices. Sunt autem Crotoniatæ <sup>idest terio certamine Py-</sup> genœ Achæi. Et cæteri quidem ex hac clacie trucemesshice viator.

<sup>a</sup> Aliqui ipse-  
m bunt libri  
annio pentecos-  
teros interpretat.  
magia quin-  
quaginta re-  
derunt.  
<sup>b</sup> Iepmagin-  
modo.

<sup>c</sup> Simul quod  
oraculo inue-  
nisse sibi vi-  
detur. i.e.  
oraculo sensum,  
an menem.

præbuerunt: Melij autem & Siphnij & Scriphij pentecos-  
teros, <sup>'id est</sup> biremes: Melij duas, Siphnij Scriphiiq; vnam  
vtrique. Melij, à Lacedæmoni genus ducentes: Siphnij &  
Scriphij, ab Atheniensibus Iones. Summa nauium, præter  
pentecosteros, fuit trecentæ quinquaginta octo. Quæ  
posteaquam ex iis quas dixi vrbibus ad Salaminem con-  
uenerunt, inter eorum duces consultabatur, EVrybiade  
rogante ut qui vellent sententiam dicere, vbinam ex iis  
locis quibus ipsi potirentur, commodissimum foret pu-  
gna nauali decernere. iam enim Attica pro derelicta erat:  
Itaque de ceteris deliberabatur. Pleræque igitur illorum  
sententiæ in hoc congruebant, ut profecti ad Isthmum an-  
te Peloponnesum decertasent, hac videlicet ratione, quod,  
si malè pugnassent, ad Salaminem quidem obscuris sibi id  
insula nullum subiudicium ostendebatur: ad Isthmum vero  
dabatur ad suos effugium. Hæc ratio quin à ducibus Pe-  
loponnesum reddetur, aduenit quidam Atheniensis  
nuntiatum iam Atticam barbarum esse ingressum, eas-  
que omnem igne vastare. nam copit quæ cum Xerxes-  
runt, Bœotiā petagrantes. incensa tūi Thespium,  
qui in Peloponnesum absellebant, tum Platæam v-  
be, Athenas peruenient, & omnia illa perunstabant. Ideo  
autem Thespium & Platæam incenderunt quod à Theba-  
nis acceperant illas ciuitates nō sentire cum Medis. A tra-  
iectu autem Iellesponti, ex quo iter ingredi cōpete bar-  
bari, vnum mensēm triuere transiundo in Europam, tres  
alios dum in Atticam peruenire, Calliade summum A-  
thenis magistratum gerente: urbemque desertam cepere,  
paucis quibusdam Atheniensibus in templo repertis, nec-  
non quæstoribus atrariis, & hominibus e genis, qui præse-  
pta foribus atque lignis arce subeuntes arcebant: qui non  
exierant illinc ad Salaminem simul præ inopia victus, <sup>'si-</sup>  
mul opinione oraculi soluendi, quod reddiderat sibi Py-  
thia, murum ligneuni inexpugnabilem fore: id interpre-  
tantes ex oraculo effugium esse, non naues. Hos Persæ, ca-  
stris ex aduerso arcis positis in prominenti colle, quem A-  
reion pagon Atheniæs vocant, hunc in modum obsede-  
runt: Sagittas stupa circumdatas ubi incederant, emitte-  
bant in illorum vallum, Athenienses, quāquam obsessi, &

ad ultimum malorum deducti, etiam incenso vallo, tamen resistebant: ac ne verba quidem Pisistratidarum conditionem deditiois offerentium admittebant: & cum acria ad repugnandum excogitatunt, cum verò hoc, quod in barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria: adeo ut Xerxes perdiu inops consilij fuerit, quod eos expugnare non posset. Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. necesse enim erat, secundum oraculum, omnem Atticam quae in continente est, subiici Persis. Igitur à fronte arcis, a tergo autem portarum & ascensus, qua parte nemo excubabat, quaque nemo credebat quempiam hominum ascensurum, hac parte, et si loco prærupto, quidam conscenderunt, iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis. Quos ubi in arcem ascendisse viderunt Athenienses, partim è muro sese præcipitauerunt, atque extinti sunt, partim in ædem refugerunt. At Persæ qui ascenderant, primum ad portas contendunt, eisque patefactis supplices trucidant: atque ubi omnium stragem fecerunt, direpto templo arcem incendunt. Athenis omnino Xerxes potitus, equitem quendam Susa ad Artabanum mittit, auctiatum res bene gestas, ac præsentem statum. Postero die quam nuntium miserat, conuocatis Atheniensium exilibus expeditionis suæ comitibus, iussit ut consecra arce hostias suo ritu immolarent: siue aliquo in somniis viso, siue sua sponte facti poenitens, quod templum concremasset. Exules Athenienses id quod iussi erant exequiti sunt. Cuius rei cur mentionem fecerim exponam: Est in arce hac, Erechthei (qui fertur fuisse terrigena) templum, in quo ocea est & mare, ut apud Athenienses prædicatur, Neptuno & Mineruæ in testimonium posita quod de regione decertascent. Hanc igitur oleam una cum cætero templo contigit ut barbari exurerent: quam Athenienses qui ab rege iussi erant rem diuinam facere, altero ab incensione die quum in templum ascendissent, aspergerunt fruticale, edito à stipite virgulto cubitu instar. Et haec quidem illi narrauerunt. At Græci qui apud Salaminem erant, ubi nuntiatum est ut res circa Atheniensium arcam se haberent, cù perturbationis deuenere, ut nonnulli è ducibus non expectarent dum propositum nego-

<sup>i pro Pelo-</sup>  
<sup>ponefo. abh.</sup>

tium constitueretur, sed in naues irruerent, ac vela tolleret <sup>est</sup> tanquam profecturi: cæteri q; qui relinquebantur, statuerent sibi ante Isthnum prælio nauali decernendum. Et quum nox adfuisset, digressi è concilio, naues concesserunt. Ibi Themistoclem pergentem ad nauem sciscitatur Mnesiphilus vir Atheniensis quidnam ab ipsis decretum esset: & quum ab eo audisset decretum esse ut ad Isthnum proficisci entur, & ' ante Peloponnesum dimicarent, Si i-  
sti, inquit, à Salamine proficiscantur, iam tu pro nulla am-  
plius patria dimicabis. ad suam enim quisque patriam re-  
meabunt: vt nec EVrybiades, nec alius hominum quispi-  
am cohibere possit quominus copiæ dilabantur: Græcia-  
que peribit consilij inopia. Quare si quid comminisci po-  
tes, perge, & quod decretum est conare irritum reddere, &  
EVrybiadem à sententia revocare, vt hic perficeret. Themis-  
tocles, quum hæc admonita sibi admodum probarentur,  
nullo reddito responso ad EVrybiadis nauem perrexit. ubi  
hominem cōuenit, ait velle se de negotio communium  
eo colloqui. Hūc ille in nauem ingressum iubet loqui quæ  
vellet. Cui Themistocles assidens, quæcumque à Menes-  
philo acceperat, tanquam à semetipso refert, & alia adiicit  
multa, donec EVrybiadem à sententia revocauit: persua-  
sitque vt è navi prodiret, & duces ad concilium conti-  
seret. Ij posteaquam congregati sunt, priusquam ad eos EV-  
rybiades referret id cuius gratia ipsos coegerat, Themis-  
tocles multis agebat verbis prout magnopere expedie-  
bat. Quem interfatus Corinthiorum dux Admantus O-  
cyti filius, Themistocles, inquit, in certainibus ij qui an-  
se alios surgunt, colapsa cæduntur. Eum refellens Themis-  
tocles, At qui, inquit, relinquentur, non coronantur. Co-  
miter autem Corinthio quum respondisset, ad EVrybiadē  
conuersus, nihil corum dicebat quæ dixerat prius illos,  
posteaquam à Salamine profecti fuissent, dilapsuros: (præ-  
sentibus enim sociis, nō putabat sibi decorum quempiam  
accusare) sed aliunde oratione sumpta, In te nunc, inquit,  
satum est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hic  
prælium facias, & non horum quibusdam credens, classem  
ad Isthnum abducas. vt nunquæ enim, quum audieris, in-  
ter se comparato. Si ante Isthnum configes, in pateti pe-  
lago

1 Iago dimicabis, vbi nobis minimum expedit, naues ha-  
 2 bentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo, etiā si cōsentaneus  
 3 in aliis feliciter nobiscum agatur, tamen amittes Salami-  
 4 nem & Megara & Ēginam. nam illos unā comitabitur  
 5 suus pedestre exercitus. atque ita tu eos in Peloponnesum  
 6 ages, omnemque Græciam in discrimen adduces. Sin au-  
 7 tem id feceris quod suadeo, hæc in eo reperies commoda:  
 8 Primū si in arcto confluxerimus nos, paucæ naues cum  
 9 multis, profectò<sup>1</sup> si equa bellicontingent, multo superio-  
 10 res erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis est:  
 11 in spatio, pro illis. Præterea Salamis seruatur, vbi nostri  
 12 nunc liberi collocati sunt & uxores. <sup>2</sup> Est & alia hic cauta:  
 13 propter quam item debes præcipue hic manere, quod pro  
 14 Peloponneso & Isthmo pugnabis: quod caue (si sapis) nei:  
 15 stos ducas. Quod si id quod spero continget, ut classe vin:  
 16 camus, barbari neque ad Isthmum nobis aderunt, neq; vñ:  
 17 quam longius ab Attica procedent, sed nullo ordine abi:  
 18 bunt: vnde nobis lucrificiemus quæ seruauerimus, Mega:  
 19 ra, Ēginamq; atq; Salaminem, apud quam <sup>3</sup> credibile est  
 20 nos hostibus fore superiores. Credibilia enim suadētibus  
 21 hominibus ferè prosperè cedit: secus facientibus ne deus  
 22 quidem vult adesse, & humanæ sententiae indulgere. Hæc  
 23 dicentem Themistoclem rursus interpellans Adimantus,  
 24 iubebat silere eum, utpote cui patria non esset: qui ueliam  
 25 Erybiadem non inere virum extorrem sententiam di-  
 26 cere, & ita denum id sincere quum vrbē Themistocles ha:  
 27 buisset: vide licet exprobrans quod Athenæ capte essent,  
 28 tenerenturque ab hoste. Tunc Themistocles, & illi & Co:  
 29 rinthiis multa ingerens probta, ratione ostendit, sibi esse  
 30 & solum, & urbem multo maiorem quam illis, <sup>4</sup> vnde na:  
 31 ues ferme ducentæ essent armatae, quas nulli Græcorum  
 32 inuidentes possent propellere. Hæc quum ratione signifi:  
 33 casset, ad Erybiadem transiens, matori cum acrimonia  
 34 loquebatur, inquiens, Tu verò si hic manes, vit etiæ e-  
 35 gregius: si minus, Græcia euersor. totum enim belli  
 36 momentum nobis naues sustinent. Sed mihi crede, nisi  
 37 hoc feceris, nos, sicuti sumus, vbi domesticos receperi:  
 38 mus, in Sicili quæ est in Italia, profecturos, quæ olim iam

, 6 ratione

cōsentaneus

sue bellum exire.

2 sed &amp; hoc

inter cetera

est quod in

primis ample-

ci debes: ac

manens, per

Peloponneso

&amp; Isthmo ut-

bile feci<sup>5</sup> pu-

gnabis.

\* Λογίον in

significat poema

oraculo pre-

dictum est.

Leaf. I. mend.

Isth. c. verit-

satiale est. S.

3 Conilia e-

num agitanci-

bus radicem,

conuentuca,

succedunt ri-

la vñ flum-

num ac si qui

agitent consi-

lis ratione: ad

conuentuca,

ne ipse quid è

deus sit in

me uita, ut me

ratios exponat

te accipit, ut ex-

date.

4 sapienter

dum cillit

illis ducentæ

naues armata-

e: nullus e-

nim ex Græ-

cis illas in-

ad. posse pu-

pulsare.

5 Ita ut nos

habemus. n.

Item nunc, &amp; nibil innonatur circa terram nostrorum statum.

<sup>1</sup> in diversam  
a priori senti-  
entiam addu-  
cebatur. vel.  
*Ad sentiendum*  
*aliquid quam*  
*primum indureba-  
tur. Ad verbum,*  
*'Redocebatur. i.*  
*Diversum sen-  
tire docebatur.*  
*vel, 'Dedoceba-  
tur quod senti-  
re edocitus fue-  
rat.*

<sup>2</sup> *Sicut autem*  
*deliberatum*  
*succebat, ita hunc*  
*fecerunt qui*  
*enim dixi o-*  
*mibus pre-  
ces fudissent,*  
*illinc quidem,*  
*ex ipsa numeris*  
*Salamine, A-*  
*etac Telamo-*  
*nemque inno-*  
*cauerunt: ad*  
*Aeacum autem*  
*tererosque*  
*Aeacidas in-*  
*nucandoz na-*  
*ut in Ag. mis.*  
<sup>3</sup> *Hec non po-*  
*test quin ma-*  
*goa aliqua cl.*

nostra est: & quam, ut oracula aiunt, à nobis condicopor- <sup>et</sup>  
ret. Vos autem talibus sociis destituti meorum verborum <sup>et</sup>  
reminiscenti. Hæc dicente Themistocle, Evrybiades  
'edocebat: & ob id edocebat (ut mihi videtur) quod,  
maxime formidabat ne si ad istum classem reduxis-  
set, ab Atheniensibus desereretur: quibus deserentibus,  
iam reliqui non essent in pugnando hostibus patres. Ita sen-  
tentiam eam probauit, ut illic permanentes, pugna nua-  
li decernerent. Quod ubi Evrybiadi placuit, iij qui alter-  
cationibus velitati fuerant circa Salaminem, quum illic <sup>et</sup>  
se se apparet tanquam prælium nauale facturi, dies il-  
luxit: & simul oriente sole, extitit terræ & maris motus:  
propter quod visum est faciendum ut Eacidas in auxilium  
invocarent.' Id ubi fecerunt, & omnibus qui illinc è Sala-  
mine sunt diis vota fecerunt, & Aiacem Telamonis filium  
invocauerunt: nauemque ad Aeacum & ad alios Eacidas  
invocandos Aeginam miserunt. Narrabat autem Dicæus  
Theocydis filius, vir Atheniensis, atque idem exul, & apud  
Medos factus illustris, per id tempus quo Attica regio A-  
theniensibus desolata, à pedestri Xerxis exercitu vasta-  
batur, se forte fuisse unum Demarato Lacedæmonio 2-  
pud campum Thriasium, vidisseq; puluerem triginta fer-  
me millium virorum procedentem ab Eleusine: & quum  
demiraretur quorūnam hominum esset ille puluis, sta-  
tim se audisse vocem, quæ vox ipsi videretur iacchus my-  
sticus: & Demaratum (ut qui esset sacerorum quæ fierent in  
Eleusine ignarus) interrogasse quidnam esset quod ita so-  
naret, sequè dixisse, Demarate, 'non abierit quin grandis <sup>et</sup>  
aliqua clades contingat regis copiis. Hoc enim palam est,  
quum Attica sit desolata, numen ab Eleusine resonans, ve-  
nire auxilio Atheniensibus ac sociis. & si quidem in Pe-  
loponnesum incubar, periculum regi erit, eiusque copiis  
quæ sunt in continente: si ad classem quæ ad Salaminem  
est conuertatur, periculum adibit rex ne nauticum amit-  
teat exercitum. Hæc autem solennia Athenienses quotan-  
nis celebrant Cereri atque Proserpinæ: & his sacris qui-  
cunque vult & Atheniensium & aliorum Græcorum ini-  
tiatur: & vox quam audis, est in hoc festo bacchantium.  
Et ad hæc dixisse Demaratum, Sile, nœve alteri cuiquam  
hoc

» hoc verbum dixeris. nam si ad regem referatur , capite  
 » plesteris, vt nec ego te nec alias quispiā hominum queat  
 » cripere. quonobrem tene silentium. hæc autem expeditio  
 » di scutæ erit. Hoc Demaratum admonuisse aiebat. 'Ex  
 » illo autem puluere ac voce factam esse nubem, eamque in  
 » sublime elatam, Salaminem versus ad Græcorum exerci-  
 » tum fuisse delatam. Ita se didicisse nauticas Xerxis copias  
 » esse perituras. Hæc dicens Theocydis filius referebat, De-  
 » maratum atque alios testes citans. Clariariæ autem  
 » Xerxis copiæ, vbi conspecta strage Laconica ex Trachi-  
 » dia in Histianam traicerunt, triduum illic moratae , per  
 » EVtipum nauigabant, totidemque diebus ad Phalerum  
 » præstò fuerunt. Nec verò minori (vt mihi videtur) nunci-  
 » to vel pedestres copiæ vel nauticæ Athenas promota sunt,  
 » quam ad Sepiadem atque Thermopylas. nam in supple-  
 » mentum eorum qui auct tempestate ad Thermopylas , aut  
 » in nauibus ad Artemisium præliis interierunt, hos sub-  
 » stituam qui nondum regem sequuti fuerant, Melienses,  
 » Doricenses, Locros, Boeotos, qui cum omni copia adue-  
 » nerunt, exceptis Thespientibus & Platæensibus : necnon  
 » Caiytiros, Andrios, Tenios, accæteros omnes insulanos,  
 » præter quinque ciuitates, quarum nomina superius com-  
 » memorau. nam quo magis penetrabat in Græciam Per-  
 » ses, eo plures cum nationes sequebantur. Quæ omnes, ex-  
 » ceptis Pariis, postquam Athenas venere , & ad Phalerum,  
 » (Parij autem in Cythno relieti , quò bellum caderet ex-  
 » spectabant ) ibi Xerxes ipse ad classem descendit , animo  
 » cœtum classiariorum adeundi, & eorum audiendi senten-  
 » tias. Eò profectus vbi præsedidit, assidentibus qui accitu eius  
 » aderant, sive quoque gentis tyrannis ac nauium præfe-  
 » etis, vt cuique rex honorem dederat, quorum primuse-  
 » rat Sidonius rex, tum Tyrius, deinceps alij gradatim : mi-  
 » sit ad eos Mardonium tentandi gratia , sciscitatum sin-  
 » gulosis prælium nauale faceret necne. Posteaquam Mar-  
 » donius à Sidonio exorsus, singulos circumiens interro-  
 » gavit, cæteri quidem candem dixerunt sententiam , iuben-  
 » tes fieri prælium : Artemisia verò , Hæc, inquit, Mardonii,  
 » quæ dico, regi referas: ' me neque in præliis ad EVboeum  
 » gestis ignauissimam extitisse , neque minima contulisse &c.

: Post illum  
 autem puluerem  
 ac vocem or-  
 tam esse nu-  
 bem.

2 quum re-  
 manfuerit.  
 3 me, quæ nec  
 in nauib. ad  
 Euborā præ-  
 liis me igna-  
 uissime gesti,  
 nec minima  
 præstici , par-  
 est, domine,  
 sententiā me-  
 ain profeten-  
 do, quæ maxi-  
 mè e te tua  
 esse céto, in-  
 dicare : atque  
 ideo hæc di-  
 co . Parce na-  
 uib , nec præ-  
 lium nauale  
 cum his viris,  
 &c.

in te, domine. ideo, quum talis sim, & quum esse, ea quæ in  
 tem tuam maximè esse sentio, demonstrare. Itaque hoc ti-  
 bi suadeo, ut nauibus parcas, nec prælium nauale facias  
 cū his viris qui tanto sunt tuis in mari præstantiores, quan-  
 to fæminis viri. Quid enim necesse habes omnino venire  
 in discrimen pugnæ naualis? nōne Athenas habes qua-  
 rum gratia expeditionem sumpsi? nōne reliquam Græ-  
 ciā? ac nemō tibi obſiſtit? Qui tibi obſiſtebant, ita ſum-  
 moti fuerūt eos decebat. Quò autem ego recaſuras hosti-  
 um res arbitror, id exponam: Si non iſtabis pugnæ naua-  
 li committendæ, ſed classem perges huc continere adter-  
 rain, aut etiam tendere ipſe in Peloponnesum, tunc tibi,  
 domine, ſuccedent ea quorum gratia veniſti. neque enim  
 diu tibi rēſiſtere Græci poſſunt, ſed dilabentur, & ab te ad  
 tuas quīque vrbes deſugient. quoniam neque commea-  
 tus eſt eis in hac iſula, vt ego audio, neq; ſi tu in Pelopon-  
 nessum pedeſtres copias duces, hīc eos credibile eſt perſti-  
 turos qui illin chuc aduenerunt, neq; de pugna pro Ath-  
 eniēibus facienda curaturos. At ſi pugnam naualem ge-  
 rere approporabis, vereor ne copiæ nauticæ malè re gera  
 pedeſtribus ſint exitio. Præterea hoc etiam rex in animum  
 dimitte: vſu venire vt bonis quidem hominibus malis ſerui  
 ſint, malis autem boni. Ideoque tibi (qui virorum es opti-  
 mus) ſerui ſunt mali, qui numero ſociorum cenſentur Ä-  
 gyptij, Cyprij, Cilices, Pamphyli, ē quib' nulla utilitas eſt.  
 Hæc loquente Artemisia, quicunq; ei bene volebant, no-  
 xiām illi rebātur ſuam orationē, tanquā aliquid mali paſ-  
 ſurę ab rege, quē retinet pugnam facere naualem: at iſ qui  
 malè conſultum illi volebant inuidabantq;, vt poic' cui in-  
 ter primos omnium ſociorū honos haberetur, gaudebant  
 eius quam dixerat ſententia, taoquam perituarę. Sed Xer-  
 xes, postquā ad eum ſunt relatae tentatiæ, magnopere de-  
 lectatus eſt Artemisiæ ſententia: & quū iam antea officio-  
 ſam eſſe ſenſiſſet, tunc multo impenſius collaudauit. Nihil  
 iſ dominus vt plurib. ſtaretur iuſſit, ratus ad Eubœam ſuos  
 ſpontē mali pugnasse, quod videlicet ipſe abfuſſet: itaque  
 conſtituit ſpectaculo pugnæ naualis interelle. Clariarij u-  
 bi nuntiatum eſt illinc eſſe ſoluēdum, classem Salaminem  
 uerſuſ ducunt, & per otium in acie ſunt digeſti. Sed quum  
 eos

i. id est. ſenten-  
 tia plurimam.  
 Quoniam je tem-  
 pore plus gran-  
 de uox.

eos dies defecisset quo minus prælium committeret, (nox enim interuenit) in posterum die in festi instaurabat: quum interim Græcos metus formidoque cepit, cum alios, tum vero Peloponenses, quod ipsi desidentes in Salamine, pro Atheniensium terra essent certaturi: qui si superarentur, in insula deprehensi forent oblidendi, sua terra sine præsidio relata. Per eandem noctem pedester exercitus barbarorum contendebat in Peloponnesum: quanquam cuncta quæ poterant excogitata erant ne barbari per continentem ingredierentur. Nam ubi Leonidem cum suis apud Thermopylas occubuisse accepere Peloponenses, celerrime ex urbibus concursu facto, Isthmum insederunt, duce Cleombroto Anaxandridæ filio, Leonidæ fratre. Ibi considentes, priuum viam Siconidem obstruxerunt, deinde consilio inito Isthmum muro inaedificabant, opusque perficiebant, quippe nemine (quum tot millia virorum essent) cessante. nam & lapides & lateres & ligna, & cistas sabulo plenas afferebant, nullo temporis momento opus intermitentes, neque diurno neque nocturno. Hi autem è Græcis fuerunt qui ad Isthmum auxilio cum omni copia veneruant: Lacedæmonij, & Arcades omnes, & Elei, & Corinthij, & Sicyonij, & Epidaurij, & Phliasij, & Træzenij, & Hermioneles. Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt metuentes periclitanti Græcia. Cæteris enim Peloponensibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia iam & Carnia præterierant. Incolunt autem Peloponnesum gentes septem, quarum duæ indigenæ eûdem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynuri: una, Achaica, quæ nunquam illa quidem è Peloponneso excessit, sed pristino loco egressa, alienum incolit: reliquæ quatuor è septem aduentitiæ sunt, Dorienses, Ætoli, Dryopes, Lemnij. Ac Doris sum quidem multæ sunt & in lignes ciuitates: Ætolorum autem sola Elis: Dryopum autem, Hermione & Asina, quæ ad Cardamylam Laconicam sita est: Lemniorum autem, omnes Parorestani. Cynuri autem, quum sint indigenæ, soli putantur Iones esse, sed effecti sunt Doris, sub imperio Argivorum impositi, & progressu temporis, quum essent Orneatæ, itemque accolæ. Harum igitur septem gentium cæteræ præter eas quas recensui, è

medio cesserunt: & (si ingenuè loqui fas est) in medio se-  
dentes cum Medis sentiebant. Apud Isthmum quidem in  
tali labore isti occupati erant, utpote pro omni iam cursu,  
quod nulla spes è classe affulgeret, currentes. Quæ audien-  
tes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, nō  
tam pro seipsum quām pro Peloponneso solliciti, adeo ut alius  
alium adiens, & summissa voce loquens admiraretur in  
Eribiade consilij inopiam: tandem verò res erupit in  
medium, consiliumque contractum est, & multa de hoc  
ipso dicebantur, ab his quidem, oportere in Peloponneso  
nauigare, & pro illa adire periculum, non autem ma-  
nentes, pro regione capiua pugna nauali decernere: ab  
Atheniencibus verò & Æginetis & Megarenibus, satius  
esse illic manentes dimicare. Ibi Themistocles, postquam  
sententia Peloponnesum euicit, clanculum è concilio  
egressus, misit ad classem Medorum nauigium, cum quo-  
dam iusso dicere quæ oporteret, cui nomen erat Sicino,  
contubernali suo, atq; corum pædagogo liberorum suo-

rum: quæ post has res gestas ipse Thespensem fecit, ' (vbi  
Thespenses in ciuitatem sunt recepti) atque locupletem.  
Is tunc nauigio ad duces barbarorū profectus hæc inquit,

Dux Atheniensium, quod partibus regis fauer, præopratq;  
res vestras quām Græcorum esse superiores, misit me iam  
clam aliis Græcis indicatum vobis, illos metu percusso  
fugam facere velle, & nunc offerri vobis occasionem exe-  
quendi rem omnium præclarissimam, nisi per negligen-  
tiam eos dilabi siuatis. nam neque inter se consentiūt, ne-  
que vobis amplius obſiſtent: sed inter se dimicantes cer-  
netis eos qui vobiscum & eos qui cōtra vos ſentiūt. Hacre  
Sicinus indicata, ab illis abſceſſit. Cui fidem habētes bar-  
bari, tum in insulam paruā nomine Psyttaleam, quæ inter  
Salaminem & continentem ſita eſt, multos Persarum tra-  
iiciunt, tum medium circa noctem cornu quo ad vespe-  
ram ſpectabat producūt Salaminem versus, eam circumi-  
turi: producūt item qui circa Ceoo & Cynosuram instru-  
cti erant, occupying omne fretum Munychia tenuis. Ideo  
autem & naues producebāt ne qua Græcis liceret effuge-  
re: ſed circumuenti vicem redderent præliorum ad Arte-  
misium gestorum. Ad insulam autem Psyttaleam traici-  
ebant

ebant Persas, ut commisso nauali certamine, quum plurimum & virorum & naufragiorū cōefferretur, (erat enim insula in traicētu pugnacē sita) iij Persæ suos seruatent, alienos interimerent. I loc autem ne hostis sentiret, clāculum <sup>i</sup> alios ferunt, alios inegere, nulla noctis parte concessa somno. In has ego tcs intuens, non habeo aduersari oraculis tanquam non, veris volens euidenter loquentia conari refellere,

*Auriculae præst quam Diana littora iungent  
Nauales pontes cum littoribus Cynosure.  
Spes stolidæ fortes quod Athenæ marie subegit,  
Competet iuuenem meritissima pœna superbūm,  
Instinctum furū, sibi cedere cuncta putantem.  
Nam miscebitur æs ari, mars sanguine pontum  
Inficiet: Graia tunc liberat tempora reddit  
Saserno genitus, simul C V. Eteria pollens.*

Quum ita euidenter in his à Bacide dicatur, profectò neq; ipse de fide oraculis deroganda ausini dicere, neque ab aliis dici sustineam. Porro inter duces qui in Salamine erant ingens conflatus est tumultus, nondum scientes à barbarorum nauibus se circumueniri: ubi autem orto sole inspexerunt hostem instrūtum, censuerunt ibidem sibi manendum. Quibus congregatis, applicuit ex Ægina Anstides Lysimachi filius, Atheniensis quidem, sed in exiliu à populo eicetus, quem ego (ut cius mores accepi) virum optimum Athenis atque iustissimum censui. Hic vir consilio assistens, Themistoclem euocauit, non amicum sibi, sed in primis inimicum: verūm præ magnitudine prætentium malorum oblitus simultatum, euocauit hominem colloquendi gratia, prælenserat enim Peloponneses maturare ad Isthmum classem reducere. Qui, quum prodisset Themistocles, ad eum inquit, Nos & alio tempore & hoc ipso contēdere debemus inter nos hac de re, uter nostrum de patria præclatius mereatur. te verò certiore facio, peræque esse Peloponnesibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego enim tibi quod ipsomet vidi, refero: nunc ne si velint quidem, Corinthios atque ipsum Erybiadem enauigare posse, quoniam circumdati ab hostibus vndique sumus. quare ingressus ad eos, hoc indicato. Cui respondens Themistocles, Ut ilia sanè, inquit,

**e** Scito enim iubes bonū afferēs nuntium. Nam quod ego precabar ut  
quæ à Medis fieret, id ipse tu conspicatus fieri venisti nuntiatum.<sup>1</sup> ut c-  
hant. à me nim scias, quæ fiunt a Medis, propter me fiunt: quoniam  
profecta esse. opus factō fuit ut Græci qui nolebant sua sponte ad pu-  
gnam descendere, descendētēt inuiti. Tu verò, quando-  
quidem utilia nuntiatum venisti, per teipsum nuntiatō.  
**Q**uoniam si ego retulero, videbor rem commentitiam di-  
cere, nec ipsi persuadēbo, tanquam non hoc agentibus  
barbaris. Itaque tute ingressus, ut res habet ipse referas.  
**Q**uod vbi feceris, si tibi fidem habebuot, optimè habet:  
suminus, perinde nobis erit. neq; enim si vndiq; circum-  
dati sumus, ut tu ais, amplius isti defugient. Aristides con-  
cilium introgressus, eadem retulit, dicens se ex Ægina ve-  
nisse, & ægræ clapsum, latendo stationem hostium. O-  
mnia enim classem Græcorum, à Xerxis classe circum-  
uentam: ideoq; hortari se ut ad defensionem sui illi se se  
præpararent. Hæc loquutus Aristides, retrò abiit. Ruris  
autem inter duces altercatio orta, plerisq; corum fidei  
nuntio non habentibus. Quibus non credentibus aduenit  
tricemis transfuga virorum Teniorum, cui præcerat Panx-  
tius Sofimenes filius, qui omnem veritatem attulit. Cuius  
facti nomine Tenij in tripode qui Delphis dedicatus est,  
inter eos qui barbarum debellatunt, scripti fuere. Ex hac  
autem nauī quæ ad Salaminem & altera quæ ad Artemi-  
sum transfugit, expleta est Græcorum classis trecentarum  
& octoginta nauium. duæ namq; prius ad explendū nu-  
merū defuerant naues. Græci, vbi eis verba Teniorum  
fecerunt fidei, se apparauerunt tanquam dicitur. Et  
sub diluculum, quum propugnatorum cœtum fecissent,  
Themistocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat:  
cuius orationis summa erat, meliorū cum peioribus com-  
paratio, quæcunque in hominis natura atq; industria exi-  
stunt, exhortatus ut meliora eligerent. Vbi perorauit, ius-  
sit illos ingredi naues. quib. ingressus, rediit ab Ægina tri-  
renus quæ profecta ad Æacidas erat. moxq; omnes naues  
quum in Græci soluerunt. In quos mouentes continuò barbari sunt  
inuesti. Ibi cæteri quidem Græci quum inhiberent re-  
mos, cellimq; irat, Aminias Palleneus vir Atheniensis, euc-  
pitis) spes erit, quum alius multo maior exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, equiparando vos regi, priuari solo vestro, & pro vobisip̄is assidue discurrere. immo potius his molestiis vos explicare, quum adhuc vobis pulcherrima explicandi facultas, quod ab rege prouocati ut societatem belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudem, liberati eritis. Hæc in iustit, Athenienses, apud vos Mardonius dice. Ego vero de mea in vos benevolentia nihil commemorabo. neq; enim nunc primùm eam cognouisti. Oblecto autem ut Mardonio morem geratis, quos animaduerto non semper validos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales si animaduertrem esse, nequaquam huc cum his mandatis venissem. Quippe regis vires supra humanas sunt, & manus prælonga. Quod nisi properè asserentiamini magna pollicentibus, quippe ex arquo fœdus facere volentibus, rimeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maximè in via habitatis, & soli semper præcipuā cladem accipitis, possidentes terram inter diuersas acies positam. Itaque inducite hoc in animum quod magnopere est è vestra dignitate, quum rex magnus vobis Grecorum solis iniurias remittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem Athenas ire ad inducendos in barbari societatem Athenienses quum audissent Lacedæmonij, id ne fieret vehementer extimuerunt, reminiscentes oraculorum fatale esse ut ipsi cū ceteris Doriensibus è Peloponeso efficerentur à Medis patiter & Atheniensibus. ideoque sine mora mittendos illuc censuere legatos. Et sane contigit ut concioni adessent Lacedæmonij, extraxerant enim Athenienses tempus, probè scientes fore ut Lacedæmonij audirent venire à barbaro nuntium ad societatem contrahendam. quare d. industria id fecere ad declarandam Lacedæmonij sententiam suam. Vbi dicendi finem fecit Alexander, excipientes eum Spartanorum ita loquuti sunt. Nos verò misere Lacedæmonij oratuni vos ne quid noui in Graeciam agatis, neque verba que adferuntur à barbaro admittatis: quod id neque nullum sit ullo modo, neque decorum cum aliis Graecis, cum præcipue vobis: Idque multis de causis. Vos enim hoc bellum extatissimam nobis iuvatis, & propter imperium vestrum

1 & semper  
de vita velita  
penititatu.  
Vos igitur pe-  
tius in gratiis  
cum rege sedi-  
te, quam ce-  
conciliatio-  
nis pulcherr-  
ima se vobis  
offerat occa-  
sio, regem ad  
hanc propria-  
tum habenti-  
bus iuita no-  
biscum circa  
Johū & Iau-  
dem societa-  
te bellū, libera-  
e stote.

2 Nisi igitur  
statiū cū illis  
pacificamini,  
luculentas cō-  
ditiones vo-  
bis proponen-  
tibus, quibus  
pacisci volū-  
tate. Enimvero  
morē genit.   
magis enim  
veltra tetere,  
regē magnū  
vobis solis  
Grecorū in-  
iurias cōdo-  
bate, & ami-  
citatia vobiscul-  
lante velle.

3 Adde quod Athenenses, qui horum omnium autores exuerunt, primos ex Graecis iugurta, res est profecto in to' eradicari. Voi conite tempore & iā inde a pri-

2 ad rem do- metticā per- tinentia,

3 poliens, id est exornans

4 nihil opus fit

5 Atq; adeo nunc renūcia Mard.

6 Tu quoq; ne posthac in conspectū Atheneiūlūm venias orationem huiusmodi adfertens: neque dum in nos officiosas es- se videris (vel mereri) ad cō-

est decertatum, quod certamen nunc in uniuersam Graeciam emanauit: cuius totius vos præcipui autores fuistis, & Græcis causa seruitutis, res nullo pacto toleranda. quum præsertim constet Athenenses semper & iam inde a primis temporibus viudicasse permultos homines in libertatem. Et ita tamen quidem conditionem vestram dolemus, quod iam bis prouenuit frugum fraudati estis, & iam dominibus quæ dirutæ sunt caretis. quo nomine Lacedæmonij vobis accarteri socij spondent se uxores vestras & omnia ad bellum iniutia proximè domesticos suos, quoad bellum hoc steterit, alieuros. Neque vero vos Alexander Macedo seducat, commendans Mardonij crationem. facit enim quod libi faciendum est: quippe qui tyranus tyranus legatur non operam præstat. Sed non idem vestra facere interest, si recte sapitis, qui scitis nihil barbaris esse neque fidum neque verum. Hæc quin nuntij dixissent, Athenenses Alexander ita responderunt. Et ipsi cognitum habemus hoc, vites Medorum etiam arque etiam maiores esse quam nostras, vt id nihil inter sit exprobare nobis: attamen in tutâda libertate eatus resiliemus quatenus valebimus. Ut autem societatem cum barbare contrahamus, neque tu persuaderetentes, neque nos, si tu tentaueris, perfluadimur. Tu vero renuntia Mardonio Athenenses dicere, quoad sole eodem itinere meabit quo nunc meat, eousque se nunquam cum Xerxe societatem in ituros, sed se protegendo propulsaturos eum, fretos ope deorum atque heroum, quorum ille, nihil pensi habens, & templo & simulaicra incendit. Tu quoq; posthac cum istiusmodi oratione ne committas vt Athenis videaris, neve per speciem emolumentorum infanda nos facere suadeas. nolumus enim te ingratum quippiam ab Atheniensibus pati, quibus & hospes & amicus es. Hæc Alexandro responderunt. nuntiis autem Sparuatarum ista, Lacedæmonios vereri ne bene de nobis fecerit ad cō-


mittenda nefaria nos horrare. 7 Veritos quidem esse Lacedæmonios ne cum barbare fœdus iniremus, humandum fuit: sed tamen turpe esse videatur, vos qui scitis quæ sine animina: nitidine prædicti Athenenses, eo metu correptos fuisse quoniam itaque ruitum, &c. Ut sit sensu illum quid m timorem luraannum se, sed illa ad fiduciam quidam natura hominum ingentia profectum esse: non debuisse tamen vim in his reperi: locum illam diffidentiam apud illos qui Atheniensium ma-

1 fœdus iteamus cum barbaꝝ, sanè humanū est: neq; hoc *gnitudinem as-*  
 2 verentes eos turpe est venisse, quibus mens Atheniensium  
 3 inexplicata esset: quoniam neq; tātum auti vſquam gen-*nimi peripetā*  
 4 tium est, neq; regio vlla specie & bonitate p̄fstat, quam  
 5 nos accipientes, vt cum Medis sentiremus, ad tradendam  
 6 seruituti Græciam induceremur. *Quod ne faciamus, et si*  
 7 velimus, multa & magna nos dehortantur: primum atque  
 8 idem maximum, quòd deorum ædes & higiesque incensæ  
 9 pariter & obrutæ sunt, quas nos in primis vltum ire necel-*haberent. Sim-*  
 10 se est potius quām cum iis foederari qui ista fecerunt: de-*plicor i. mī eſ-*  
 11 inde, quin simus Græci eiusdem & sanguinis & linguaꝝ,*j. i ſenſu. & ad*  
 12 quorum & fana & sacrificia cōmunia sunt, & mores adi-*verba iſta que*  
 13 miles, eotum proditores fieri Athenienses, non bene ha-*ſequuntur, ac*  
 14 beret. Ex quo, si ante a nesciebatis, nūc ita accipiatis, dum *modi* *acc*  
 15 vel vltus Atheniensium supererit, nunquam nos conuen-*modatior,*  
 16 tuos esse cum Xerxe. Vestratn autem erga nos prouiden-*miſu. ſat. &*  
 17 tiani, 'quòd consulatis nobis domo carentibus ita ut do-*κκω;. i. N-*  
 18 mesticos nostros alere velitis, gratiam habemus: & ' licet *μηδε*. *s. d*  
 19 beneficium vestrū cumulatum sit, nos tamen ita illud to-*¶ & γένης*  
 20 lerabimus vt nihil vobis molestiaꝝ adferamus. *Quod quā ſimpliſter pro*  
 21 ita ſit, copias primo quoque tempore emittendas curare.*proposito jen-*  
 22 nam (vt nos coniectamus) non diu differet barbarus in-*mine poſſimus*  
 23 gredi regionem nostram: sed simulatque acceperit nun-*etiam for. ſe*  
 24 tum nos nihil eorum esse facturos quæ otauit, aderit. qui  
 25 antequam adiit in Attica, tempus est nos in Bœotiam au-*accepere cum*  
 26 xilio ire.*lau.*

2 quòd ita vobis prospiciatis quorum euēſæ sunt fortunæ, vt alete domest,  
postros velitis.

3 At vos quidem benevolentiaꝝ officio plenè iam defuncti eſſis: nos vero  
quibus poterimus in eis nos ſuffitare per gemus, nihil vobis faciſſendo ne-  
gotijs Negant enim /e velle ut beneficio illo quod offerunt Lacedemonij, cuius tamen gra-  
tiam illi habeant non minus quam ſi uicerentur. Ideoq; χαῖεις ἐπιτίθεται.  
Referendum eſt ad id quod obtulerunt Lacedemonij, quārum non praſtitorint. q. d. tam  
nos vobis abunde obſtrinxisti, quārum hoc beneficium in nos conſerte paratos eſſe vobis dixiſſis;

**HERODOTI HALI-**  
**CARNASSEI HISTORIA-**  
**RVM LIBER NON VS,**  
**qui inscribitur**  
**C A L L I O P E.**



Oc ab Atheniensibus reddito responso Lacedaemonij Spartam reuerterunt. Mardonius autē, posteaquam regressus adeum Alexander Athenensiū responsa indicauit, mouens ē Thesalia citato agmine Athenas ite contendit, quacunque iter faciebat, illinc vitos ad bellum sumens, Thessalis ducibus. Quos adeo non pœnitiebat corum quæ hæcenus egerant, vt etiam multo studiosius Persam inducerent. Equibus Thorax Larissæus & Xerxem effugientem deduxerat, & tunc Mardonium proplam deducebat in Græciam. Mardonium autē, vbi cum exercitu Thebas peruenit, Thebani exceperunt: suadēdō quæ non sinebant progredi longius, quod negarent illum locum ponendis castris opportuniorem esse quam illum, vbi sublīdens cōsequeretur vt omnem Græciam sine pīlio subigeret. Arduum enim esse vniuersis etiam hominibus vi subigere Græcos inter se conuenientes: quod & antea cognouissent. Si verò feceris (dicebant) quod nos suadeamus, occupabis nullo negotio validissima quæq; illorū consilia. Mitte pecuniam ad eos qui pīpotentes sunt in ciuitatibus: missa pecunia Græciam ad factionem rediges: hinceos qui tecum non sentient, admotis copiis facile expugnabis. Hæc Thebani suadebant: quibus ille obtemperandum non putauit, partim animi fastu, partim acri quadam libidine Athenas iterum occupandi: pīferum sperans incensis per insulas ignibus declaraturum se regi Sardibus agenti, Athenas ab ipso teneri. Igitur in Atticam contendens, quum illic Athenienses ne tunc quidem inuenisset, sed plerosque eorum in clade ad Salaminem

1 At Thessa-  
lia docebat ad-  
eo nō pīnī.  
*v. l. Thessalia  
pīnīfīs. aut  
pīmōrēs.*

2 Postro quā  
in Beroniā  
pīnīcīllēt  
exercit⁹, Mat-  
cōnīum ade-  
untes Theba-  
ni. cōphū illi-  
derant, nullū  
locū illo ca-  
stris pīnēdis  
opportuno-  
rē esse dicen-  
tes: neque vt-  
tius progre-  
di cūm sine  
bant, sed ibi  
confidentem  
dare opētam  
*volēbat vt Gr̄c̄  
cia vīnīer-  
sam sine pīsl.  
subigeret.*

nem esse audiret, urbē cepit desertam, decimo mēse quām  
fuerat ab ipso rege capta. Eō postquam venit, mittit ad Sa-  
laminēm Murichidēm quendam Hellespontum, cum eis  
deī in mandatis quāe Alexander Macedo perculisset. Mitte-  
bat autem eadem mandata, gnarus ille quidem non benea-  
uelo erga ipsum animo esse Athenienses, sed sperans con-  
tumaciam defosituros, tanquam subacta omni Attica re-  
gione, & sub ipsius imperio posita, hac de causa Murichidēm  
misit in Salaminēm. Is vbi in senatum venit, Mardonij  
mandata expoluit. ē senatoribus Lycidas tenten-  
tiam dixit, fatius vide: i sibi esse ut ea quāe Murichides a-  
pud senatum diceret, ipsi adiunctentes ad populum re-  
ferrent. Hæc ille dicebat siue quod pecuniam à Mardonio  
aceperisset, siue quod id sibi probaretur. Quod simul  
atque audiēre Athenienses, tam iij qui ex concilio, quām  
qui extra concilium erant, indignè ferentes, Lycidum  
circumsteterunt, lapidibusque interemerunt: Hellespon-  
tum verò Murichidēm dimiserunt illxsūm. Excitato de  
••• Lycida ipud Salaminērum more, & cognito quod gestum  
erat, Atheniensium uxores, alia aliam exhortantes atque  
prehendentes, vltrō domum Lycidæ adiere, hominisque  
uxorem ac liberos lapidauerunt. Huic autem in modum  
Athenienses in Salaminēm transierunt: Quandiu ipsi co-  
pias è Peloponneso vēturas sibi auxilio expectabant, tan-  
diu hostes in Attica habuere statua: at vbi & socij tardius  
segniusq; agunt, & Mardonius aduentans iā esse in Bœo-  
tia audiebatur, ita exportatis omnibus rebus & ipsi in Sa-  
laminēm traiecerunt, nuntiosq; in Lacedæmoniū misse-  
runt conquestum de Lacedæmoniis, qui neglectui habe-  
rent barbarum esse Atticam ingressum, neq; cum ipsiis ei  
in Bœotiam occurrisserint: tum admonitum eorum quāe si-  
bi, si adeum deficere vellent, Mardonius spopondisset:  
tum prædictum, nisi præsidio ipsis essent, le aliquod per  
sem etremedium inuenturos. Agebant autem per id tem-  
pus Lacedæmonijs solennia quāe vocantur Hyacinthia: que  
festa dei celebrare plurimi faciebant. ad hæc murum si-  
bi in Isthmo extruebant, qui iam pinnas acceperat. Ad  
hos posteaquam nuntij Athenientium Lacedæmonem  
venerunt, ducentes secum Megarenium ac Platæenium

1 Iouis Græci. Jegatos, ephoris aditis, ita loqui sunt, Atheniæ ad hæc  
 2 Bœotia stu- nos referenda miserunt, regem Medorum cum nostram  
 3 stati sumus. nobis regionem reddere velle, tum societatem nobilicū  
 i. sp. configen- æquis conditionibus inire citra fraudem & dolum, tum a-  
 dicum hæste m liam regionem nostræ addere, quam ipsi nostro arbitrio  
 Bœotia.  
 3 Cur autem au- optauerimus: nostamen pudore' Græci nūmīnīs, & pro  
 tæa quidem, magnō flagitio ducentes prodere Græciam, annexere nol-  
 quā Alexāder le, sed reculare, quamvis iniuria affectos à Græcis ac pro-  
 venit Athē- ditos. Qui, et si non ignoremus cōducibilius esse nobis so-  
 vas, tā anxiè otūtūne int cietatem inire cum Persa, quā bellū gerere, tamen ipso-  
 quom in? A nte nostra societatem non inibimus. Et hæc quidem nostra  
 theniæses  
 Medoru par- sunt quæ in Græcos præstamus officia. At vos, qui tunc in  
 tes sequen- omnam mecum deueneratis ne pacisceremur cum Persa,  
 tur, cum verò posteaquam compertam habuistis sententiam nostram  
 nihil de hac nequaquam prodendi Græciam, & murum quē in Isthmo  
 se solicii fuc inxificabatis abfoliūstis, nullam habetis Atheniensium  
 rint, huius rei causam aliam rationem: & quum conueneritis nobiscum de occurrendo  
 adferre non possum quā q. mutū Isth- Persæ ad Bœtiā, desertores extitisti, pro nihilo ducētes  
 mi extitue- barbarum Atticam esse ingressum. Itaq; vobis Athenien-  
 rāt. seq; iam s̄t: quod superest, ut primo quoq; tempore nobiscum co-  
 Atheniæ in op̄as mittatis, iubēt: quō barbarum in Attica (quoniam in  
 operā nil op̄. habete exili- Bœotia defecimis) excipiamus nostra in terra, vbi cāpus  
 mabāt: at quā Thriasius appolitissimus erit ad dimicandum. Hęc vbi ac-  
 Alexander in cepere ephori, responsum in diem posterum distulerunt:  
 Atticā venit. postero die in alterum: idq; in decem dies fecerunt, diem  
 nondū extu- de die extrahentes. Intra quod tempus vniuerſi Pelopon-  
 etus erat, sed nenses magno studio incumbētes, Isthmum muro inter-  
 opus hoc p- clusere, ad jinēm q; perduxere. Nō ausim dicere hanc fu-  
 rōnebant, Persas vche- isse causam cur isti tā opere solicii fuerint, quum Alexan-  
 drit exi- der Macedo Athenas pergebat, ne Atheniæses Medorum  
 mscētes. Tā- partes sequeretur: nūdcautem nihil aliud curarent quām  
 dem verò & vt sibi Isthmū inxificaretur, putātes nō amplius se quic-  
 respons. &c. quam Atheniensibus indigere. At sub aduentum Alexan-  
 Valla impoñit drit in Atticā, muro quem extruebant nōdum perfecto,  
 vocabulū ἀλ- Persas vehementer extimescebant. Tandem & respōsum  
 λόγια, quod & exitus Spartiarum fuit huiusmodi: Pridie quām iam  
 iunxit en pro- vltimum concilium fieret, vir Tegeata nomine Chileus, a-  
 xīmū p̄ceden- pud Lacedeñonios maximē inter hospites potētiae, quum  
 tubis verbū, quā ad nō ad audis-

audisset ab ephoribus omnia quæ Athenienses dixissent, his *non ferantur*,  
 verbis eos alloquutus est, Ita tē habet, viti ephori: si Athe- *hoc modo i&stū*  
 niensēs nō sentiant nobiscum, sed cum barbaro, quamvis ἔχω τίνα τὸ  
 valido muro sit Isthmus ina&dificatus, tamen magis forces *καὶ πολλοὶ οἱ θέρευτοι*  
 pates facte sunt barbaro in Peloponnesum. Quare prius eos *πέπονθες*.  
 audiatis quām aliquid decernant quod clade Græciæ ad-  
 ferat. Hoc Chaleus consilium dedit, quod in animū admit-  
 tentes ephori, cōfestim nihil colloquuticū nuntiis qui à  
 ciuitatibus venerant, quinq; millia Spartiacarum quū ad-  
 hoc nox esset dimiserunt, præposito eis Pausania Cleom-  
 broti filio. Quæ præfectura erat quidē Plistarchi Leonida  
 geniti: sed quum is puer esset, Pausanias præfetus est, qui  
 eius patruelis erat & idē tutor. nā Cleombrotus Anaxan-  
 dridē filius, pater Pausaniæ, iam non supererat, nō diu pōst  
 quām copias quæ murum extruebant in Isthmo, reduxe-  
 rat, vita functus. Reduxerat aut̄ ab Isthmo copias Cleom-  
 brotus ob eam causam, quòd sibi inter sacrificandum ad-  
 uersus Persam sol in cœlo obscuratus esset. Elegit aut̄ Pau-  
 sanias sibi collegam Eryanaçtem Doris filiū, suum gen-  
 tilem. His copiis è Sparta cum Pausania profectis, nūtū de  
 illarū profectione ignari, vbi dies illuxit, ephotis adeunt,  
 habentes in animo abire in suam quinq; ciuitatē. Vbi adi-  
 crunt, ita verba fecere, Vos quidē Lacedæmonij desiden-  
 tes hic Hyacinthia agitis, ac luditis, sociis proditis: Atheni-  
 enses verò, vt à vobis lati, & ob penuriam sociorum, ita vt  
 poterunt cum Persa transfigēt. Soluta autē societate vobis-  
 cum, palam est nos, quum regis fuerimus socij, militiç co-  
 mites futuros in quamcunq; regionē nos illi educēt. Inde  
 vos discetis quidiam vobis ex ea re sit euenturum. Hęc lo-  
 quutis punctis Ephori iureiurando interposito dixerē suas  
 se copias putare in Orestio esse, tendentes aduersum pere-  
 grinos. Peregrinos enim barbaros appellabāt. Hoc illi nō  
 intelligētes, quid dicetur sciscitabātur. Sciscitati, & rem  
 opnam edocti atq; stupefacti, quam celestimè abiecte ad  
 illos insequēdos, & cum iis quinq; millia finitimorum La-  
 cedemoniorū delecta. His Isthmum versus ire inauranti-  
 bus, Argui, vbi primum audiere copias è Sparta cum Pau-  
 sania profectas, præconem, quem optimum è diurnis cur-  
 soribus inuenierunt, in Atticam mittunt ad Mardonium:

: emiserunt.  
 septenis He-  
 lotibus circa  
 vnumquenq;  
 collocatis.

Que verba à  
 Valla hic omis-  
 sa, reperiuntur  
 pag. 228.

qui videlicet antea receperant se futuros impedimentos quominus Spartiatae egredere cur. Proxime vbi Athenas peruenit, Mardonius, inquit, miserunt me Argivi nuntiatum tibi invenientem in Lacedaemonie esse progressam, sequente illa progrederetur pristate ne quis sit. Ad haec tu bonum continuo ambibe. Hoc ille loquutus, retrorsus abicessit. Quod ad hunc Mardonius iam non sdebat amplius pristate in Attica: ab ideo haec tenus immoratus fuerat quod audire cu, c. e. actore quid ab Atheniensibus ageretur, neque postulans neque laedens Atticum agnum, assidue sperans fore ut cum illi pacisceretur. Quod vbi desperauit, re comperta, priusquam Pausanias cum copia isthmum egredieretur, subduxit exercitum, incensis Athenis, & si quid aut munitionum aut auxilium priuatarum sacrarumque extabat, cum omni diruto atque obtuso. Ideo autem excedendum sibi putavit, quod neque adequabilis esset Attica regio, neque in propria male pugnasset, euadi poterat nisi per angustias, vbi a patre transitu prohiberi posset. Statuit igitur recedere illuc Thebas, tum ciuitatem amicam, tum regionem e qualibus opportunam. Profecto illinc Mardonius & iam iter factent periret nuntius properans, alium exercitum milie Lacedaemoniorum Megara iter habere. Eo auditio coniubata: si quo pacto hos primum possit excipere. Itaque conuentum exercitum ducebat Megara, praemissis equitatu qui omnem oram Megaridem iucundaret. Huc usque Europa ad idem occidentem versus longissimè procedens hęc Perseae expeditio. Post haec nuntius ad Mardonium venit, Graecos in isthmo coactos esse: atque ita retrocessit per Deceleum. Magistratus enim Thibani accolam Allopiorum accertierant, qui Mardonium in Sphendaleas & illinc in Tanagras dices itineris deduxerunt. In Tanagra noctem moratus Mardonius, postero die in agri Thebani Sciron transuersis transitibus peruenit. Ibi Thebanorum rura, tametsi Medicas partes fouentium, vastauit: non illorum odio, sed ingenti necessitate adactus: quod vellet cum castia communire, tum, si sibi in acie non cederet ex sententia, effugium comparare. Exportexit autem castra sua ubi Erythraeis secundum Hysias, Placateni tenus agro, iuxta flumen Alopum: **omne communis**, sed non pro magnis

magnitudine castrorum, verum per singulas fontes dena  
stadii habete. Hoc a opere barbaris occupatis Attaginus  
Patynonis filius, vir Thebanus coniuncto magnificè appa-  
rato Mardonium ipsum & Persarū honoratissimos quin-  
quaginta inuitauit, siebat autem cœna Thebis, in uitatu  
li hominem sunt sequuti. Cætera quæ referam, ex Thet-  
sandro accepi, vitro quidem Orchomenio, sed Orchomeni  
inter primos honesto: qui se quoque aiebat ad hanc cœ-  
nam ab Attagino inuitatum cum quinquaginta Theba-  
nis: nec vtroq; seorsim discubuisse, sed' in singulis lectis  
alernos Persam & Thebanum. Secundum cœnam quum  
potioni daretur opera, Persam qui codem thoro recum-  
bebat, Græcè ipsum interrogasse cuias esset: se verò respon-  
dit: Orchomenum esse: tum illum dixisse, Quoniam tu  
mihi mens consors & libaminum effectus es, volo tibi  
relinquere sententia meæ monumentum, ut ipse quoque  
præscius huius rei, queas tibi consulere. Cernis hos Per-  
sas in coniunctione acceptos, & copias quæ ad flumen in ca-  
stris relictæ sunt? horum omnium paruo post tempore  
pauculos cernes superstites. Et inter dicendum multas la-  
crymas Persam effudiisse. Admiratumque se eam oratio-  
nem, ad illum dixisse, Nonne hec Mardonio expedit dice-  
re, & his Persis qui secundum eum in honore sunt? Et illum  
subiecisse, Hōspes, quicquid ex deo fieri oportet, id homi-  
ni ineuitabile est, nam ne credibilia quidem dicentibus  
credere quisquam vult. Atque haec permulti Persarum  
quum sciamus, tamen Mardonium sequimur illigantem  
cessitate. Et autem hoc in hominibus acerbissimum, cuin  
qui multum sapit, minime potest inesse. Hic ego ex  
Orchomenio Thersandro audiebam, atque adeo ipsum  
hec statim alius enartasse priusquam prælimm ad Placeas  
factum est. Posto Mardonio in Boeotia statua habenti,  
præbuerunt copias ceteri circu Græci, qui cum Medis  
sentiebant, & ad Athenas congregati sunt, præter Iho-  
centes, nam & isti vehementer partibus Medorum stude-  
bant, non tamen voluntarij, sed coacti. Sed iudicem non mul-  
tis post diebus quam Thebas icum est, & ipsi aduenere,  
mille armati, duce Harmocydio inter populares spectatissi-  
mo. Eos Mardonii, ubi Thebas peruenere, missis equitib.  
I. iiiij

in sing. le-  
ctis buos,  
Persi.

nihil in po-  
testate habe-  
te. i. Eu qui sa-  
pientia magna  
prediui fit, vel  
prudentia, non  
habere reviles  
in potestate, sed  
cogi ad res eas  
a qmb. atque  
eū sua pruden-  
tia debortetur.  
dum sensus  
ex tempore ob-  
cere ex hoc loco  
non posse.  
& vni cum  
eo aduersus  
Athenas mo-

jussit seorsum in campo subsidere: quod quum fecisset, protinus adfuit vniuersus equitatus. Vnde postea rumor exercitum Græcorum qui cum Medis erant, peruasit, Phocenses ab equitatu jaculis confossum iri. quinetiam per ipsos Phocenses idem diuulgatum est: quos tunc dux suus Harmocedes his verbis adhortatur, O Phocenses, palam est hos homines certæ nos ueci destinasse, accusatos (ut opinor) a Thessalibus. Quare vnumquenq; vestrum oportet egregium virum esse potius quam dedentes nos fœdissima morte trucidari. Ipsi quoque intelligant se barbaros esse inter Græcos, quibus mortem intulerunt. His suos Harmocedes hortabatur. Quos vbi conclusere equites, inuehabantur tanquam ad eos occidēdos, telis intensis veluti emissuri. nonnulliq; evaderunt. Phocenses ex aduerso st̄ates facto orbe quoquouersus quum sese opponenterent, ibi equites digressi retro abidere. <sup>1</sup> Incertum an ad hos interficiendos rogatu Thessalorum ierint equites: & post caquam animaduerterunt eos ad defendēdum se conuertere, veriti ne ipſi vulnerarentur, ita retrò abscesserint, tanquam à Mardonio iussi: an experiri voluerint num quid isti præstantiæ haberent. Post abscessum autem equitatus, missio ad eos præcone Mardonius ita inquit, Bono estote Phocēses animo: viros enim strenuos vos esse dedistis specimen, non tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenses sunt gesta. Lacedæmonij vbi ad Isthmum venere, illic castra communiere. quod quum audirent cæteri Pelopōnenses, utiq; iij quibus meliora cordi erant, cernerentq; Spartiatas egredi volentes, indignum se putauerunt à Lacedæmoniis se in exēndo superari: itaque quum pulchrè litatum esset, cuncti ex Isthmo profecti sunt & in Eleusinem peruenient: vbi quū pulchra etiam fuissent exta, ire perrexerunt. Quibus Athenienses è Salamine transmittentes, in Eleusinē admixti sunt. Isti posteaquam ad Erythras Bœotiae venere, cognito barbaros ad Allopum castra habere; initio de hac re consilio, e regione tetenderunt sub Citheronis radicibus. In quos Mardonius quod in campum non descendere, omnem immittit equitatum, cui præterat Ma-

<sup>t machinati  
fiat, vel molli-  
pi.</sup>

Affirmare <sup>2</sup> non possumus, &c. interficiendos rogarū Thessalorum ierint equites: & post caquam animaduerterunt eos ad defendēdum se conuertere, veriti ne ipſi vulnerarentur, ita retrò abscesserint, tanquam à Mardonio iussi: an experiri voluerint num quid isti præstantiæ haberent. Post abscessum autem equitatus, missio ad eos præcone Mardonius ita inquit, Bono estote Phocēses animo: viros enim strenuos vos esse dedistis specimen, non tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenses sunt gesta. Lacedæmonij vbi ad Isthmum venere, illic castra communiere. quod quum audirent cæteri Pelopōnenses, utiq; iij quibus meliora cordi erant, cernerentq; Spartiatas egredi volentes, indignum se putauerunt à Lacedæmoniis se in exēndo superari: itaque quum pulchrè litatum esset, cuncti ex Isthmo profecti sunt & in Eleusinem peruenient: vbi quū pulchra etiam fuissent exta, ire perrexerunt. Quibus Athenienses è Salamine transmittentes, in Eleusinē admixti sunt. Isti posteaquam ad Erythras Bœotiae venere, cognito barbaros ad Allopum castra habere; initio de hac re consilio, e regione tetenderunt sub Citheronis radicibus. In quos Mardonius quod in campum non descendere, omnem immittit equitatum, cui præterat Ma-

fastius

sistius ( à Græcis Macistius dictus) vir apud Persas inclitus,  
 Nyx & quo infidens , aureo fraxno & aliis insignibus ex-  
 miè ornato, Equites ubi promouere ad Græcos , per tur-  
 mas egressi, multum detrimenti inferebant , fœniores eos  
 appellando. Erant fortè Megarenses ea parte collocati qua  
 nulla alia magis oppugnari, nullaque magis ab equis adiri  
 poterat: hac, impressione facta equitum, Megarenses quia  
 premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem,  
 qui ita, quum venit, verba fecit, Megarenses ajunt, viri so-  
 cij, Nos soli excipiendis hostibus impares sumus, qui tene-  
 mus eandem in qua collocati sumus à principio statio-  
 nem : ubi haec tenus tametsi ægrè, tamen strenue fortiter-  
 que resistimus. nūc nisi alios nobis substituatis, scitote nos  
 ab acie discessuros. Hæc ubi præcor renuntiauit, Pausanias  
 experiti fecit Græcos , si qui alij vltò allocum irent, vt  
 Megarensibus succederent. Reculantibus cæteris Atheni-  
 enses suscepere hoc munus, videlicet eorum trecenti dele-  
 Æti, quibus præterat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fu-  
 ere qui præ omnibus Græcis ad Erythras castra habētibus  
 instructi successere, sagittariis sibi assumptis, qui quum ali-  
 quandiu pugnassent, hic fuit pugnæ exitus: Impressionem  
 faciente per turmas equitatu, equis Mafistij, vt erat præ ali-  
 is eminentis, sagitta per latus iectus est: quo dolore in pedes  
 erectus: Mafistiū excussit. Collapsum confestim Athe-  
 nienses circumsistunt: equoque prehenso, hominem se-  
 se defensantem interimunt, quum aliquandiu non potu-  
 issent. Ita enī etat armatus: scilicet intus gerebat tho-  
 racem aureis squamis consertū, desuper Phœnicium palu-  
 damentum. <sup>1</sup> Eius thoracē quum ferirent, nō prius aliquid  
 profecerunt quam quidam re animaduersa illum percus-  
 fit in oculo. Ita Mafistius collapsus interiit. Hæc autem  
 res latebat alios equites, non enim cum aut ab equo ca-  
 dentem viderant aut occumbentem. ac ne tum quidem  
 quum se recipiebant, quod actum erat cognouere: sed  
 postquam constitere, quia nemo ipsis impetabat, statim  
 desiderauerunt ducem: cognitoq; quod gestum erat, mu-  
 tuò se adhortati, omnes in hostem equos admisere, vt sa &c.  
 mortuum eriperent. Eos autem conspicati, nō iam turma-  
 tum sed vniuersos pariter iitucere, cæterum exercitum in-

<sup>1</sup> Eius autem  
 thoracē per-  
 cutientes, di-  
 hil proficie-  
 bant. donec  
 quidam re a-  
 nimaduersa  
 &c. id est. Sed  
 quidam tandem  
 re animaduer-

s p r i x t e t i l l u

clamauerunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prælum de cadauere. at ubi præsidio venere copia; non amplius persistere equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, sed alios super illum è suis amissere. Digressi illinc duo circiter stadia, consultantes quid factio opus esset, decreuerunt sibi carentibus præfecto eundem ad Mardonium. Vbi in castra redire, ingens luctus cum omnem exercitum, tum verò Mardonium cepit, extinguit Masistij, viri secundum Mardonium honoratissimam spud Persas quam apud regem: ita ut eiulatus eorum omnes in Boeotiam peruaferit, & leiplos & equos & iumenta vota. Et barbari quidem suo moe Masistium defunctum honorabant. Græci autem, postquam equitatu inuidentium expere, & exceptum repulere, multo fuit audaciores effecti, & ante omnia cadauer plauso impolitum per stationes circumulerunt. erat autem spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Malitium pergebant. Dehinc censuerunt ad Platæas descendū, quod sibi Platæensis ager multo esset opportunior habendis castris quam Erythæus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatē. Vbi vitum est in eum locum & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Cithætonis secundū Hysias in agrum Platæensem. Eò quum peruenere, stationes nationatum communierunt, proximè fontem Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per non editos tumulos & locum planum. Ibi in distinguendis nationibus magna sanguinem alteratio extitit inter Tegeatas & Athenienses, utrosque se dignos qui alterum cornu tenerent arbitrantes: & sua facinora præclata tum recentia tum prisca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatas, Hoc nos semper digni honore à sociis omnibus habiti sumus, quotiescunque à Peloponnesiis communiter in externas peregrinationes itum est, & proximè, & quondam, iam inde ex quo Heraclidæ post mortem Evrysthei sunt conati in Peloponnesum redire. quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam

cum

cum Achæis & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebant, nos auxiliarij in Isthmum profecti consedimus aduersus eos qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, non expedire ut uterque exercitus configendo periclitaretur: sed ut aliis acquiescentibus, secundū singulati certamine dimicaret is quem Peloponnesi iudicarent ē suo exercitu præstantissimum. Accepta conditio ne Peloponnesi fœdus in hæc verba percusserunt, Si vinceret Hyllus Peloponnesium ducem, ut Heraclidas in paterna reuertentur: si vicitus esset, retro Heraclidas cederent, & exercitum abducerent, nēc per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atque idem rex noster Echemus Aeropi filius, Pheget nepos, qui singulari congressus certamine Hyllum intercessit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponneses allequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, ut alteri cornu præcessemus quoties communiteritur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonij non aduersamur, sed optionem cedimus utri cornu præesse malitis: alteri verò cornu ut præsimus nobis vendicamus, quemadmodum vique fecimus ad hoc tempus. Etiam verò citra hoc factum quod narravimus, Atheniensibus sumus digniores qui hanc dignitatem obtinamus: quippe qui prosperè & multa vobiscum vitæ Spartiatæ certamina decerrauimus, & multa cum aliis. Quo sit ut æquius sit nos alterum cornu tenere quam Athenienses: a quibus non tales gestæ res sunt quales nobis, neque recentes neque vetuisse. Hac Tegeata. Ad quæ hunc in modum respondere Athenienses. Etsi scimus has copias pugnandi cum barbato non alterius gratia esse contractas, tamen quoniam Tegeata referre constituit pænitentia facinora tum vetusta tum nova, quæ per omne tempus vique fecerunt necesse habemus & nos exponere apud vos unde nobis partium sit, qui semper egregij fuimus, esse primos podiis quam Arcadias. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum se prædicant interfecisse, nos soli exceptimus, ciclos prius ab omnibus Græcis, quos illi accepimus

bonam ope  
ram auand  
bus,

seruitutem fugientes adibant : & EVrysthei iniuriam vnā  
cum eisdem pugnando propulsavimus , victoriaq; potiti  
sumus de iis qui cum Peloponnesum tenebant. Præterea  
Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant,  
vita defunctos & inseptatos, ducta in Cadmeos expeditio-  
ne à nobis receptos & in nostra terra apud Eleusinem hu-  
matos fuisse dicimus. Iam verò nostrum præclatū facinus  
extat etiam in Amazonidas, quæ a flumine Thermodonte

**s** Qui enim  
tunc tenui  
fuerit, fieri  
possit ut nunc  
sint ignavi:  
**&** qui tunc i-  
gnavi, fieri  
possit ut nunc  
sint fortio-  
res. De rebus  
igitur olim  
gates (vel, de  
nauis) igitur  
olim operarij hec  
dixisse sit fa-  
cis.

2 Pro ei ἄρετος  
hunc legisse su-  
spicor ei ἄρετος;  
καὶ εἰθότες;  
qualettio, non  
ella. mihi proba-  
tur.

a Delegerant  
autem Spar-  
riatz Tegea-  
tas qui iuxta  
ipos starent,  
& honoris &  
virtut.

4 Imperato-  
uerant autem  
a Paulania ve-  
sib[us] ad Itarent  
et recordi Po-  
uid.

aliquando in nostrâ terrâ excurrere. Ac ne in heroû quidē  
laboribus qui ad Troiam bellauerūt, fuius in postremis.  
Sed nihil admodū pertinet horū facere mentionē. etenim  
siue qui tunc egregij fuere, nūc instruui sunt, siue tunc in-  
struui, nūc egregij sunt, satis sit de rebus priscis ista di-  
xisse. Vt nullæ autē res aliae nobis gestæ sint, (quæ multæ  
& p̄æclarissimæ sunt, p̄æcum quoruincunq; aliorum Græ-  
corum) certè ob rem in Marathonē à nobis gestam digni-  
sumus qui hoc decus & alia in super obtineamus: qui soli  
Græcorū per nos cum Persā dimicauimus, & rem tantam  
aggressi, victores euāimus, sex & quadraginta nationibus  
superatis. quo solo nomine digni sumus ut hunc loci ho-  
norē consequamur. Verūm non decet in hac rerum condi-  
tione de loci dignitate cōtendere: vbi cunq; & iuxta quos-  
cunq; vobis Lacedæmonij videbitur appositiūnum nos  
stat, illuc euntes obtemperabimur. Vbicunq; enim loci  
nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere. itaque  
ducite nos, tanquā vobis parituros. Hęc quum pro sua par-  
te dixissent Athenienses, cunctus Lacedæmoniorū exerci-  
tus succlamauit digniores qui cornu tenerent Athenienses  
quam Arcades. Ita Athenienses Tegeatis superiores habu-  
erent cornu. Mox hunc in modum instructi sunt & qui super-  
uenere Græcorum, & qui à principio venerant: Dextrum  
cornu tenebant Lacedæmoniorū decem millia, quorum  
quinq; millia erant Spartiatarū, quos custodiebant leui-  
ter armata triginta quinq; millia setuorum, septenis seruis  
circa singulos Spartiatas collocatis. Applicauerant autē  
sibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergo, Tegeatas nu-  
mero mille & quingentos armatos. Secundū hos stabant  
Corinthiorū quinq; millia. Præter hos inueniebantur a-  
pud Pausaniū stantes trecenti Potidæatæ corū qui ex Palle-  
ne erant.

ne erat. Iuxta hos stabant Arcadū Orchomeniorū sexcēti: iuxta hos Sicyoniorū tria millia. Hos sequebantur Epidau- riorū octingēti: super hos locati erant Træzenij mille. iuxta Træzenios totidē Lepraxatæ. post hos Mycenæorū & Tirynthiorū quadringenti. Secundum hos, mille Phliasij deinceps Hermioneenses trecenti. iuxta Hermioneenses, Ere- triensium & Styrcorum sexcenti. iuxta hos, Chalcidensium quadringenti. post hos, Ampraciatarum quingenti. post eos, Leucadiorum & Anacloriorum octingenti. Hos se- quebantur Pallenenium qui sunt ex Cephallenia, ducenti. post hos instructi Æginetarum quingenti, iuxta hos Me- garenium tria millia, quos sequebantur Platææ sium sex- centi. Ultimi & iidem primi stabant Athenienses, lævum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi omnes, præter eos qui septenæ circa singulos Spartanos stabant, sicut numero triginta octo milia & septingen- ti, omnes grauis armaturæ, aduersus barbarum contracti. Leuiter verò armati, triginta quinq; millia, septenæ circa singulos Spartiatas collocati, quorum vnuisquisq; ad pu- gnandum erat instructus.<sup>3</sup> Circa cæteros autem Lacedæ- moniacs ac Græcos singuli ferme leuiter armari numero trigintaquatuor millia quingenti. Summa igitur totius le- uis armaturæ, quæ pugnare possit,<sup>4</sup> sexaginta millia quin- genti. Totus autem Græcus exercitus qui ad Platæas con- uenit pugnat aptus, tam leuis quam grauis armaturæ, fuit vndeциm myriades, minus mille & octingentis, id est cen- tum octo milia decenti. Sed numerum vndeциm myria- dum expleuere Thespienses, qui aderat ad mille & octin- gentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Alopum castra distributi communierant. Barba- ri verò qui cum Mardonio erant, posteaquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Platæas esse & ipsi ad Alo- pum qui illac fluit, ita sunt et regione à Mardonio colloca- ti: Aduersus quidem Lacedæmonios Persæ, qui quia nu- mero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant, vsq; ad Tegeatas opponebantur: ita ut quod robustissimū in exer- quenque Spart. circumfleant. bns.

<sup>3</sup> Sexaginta nouem milia nam uter se my- riades (que sexaginta milia efficiunt) & ixætæ mīræ (id est quingenti) intericūm est x̄ iiiiæ x̄læd̄s, qua Valla fortasse in suo exempl. non habuit.

et ducenti Le-  
praxatæ,  
et reliquorū  
autem Lace-  
dæmoniorū  
& Græcorum  
milites leu-  
ter armati e-  
rancutriginta-  
qua uero mil-  
lia quingenti.  
ut ipote vito  
vno vnum  
quenque cir-  
cumfleantur.  
id est, Ita qui-  
dem ratione  
hunc numeru-  
m excludendo, ut re-  
liquos Lacedæ-  
monias & Gra-  
cos unū habui-  
se variis ad-  
stantem singu-  
los dicamus, nō  
septem, ut Spar-  
iatas. Dicit au-  
tem aīs eis iās  
pro aīs iās ē-  
āt, ut mo-  
do dixerat aīc  
iātā iālā.  
quod & ipsam  
Valla potius  
quam per no-  
minatum.  
versisse ita de-  
buit, ut ipote  
septenæ circa  
singulos Spar-  
iatas colloca-  
tu. vel, ut ipote  
septenæ unam-

# H E R O D O T I

citu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmus,  
 id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius The-  
 Phoc.  
 sed partes banorum indicio atque admonitu. Juxta Pergas autem  
 etiam Græco idem collocauit Medos, ut ex aduerso essent Corinthiis &  
 rum nonnulli ex illis fo- Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Post Medos col-  
 locauit Bæctrios ex aduerso Epidaurorum & Træzenio-  
 uerant, qui in loca Par- rum & Lepreætarum ac Titynthiorum, Mycenæorumq;  
 naulo vicina & Phliasorum. Secundum Bæctrios collocauit Iados ex  
 se receperant: aduerso Hermioneum & Eretricium Syrorumque  
 & Chalcidensiuin. Post Indos statuit Sacas oppositos Am-  
 donij exerci- praciatis & Anaëtoriis, & Leucadiis, & Palleneñibus, &  
 tum & Græ- Æginetis. Post Sacas posuit ex aduerso Atheniensium Pla-  
 cos qui cum tænsumq; ac Megarenum, Bœotos & Locros & Me-  
 co erant age- lienses & Thessalos, & mille Phocenium. Non enim  
 bant ac sece- Phocenses omnes à partibus Medorum stabant, sed eo-  
 bant, i. diti- rum nonnullum Græcis sentiebant apud Parnassum de-  
 piebant.  
 Hæc sunt prehensi, & illinc profecti deduxerant conitati que fu-  
 nomina nati- rant Mardonij copias pariter & Græcorum qui cum illo  
 onum a Mardonio in acie erant. Contra Athenienses item posuit Macedonos, Thes-  
 tastratum, saliq; que accolas. Hæ nationes a Mardonio in aciem in-  
 structæ erant maximè celebres maximeque insignes, &  
 quæ quæ am- præcipue mentione dignæ: necnon exterarum quoque  
 plissimæ es- gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phry-  
 sent, celeber- gum, Myorum, Thracum, Paxonum. Quinetum Ethio-  
 rimæ erant, fi- pum & Ægyptiorum qui Hermotybiev & Calasines no-  
 chansi. Sed & minantur, gladio cincti, qui soli sunt ex Ægyptiis pugna-  
 ex aliis nati- ces: à Mardonio, quin adhuc esset in Phalecio, è nauibus  
 onibus aliqui immixti illis in quibus epibatae erant, in terram translati. nō enim cun-  
 etant. Phry- pedestribus copiis, quæ cum Xerxe Athenas erant, Ægy-  
 gum & Thra- ptij censi fuerant. Batbarorum igitur ( ut etiam superius  
 cum, & My. ostensum est ) triginta myriades fuere: Græcorum vero  
 & Paxonum.  
 & Ægy- Mardonij auxiliariorum, nemo numerū ( neq; enim nu-  
 ptiorum Her- merati fuerant ) nouit. Vt autem conieciua colligi licet,  
 motybiev & Calasines, ad quinq; myriades fuisse coniecto. Tot ex aduerso instru-  
 qui vocantur. Eti fuere pedites: equitat' vero seorsum erat collocatus. Ita  
 Eniferi, qui dispositi nationatim manipulatimq;, vtriq; postero die sa-  
 soli ex Ægy- crificauerunt. Apud Græcos haruspex erat Tisamenus An-  
 pugnam apti. hos autem è nauibus quibus vehabantur eduxerat, quum adhuc  
 apud Phalecum esset.

tiochi

riodbi filius. is enim hunc exercitum vates comitabatur,  
 Eleus quidem & ex genere lamideorum Clytiades, sed à La-  
 cedemoniis ciuitate donatus. Nam cōsultanti vaticinium  
 apud Delphos de prole respondit Pythia quinq; ipsum ma-  
 ximas palmas è certaminibus reportaturum. oraculo non  
 intellecto Tisamenus gymnasiis operam dabat, tanquam  
 gymnicas victorias adeptus. quūq; se exerceret in quinq;  
 certaminibus, in uno, dum currit Olympia, venit in cōten-  
 tionem victoriae cum Hieronymo Andrio Lacedæmonij  
 autem interpretantes non ad gymnica certamina spectare  
 Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mer-  
 cede conducere ut vñacum Heraclidis bellorum dux regi-  
 bus foret. Hic animaduertens Spartiatas plurimi facere i-  
 p̄sius amicitiā, abnuebat: quod negaret se alio pretio id fa-  
 ceturū quam si Spartiatā se ciuem facerent, omnia iura ci-  
 uitatis impertientes. Id Spartiatæ quū audissent, ab initio  
 ferentes indignè, oraculū missum omnino fecerunt: tandem  
 imminente hoc ingenti Persici exercitus metu, annuebāt,  
 impetrareq; homini volebant. Eos iste immutatos intelli-  
 gens, negare iam se eo solo esse contentū: sed oportere fra-  
 trem suum Hegiam etiam fieri Spartiatā eadem conditio-  
 ne qua & ipse fieret. Hoc autē dicens imitabatur (vt conie-  
 Etare licet) Melampodem, regnum pariter & ciuitatē de-  
 poscens. Etenim Melampus quū ab Argiuis mercede con-  
 duceretur è Pylo ad compescendū morbum furoris mulie-  
 rum Argiuarū, deposebat pro mercede dimidium regni.  
 recusantibus id Argiuis atq; digressis, quū plures è mulieri-  
 bus insanirent, ita obtinperates, quod Melampus popo-  
 scerat daturi reuerterunt. ibi ille cernens hos esse immuta-  
 tos, plura optauit, negans se indulatum quę vellent, nisi &  
 fratri suo Bianti tercia partē regni donassent. Argui in at-  
 Etum redacti hoc quoq; annuerunt. Ita Spartiatæ Tisame-  
 no, quo maiore in modū egebant, prout assenserunt: &  
 concebu istorū Tisamenus Eleus Spartiate effectus quinq;  
 maximacertamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex o-  
 mnibus hominibus soli sunt à Spartatis ciuitate donati.  
 Quinq; autem certamina hæc fuere: Vnum & id primum  
 hoc quod pugnatum est ad Platæas: alterum, quod in Te-  
 geacum Tegeatis atq; Argiuis: tertium, quod in Dipæsi-

bus cum vniuersis Arcadibus præter Mantineos: quartum quod cum Messeniis ad Isthmum: ultimum, quod in Tanagra cum Atheniensibus & Argivis. Hoc autem ultimum peractum fuit quinque certaminum. Tisamenus igitur Spartiarum tuac ductor vaticinatus est Græcis in agro Platæensi: & apud Græcos quidem pulchre litatum est, si se defendereant, non si Asopum transgredi pugnam capesserent. Mardonio autem capessenda pugnæ audo non extitere pulchra exta, nisi & ipse lese defenderet. nam is quoque Græcis sacrificiis vtebatur, haruspicem habens Hegesistratum virum Eleum, & Telliadeorum præstantissimum. Hunc ante ea tempora Spartiatæ quum ceperissent, in vincula coniecerant morte affecturi, ut à quo multa intoleranda perpetui fuissent. Ille in hac calamitate positus, utpote pro anima solitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetrauit fide maiorem.

*Sunt qui ea-  
safram interpre-  
tentur.* nam ut erat ligneis atq. ferratis soleis viuetus, ferri o-

quod illatū fuit potius, cōfestim excogitauit opus omniū

que nos nouimus animosissimū. Commentus enim que-

*i. Pedis e-  
nīm extre-  
partem rese-  
cuit, quum  
prius ad reli-  
quam educē-  
dam dimen-  
sus spatium  
asset.* ratione reliquū pedis educeretur, præcidit sibi dimidiū pe- dē. hoc acto, quāuis ab excubitoribus obseruaretur, tamen subruto muro profugit Tegeā versus, noctu iter faciēs, in- terdiu syluis se abdēs atq. immorās, ut trinoctio Tegeam peruererit Lacedæmoniis eum passim perscrutatiibus, ad- mirantibusq; magnopere hominis audaciam, cuius dimidiatum pedem iacentē cernerent, ipsum inuenire non pos- sent. Ita Hegesistratus Lacedæmoniis elapsus, in Tegeam,

que per id tempus non erat pacata Lacedæmoniis, trans- fugit. Sanato vulnere & ligneo pede ascito, ex professo La- cedæmoniis hostis extitit. Sed non ad postremum ei pro- tractum in Lacedæmonios odium profuit. nam in Zacyn- tho quum vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verū luc Hegestrati interitus posterior rebus Pla-

*subingredie-  
reutur Græci.  
& eorum nu-  
merus cre-  
scet.* ma conductus, cupidè sacrificabar cum in Lacedæmonios odio, tum lucti gratia. Quum igitur exta non essent pul- chra ad pugnam committendam, neq; ipsis Persis, neque Græcis qui cum illis erant, (habebant enim & Græci suum haruspicem quendam Leucadium Hippomachū) que dilesce-

dilaberentur multi Græci, sicut Mardonio Timogenides Herpyis filius vir Thebanus ut exitus Cithæronis custodiendos curaret, quod diceret assiduè Græcos ad hostem quotidie transire, seq; complures deprehendisse. Iam autem dies octo abierant positis erigione castris, quum iste Mardonio hoc consilium dedit. Mardonius, admonetis se probè intelligēs, primis tenebris equitatum mittit ad ingressus Cithæronis qui Platæas ferunt: quæ Bacotij Triaca capta, Athenienses Capita quercus appellant. Equites missi non frustra peruenere, nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subuehebant, disipiunt: & eos qui iumenta sequabantur, immisericorditer trucidant, neque iumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaquam satis sunt grassati, cum cæteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersti. Post hanc rem gemitam biduum absumptum est, neutris pugnam lacestere volentibus. nam etli Asopo tenus barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transcundum stetebant. equitatus modo Mardonij progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani, utpote in amorem Medorum vehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assiduè prouehebantur usque ad prælium: deinde excipientes Persie pariter ac Medi præcipue præclara facinora edebant. His amplius ad deceim usque dies nihil est actum. at ubi undecimus dies illuxit, quum & Græci multo plutes efficerentur ad Platæas castris erigione positis, & Mardonius statione grauaretur, ibi venete in colloquium Mardonius Gobryz & Artabazus Pharnacis filius, vir apud Xerxem inter paucos Persarum virtutis expertæ. quorum consultantium haec fuere sententiæ: Artabazi quidem, expediens esse contractis quam primum copiis ite ad mœnia Thebana, quo multum rei frumentariæ impsis, multumq; pabuli iumentis compararent: atque ibi confidentes per otium rem conficerent, videlicet quum multum aut tum signatum non signati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis, sed nere in cœa ad Græcos mitterent, eos præcipue qui ciuitatibus præsiderent. fore enim ut illi suam traderent libertatem: ne-

que oportere pugnandi adire discrimen. Eadem autem Thebanorum quæ istius sententia erat, tanquam aliquid ultra hoc prospicentis. Mardonij autem sententia ferior pestinacione, & nullo modo cedens: quippe opianaris meliorem suum esse quam Græcorum exercitum, & latius primo quoque tempore configere, quam committere ut plures quam coacti erant Græci cogerentur. Hegeſistrati vero auspicia valere finire, nec eis vim afficer: quinimo Persarum more seruato debere configere. Mardonio ita opus factò esse censenti nemo contradicebat qui, ubi sententia sua vicit, accitis cohortium præfetis, & qui secum erant ducibus Græcorum (penes cum Panque erat summa imperij, non penes Artabazum) percontabatur num aliquod oraculum scirent de Persis tanquam peritura in Græcia. Silentibus euocatis, partim quid ignorant oracula, partim quod haud rutum putarent professe quod scirent, inquit ipse Mardonius. Quoniam vos aut nihil nostis, aut promere non audetis, ego tem proferam, utpote bene cognitam habens. Est oraculum, Persis fatale esse ut in Græciam profecti diripient templum quod Delphis est, utque direpto templo omnes intercant. Quocirca, quum hoc sciamus, neque diripere conabimur, neque adibimus templum, ob hauc caulam interitum devilituri quo nomine quicunque vestram bene Persis volunt, voluptatem capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Haec loquutus, secundo loco signum dedit ut omnia apparent, & corpora curarent, veluti sub lucis exortu prælio futuro. Oraculum autem, quod ad Persas aiebat ipectare Mardonius, id ego scio non Persis redditum esse, sed Illyriis & Enchelotum copiis. Quod autem de hoc prælio redditum est è Bacide, id vero hoc fuisse,

Gramine ripa Aſopiac Thermodontis  
Barbarica Graues clamore cohunnt.  
Hic multi occubent difuncti in unere vite,  
Quand' ſagittiferu aderit lux ultima Medæ.

Hæc ego atq; alia his similia è Musæo noni ad Persas speſtavisse. Fluuius autem Thermodon Tanagra ac Glisanum interfuit. Inſequenti nocte quam Mardonius de ora culis

*& apparent,  
& ſingula or-  
di e di po-  
nunt,*

quis interrogavit, exhortatusq; suos est, excubitores dispositi fuere. Eius noctis quum multum processisset, conticiniumq; in exercitu esset & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonu, ad excubias Atheniensium adequitauit, efflagitauitque suos ut cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores, plerique remanserunt, nonnulli ad duces concurserunt: quibus adieci inquit quendam equo aduectum esse è caltris Medorum: qui nibil aliud proloqueretur, nisi a nominatim appellans Atheniensium duces, velle se in colloquium illorum venire. Duces, hoc audito, confessum ad locum excubiarum sequuti sunt. quos Alexander, ubi venere, his verbis alloquutus est, Viri Athenienses, hæc ego vobis verba pro deposito trado, nec ei feratis nulli Paulaniæ: ne ob id me perditum eratis. Quod haudquam dicere in nulli de universa Græcia sollicitus essem: quippe qui vetusta origine Græcus sum, nec vellem videre Græciam pro libera seruitenti. Itaque vos certiores facio, Mardonium atque exercitū litate non posse, alioqui olim iam conflicturū fuisse. Is nunc sacrificia valere suere constituit, & ubi primum illexerit, vobis ē configere: extimescens admodum (quantū ego coniicio) ne plures ad copias vestras accedant. Ad hæc vos parati estote. Quod si differet Mardonius, nec cōmittet certamē, vos perseverate hic manere: ad paucos enim dies eis suppeditat cōnicatus. Quod si hoc bellum vobis extētia finietur, debebit aliquis vestrum reminisci mei meq; liberationis, qui Græcorū causa rem adeo temerariam, libenter tamē feci, vt ad vos consiliū Mardonij deferrem: ne barbari ex improviso vos adorirentur. Ego autē sum Alexander Macedo. Hęc loquutus Alexander, ad exercitum se recepit ad suamq; stationem. Duces Atheniensium ad cornu dextrum profecti, quæ ab Alexandro audierant Pausanizæ retulere. Hac ratione Pausanias in metum Persarum adductus, Quoniam, inquit, sub auroram prælium fieri, expedīcō vos Athenienses stare in acie aduersus Persas vobis cognitos, vt qui cum Medis in Marathone pugnaueritis: nos vero qui eorum sumus inexperti atq; ignari, (nemo enim Spartiata Medorum periculum fecit) contra vobis oppositos Boeotios & Thessalos: quotum sumus ex-

ex libertate  
factam seruat  
vel in servatur  
redicāt.

1 peniculam,

vos quidem  
Athenienses  
in acie stare  
aduersus Persas  
necessit  
est; nos ante  
aduersus Boeotios & eos  
qui vobis op  
positi sunt  
Gracos. idq;  
hic de causa  
quod Medos

eorumq; pa  
gnam inven  
tis. ex pte  
lio apud Ma  
rathonē ge  
sto; nos vero  
vivos hōtē  
incognitos  
habemus.

nullus cuiq;  
Spattanorum  
Medorum pet  
culum fecit;  
a. Boeotios &  
Thessalos ex  
petui sumus.  
Itaq; sumus  
atq; sumus.

perti, horum Græcorum gratia. Itaq; opus est sumptis ar-  
mis vos in hoc dextrum, nos in sinistrum cornu transire. " "  
Ad hæc ita respondere Athenienses, Nobis quoque olim " "  
iam inde ab initio, posteaquam aspeximus Persas aduc- " "  
sus nos esse instructos, fuit in animo istud dicere quod vos " "  
dicere occupastis: sed vcrebamur ne non grata esset vobis " "  
oratio. nunc quandoquidem ipsi fecistis huius rei mentio- " "  
nem, & nobis iucunda oratio est, & parati sumus istud ex- " "  
sequi. Vbi hoc utrisque complacitum est, & loca permu- " "  
tauerunt, sub auroram rem aduententes Boeotia ad Mardon- " "  
nium detulerunt. Ea audita Mardonius exemplò & ipse  
conatus est Persas contra Lacedæmonios transferre. Pau-  
sanias autem hoc fieri intelligens, ne clatere factum suum,  
rursus in dextrum cornu Spartiatas reducit. At vbi Mar-  
donius & ipse suos in sinistrum reduxit, & acies pristino in  
loco stetere, misso caduceatore ad Spartiatas ita inquit, La-  
cedamonij, vos verò fama fert omnium qui istic sunt ei-  
se præstantissimos, qui neque è bello fugiatis, neque ordi-  
nes deseratis, sed perstantes aut interficiatis hostes, aut i-  
psi occumbatis. Horum nihil admodum veri est. quippe " "  
antequam manus conserantur, vos cernimus fugientes, " "  
aciemq; deserentes, & telegato Atheniensibus periculo, " "  
consistentes ex aduerso nostrorum seruorum: quod neuti- " "  
quam est factū præstantium vitorū. Ex quo plurimum de " "  
vobis nos fecellit opinio, quos expectamus ex nominis " "  
gloria millulos vestrum sponte caduceatorem nos prouoca- " "  
contentanum tunc, quod cum sois Persis, tanquam huic rei sufficietes, " "  
est illi fame pugnare velletis. At nihil tale inuenimus quale ferebatur " "  
que de vestra sed potius eile vos meru perterritos. Nunc igitur quoniam " "  
fortitudine sparja est ipfi non occupatis hoc dicere, occupamus: vt quandoqui- " "  
pot.

<sup>1 pro cele</sup>  
<sup>briate ve</sup>  
<sup>stra: id est. ut</sup>  
<sup>confidantem</sup>  
<sup>est illi fame</sup>  
<sup>que de vestra</sup>  
<sup>fortitudine spar</sup>  
<sup>ja est.</sup>

1 nihil tale de vos inter Græcos præstantissimi esse existimamini, & nos " "  
vos dicere cō inter barbaros, dimicemus totidem utriq; numero, & si vi- " "  
petimus, sed deatur ut cæteri quoq; itidem, & illi postmodum pugnant: " "  
sin hoc non videatur, sed satis esse nos solos decernere, nos " "  
solidecernamus, & utri è nobis vicerint, ij totum exerci- " "  
tum vicisse censeantur. Hæc fatus caduceator, quem ali-  
quandiu expectasset, nemine quippiam respondente, re-  
trò abiit, & rem Mardonio retulit. Ille maiore in modum  
lætatus, & frigida victoria clatus, equitatum in Græcos im-  
misit.

misit Equites in Græcos inuecti, omnem illorum exercitum perturbabant, iaculis sagittisq; incessentes, qui quoniam essent hippotoxotæ, *id est equites sagittarij*, cominus pugnare insueti, fontem Gargaphium, unde cunctus Græcorum aquabatur exercitus, confuderunt obstruxeruntq;. Eum iuxta fontem soli Lacedæmonij stationem habebat: cœteri Græci, ut quiq; stationes habebant, maius nimusve procul illinc aberat. Eterat quidem Asopus in propinquo: sed aquarier ex eo ab equitibus missilibusq; prohibiti, ita ad fontem pergebant hunc in modum aquæ exercitus exutus quoniam esset, & ab equitatu perturbaretur, duces Græcorum tum his tum aliis de causis frequentes ad Pausaniam in dextrum cornu veniunt. Qui, et si talis esset rerum status, tamen ob id præcipuè angebantur quod iam refrumentaria desiciebantur, quum ipsorum serui in Peloponnesum missi frumentatum, intercluderentur ab equitatu quomodo ad castra reuertarentur. De hoc autem deliberantibus ducibus visum est, si Persæ eo die supersederent committere prælium, esse eundum in insulam quæ ab Asopo & à fonte Gargaphio, ubi castra habebant, decem stadiis aberat, ante oppidum Platæense sita in continente, hunc in modum: Fluuius supernè è Cithærone delabens in campum, diuertia facit: rursusq; intercedine trium fermè stadiorum sua fluenta commiscet. Huic insulæ nomen est Oeroe: quam Asopi filiam esse indigenæ aiunt. In hunc locum Græci transire decreuerant, ut & affatim aquæ ad usum haberent, neq; ab equitatu, sicuti quum ex aduersoriantur, infestarentur. Et decreuerant transire secunda noctis vigilia, ne ipsos proficiscentes conspicati Persæ, in sequente equitatu in tumultum venirent. quoniam quodi ad eum locum ventum esset ubi Asopi filia Oeroe diuortio aquarum è Cithærone cingitur, mitterent sub noctem de quo cœuererat locum petere: sed quum se loco mouissent, inter Platæam versus tenebant, labenter e jactatu effugientes.

convenerant. Nonnulli, ut moueri corporum est, iter Platæensem ad urbem intendunt, cupidi equitatum effugere. In templumque Iunonis fugiendo perueniunt, quod situm est ante urbem, à fonte Gargaphio viginti stadiis distans. Quò vbi peruenire, positis pro templo armis, circa templum ipsum castra posuere. Hos Pausanias cernens ab exercitu digressos, præcepit & ipse Lacedæmoniis ut sumptis armis irent quæ cæteri præcederent, ratus illos tendere ad locum constitutum. Ibi ad obtemperandum Pausaniam cæteri præfecti parati quum esissent. Amōpharetus Poliæ filius tribonus cohortis Pitaneorum negare se fugiturum peregrinos neq; vltro dedecoraturum esse Spartam: quinetiam mirati id quod fieri cerneret, quippe qui colloquio superiori interfuisset. Pausanias autem & EVryanax cum indignè ferentes non parere sibi illum, tum indignius cohortem Pitaneum relictum iri tribuno reputante: quod erat futurum si ipsi eos missos facerent, gratia exequendi ea quæ cum aliis Græcis constituisserat: hoc reputantes substituerunt cum Laconicis copiis, conabanturque persuadere homini non id factō opus esse. & alij quidem hortabantur solum Amompharetum à Lacedæmoniis ac Tegeatis relinquere. Athenienses autem hoc sibi faciendum putarunt, ut vbi collocati erant, ibi persistere intelligentes Lacedæmoniorū ingenia aliud sentientium, aliud dicentium. Itaque vbi exercitus mouere coepit, equitem è suis miserunt speculatum nunquid Spartiatæ tenetarent abire, & abire prossimis in apimo haberent: sciscitatumque à Pausania quidnam facere oportet. Præco vbi peruenit ad Lacedæmonios, cernit in loco instructos, consimique primores tendere ad rixas. Hortantibus enim Amompharetum EVryanacte & Pausania, ne Lacedæmonios qui soli remanebant, in periculum traheret, neccum persuadētibus, donec ventū est ad iurgia, interuenit præco Atheniensis, Amōphareto inter altercandū sumente ambo bus manibus saxum, & illud ante pedes Pausaniae ponente, ac dicente, scilicet calculo sententiae suæ calculum dare, non fugiendos esse peregrinos: appellans barbatos. Eum Pausanias inlanum nec potenter mentis vocans, ad præconem Atheniensiam, qui iassus erat percontan-

*s' id est barba  
var. 11. p. e  
Hiero totum an-  
te adoruit p. 15.  
21. sed & pa-  
li post rurjam  
exponit.*

*2 Amom-  
pharetum qui  
totus ex Lace-  
dæmoniis &  
Tegeatis re-  
mancet.*

tem, respondit, ut illis referret præsentē rerum suarū statū, oblectans eos ut ad sese venirent, & de discessu eadē quæ ipsi agerent. Præcone ad Atheniensēs reuerso, hos inter se altercantes aurora deprehendit. Ad id tempus Pausanias moratus, dato signo cæteros omnes Lacedæmonios, Tegatis sequentibus, per edita abduxit, ratus Amomphare-  
*Athenien-*  
*ses au-€ scie-*  
*instructa cō-*  
*trarium Lace-*  
*dæmonij prærupta occupauerant & Citheronis radices, metu equitatus, ipsi deorsum ad campū deflexere. Amom-*  
*pharetus autem, non credens ausūm ipsos relinquere*  
*Pausaniam, circuite eos qui manebant, ne desererentur.*  
*At vbi iij qui cum Pausania erant iam abibant, tunc & Cith. radi-*  
*ratus è disciplina militari se deserit, sumptis armis cohore-  
*tem suam lento gradu ducere ad agmen, quod decem cir-*  
*citer stadia progressum ad amnem Moloentem, in loco*  
*qui dicitur Argiopius (vbi situm est templum Cereris Eleu-*  
*sinæ) substiterat, opperiens Amomphareti cohortem, co-  
*consilio ut si Amompharetus cum sua cohorte non disce-  
*deret loco in quo instructa erat, sed in eo persisteret, retrò  
*ad hominem suspectias iteret. Itaque & Amompharetus cum  
*suis ad cæteros peruenit, & omnis barbarorum equita-******

ces meū e-  
 quitatu: @  
 ipsi deors.

Acque (v  
 in pexisset locum vbi superioribus diebus habuerant Gr̄c-  
 i castra, vacuum, admissis equis assidue insequi pergens,  
 illos adeptus vrgebat, Mardonius quoque cognito ho-  
 stium nocturno abitu, inspectoque loco deserto, accitis  
 Thotace Larissæ & fratribus eius Evrypylo & Thra-  
 sydio, inquit, Filij Aleut̄ quidnam dicetis adhuc, quum  
 hæc deserta cernatis à Lacedæmoniis quos negabatis  
 vos fugitiimi ex acie fugere, sed viros summos esse in re  
 bellica? qui & prius (ut omnes vidimus) locum in acie  
 immutauerunt, & nunc proxima nocte se fuga proripu-  
 erunt. Proripuerunt autem, quia illos necesse erat cum  
 iis prælio decernere qui non falso suot hominum præ-  
 statiſſimi. unde nullius esse se prætij, inter Gr̄cos, & iplos  
 nullius prætij viros, ostenderunt. Cæterum vobis Per-  
 sacrum inexpertis, sanequam ignoscetam, laudantibus  
 istos vobis expertos: Artabazum autem vehementius ad-

declaratur  
 posterquam  
 illis necesse  
 fuit cum iis  
 prælio decer-  
 nere qui non  
 falso sunt ho-  
 minum p-æ-  
 stantiſſimi).  
 quon ipsi  
 nullius prætij  
 essent inter  
 Gr̄cos, nul-  
 lius prætij vi-  
 ros se niten-  
 debant. Vide  
 & nostram in-  
 terpretationem  
 in libro Cancio-

num.

<sup>i</sup> quam ipse  
quoq; rex ex  
me audiet,

<sup>i</sup> nullo de-  
leau, nulloq;  
ordine v. ing.  
vel, Inordinate  
& confusis,

<sup>3</sup> Athenien-  
ses ad ferendas  
suppetias ice  
quebantur, ex aduerso instructi inuadunt. Quo factum  
non possent, est vt Athenienses ab iis virginibus auxilium ferre non  
quod enim  
obiectu erat,  
negotium il-  
lis faciebat. & Tegeatae numero tria millia (hi enim nusquam ab La-

cedemoniis, & præformidine sen-  
tentiam dicere ignauissimam, expedire ex his castris nos  
in urbem Thebanorum concedere obſidēdos. ' quam  
sententiam rex antea aliunde quam ex me audiet. Sed de  
hoc alias dicitur. Nunc autem istis ita facientibus non est  
remittendum, sed instandum, donec intercepti nobis dent  
pœnas eorum quæ in Persas perpetrarunt. Hæc loqua-  
tus, Persas Asopotransmisso cursum ducit contra Græco-  
rum agmen, tanquam fugam capescenū: Lacedæmoniis  
solos ac Tegeatas adeptus est. nam Athenienses  
transtuerūs tramitibus subter prærupta in planū digressos  
non cernebat. Cæteri autem barbarorum agminum præfe-  
cti Persas mouentes ad Græcos insequendos conspicati,  
sublatis & ipsi signis cuncti insequuntur, pro se quisq; ma-  
turantes, ' nulla diligentia, nullo ordine viam ingressi. Et  
isti quidem cum vociferatione ac tumultu instabant Græ-  
cis, tanquam excepturi. Pausanias autem, ubi equitatu pre-  
mi cœpit, equitem ad Athenienses mittit, qui hæc diceret,  
Viri Athenienses, proposita dimicazione maxima, vt aut  
libera Græcia sit aut seruituti obnoxia, proditi sumus à so-  
ciis noctu clapsis & nos Lacedæmonij & vos Athenienses:  
quod reliquum est, ita nobis videtur esse faciendū, vt quām  
strenuissimè possimus nosmetipſos defensantes, mutuo  
sumus auxilio. Ac si quidem in vos priores impetum dedi-  
ſerit equitatus, è nostra dignitate erat & Tegeatarum qui  
nobiscum Græciam pon prodiſerunt, ſubſidio vobis veni-  
re: nunc, quoniam totus in nos equitatus contendit, debetis  
vos ad partem maximè laborantem ſuppetias ferre. Quod  
ſi vobis aliquo diſcrimine occupatis fas nos eſt ſubſidio  
veptire ſaltem hoc gratificamini nobis ut ſagittarios mitta-  
tis: quos agnoscimus longè omnium qui in hoc bello ſunt  
præmitiſimos eſſe ad nos exaudiendos. Hæc ubi audie-  
re Athenienses, quum mouerent ad ferendā strenuè opem  
& iam aduentarent, ibi in eos iij Græci qui partes regias fe-  
ſuppetias ice quebantur, ex aduerso instructi inuadunt. Quo factum  
non possent, eſt vt Athenienses ab iis virginibus auxilium ferre non  
quod enim  
obiectu erat,  
negotium il-  
lis faciebat. & Tegeatae numero tria millia (hi enim nusquam ab La-  
cedemone

cedæmoniis dirimebantur) sacrificauerunt tanquam conflicturi cum Mardonio presentibusque copiis. & quoniam litate non potuerint, multi eorum interea cadebant, in multo plures vulnerabantur. Confectis enim gerris Persæ ingentem vim sagittarum emittebant, adeo instanter ut <sup>1</sup> sagittibus Spartiatis, & quia litare non poterant, respi- <sup>2</sup> quum pre-  
ciens ad templum Iunonis Platæensem, Pausanias, im- meritus spat  
plorauerit deam, obsecraveritq; ne spes sua ipsos omnino frustraretur. Adhuc eo deam his verbis inuocâte, Tegeatæ prius exgentes in barbaros tendunt: statimque post Pausanias preces sacrificantibus Lacedæmoniis extra pulchra extitere: qui aliquanto post & iphi in Persas cunct. Per se omisis arcubus ex aduerso stetere. Ad quorum gerra primum pugna atrox commissa est iuxta ipsum Cereris templum, eaq; pertinax, donec ad propulsionem ventum est. Siquidem barbari prehensantes lanceas coufringebant, nec audacia nec robore inferiores: sed inermes erant & imperiti, nec hostibus prudentia pares. quieti denique plurimi aut pauciores in singulos irruerant, tamē quia confusi incidebant, à Spartiatis conficiebantur. Mardonius qua parte ipse ex equo albo ciens pugnam, mille dele-  
<sup>234</sup> tis Persarum præstantissimis stipatus erat, ea maxime parte hostem urgebat. qui quandiu superfuit, tardiu Persæ resistentes seleque defensantes strauere multos Lacedæmoniorum. Postea vero quam Mardonius, & agmen quod circa illum robustissimum erat, occubuit, tum demum alij quoque terga vertentes cellere Lacedæmoniis, quorum plerisque officiebat vestis armis vacans. inermes & plutinum enim cum armatis prælium faciebant. Ibi & vicio necis Leonidas de Mardonio peracta est, secundum oraculum Spartiatis redditum: & victoria omnium quas unquam nouimus speciosissima potitus est Pausanias Cleombroti filius, Anaxandridæ nepos. Huius autem superiora maiorum nomina in Leonida recensui. Illius enim idem qui & Pausanias maiores fuere. Oppetiit autem Mardonius sub Amneste, viro inter Spartiatas eximio: qui aliquando post bellum Medicum trecentos viros secum habens, apud Stenyclerum cum omnibus Messeniis quibuscum erat bellum confixit, ubi ipse & trecenti illi occubuerunt. Ad Platæas

autem Persæ postquam à Lacedæmoniis in fugam verbi  
funt, nullo ordine ad castra sua contendunt, & ad murum  
lignatum quem fecerant in parte quadam agri Thebani.  
Tenet autem me admiratio, quum iuxta Icum Cereris di-  
micaretur, ne vnum quidem Persarum vitum esse intrasse  
fanum, neque circa templum occubuisse, sed plerosque in  
profundo: led opinor ( si quid de rebus diuitiis opinari oportet ) deam ipsam eos non recepisse, quia templum quod est  
in Eleusine Anætorium concremaverant. Hactenus pu-  
gna hæc gesta est. Artabazus autem Pharnaci filius, cui  
jam inde ab initio displicuerat Mardonium relinquere ab  
rege in Græcia, qui que multis verbis pugnam dissuadens  
nihil profeccerat, hoc sibi agendum putavit. Is, quod sibi  
non placebant quæ à Mardonio fiebant, eos quibus præ-  
xerat ( præxerat autem non paruis copiis, sed ad quadraginta  
vsq; milia hominum ) ducebat instructos, dum prælium  
fiebat, quid futurum è prælio esset probè intelligens, iusse-  
ratque omnes ire confertos quacunq; ipse duceret, & qua  
viderent ipsum festinarent. Sic iussas tanquam ad pu-  
gnam copias ducens, cernit Persas fugientes. ita non ser-  
uato amplius eodem ducendi ordine, sed repente effuso  
cursu fugæ se dedit non lignum murum versus, aut The-  
bana mœnia, sed ad Phocenses, animo celerrimè perueni-  
endi ad Hellespontum. & hi quidem horum iter intende-  
runt. Cæteris autem Græcis qui stabant à regis partibus,  
ignauiter de industria agètibus, Bœoti tamen perdiu cum  
Atheniensibus decertauerunt. Nam ex Thebanis ij qui  
cum Medis sentiebant, hi non parum strenuos se præ-  
stiterunt: qui nolentes vtrò ignauiter agere, ita dimica-  
tunt ut trecenti primores eorum ac fortissimus quis-  
que illic sub Atheniensibus occubuerint. Vbi autem &  
vilius egregiū isti terga dederunt, non quod Persæ & alia multitudo,  
facinus edi-      'quæ aut cum nemine pugnauerat, aut non expectauerat,  
derat:      sed Thebas versus fugerunt. Omne autem rem peperi-  
& quod quo-      disse à Persis, ( quanquam & ipsorum quidam, antequam  
Persas fugien-      cum hoste congregenderent, fugæ se mandauerunt ) apud  
tes vidissent,      me fidem facit, quod ad Persas intuebantur: atque ita  
ita denū o-      cuncti illis viatis fugi capesserunt, præter equitatum turba  
mnes fugæ se      aliū, tam Bœotorum: qui hactenus profuit fugientibus,  
debet, pri-      ut affi-

ut assiduè adhucrēs hosti, arceret eum ab amicis quos Græci insequebantur. Insequebantur enim Græci viatores, vngendo Xerxianos atque interficiendo. Inter hunc tumultum nuntiatur Græcis qui circa templum Iunonis instruti à prælio aberant, geri prælium & Pausanianos vincere. Ea re audita, Corinthi, Megarenses & Phliasij nullo ordine cunct: Corinthi rectâ per colles quâ itut ad Cereris templum: alibi per campum, quæ planissima viarū erat. Quos iam hosti propinquos nullo ordine irruere consipicunt Thebanie quites, quorum præfectus erat Asopodus Timandri filius, equos in illos incitauerunt, eosque adorsū sexcentos strauerunt: cæteros ad Cithæronem usque persequuti terga ceciderunt. Et isti quidem Megarenses atq; Phliasij nulla cum huic perierunt. At Persæ ceteraq; multitudo postquam ad ligneum murum effugerunt, turrem, ante quam Lacedæmonij aduenirent, ascendere occupat. Illis cōscensis quam commodissimè possunt murum præstruunt, ex quo subcuntibus mox Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nam quoad Athenienses abfuere, nō modò se se barbari defensabant, sed etiam Lacedæmoniis antecellebant, utpote ignaris murorum oppugnandorum: ut verò Athenienses superuenire, tum atrox muri oppugnatio propugnatioq; extitit, eaq; permagno temporis spatio: sed tandem virtute & pertinacia Athenienses murum transcederunt, subrueruntq;. atq; ea parte se Græci infuderunt, quorū Tegeatæ introiere principes: iudicemq; tentorium Mardonij ditipuerūt, & ex eo cum alia, tum verò equorum præsepe Mardonij ex ære torum, spectaculum dignum: quod præsepe Mardonij Tegeatæ in téplo Alex Mineruæ reposuerunt. nam cæteræ quæ cepere, in unum cum cæterorum Græcorum præda contulerunt. Proruco muto barbari non amplius cateruam cogere, nemo strenuixatis memoresse, videlicet oppressi intra exiguum tēpus, & tor myriadibus interceptis exterriti. Quos tanto studio Græci trucidabant ut ex triginta myridiabus (exceptis quatuor, cum quibus Artabazus aufugit) nec tria quidem nullia hominum cædi superfuerint. E Lacedæmoniis autem qui Spartani essent, unus & triginta sunt omnino desiderau: Tegeatrum, sedecimi: Atheniensium,

i ex quibus  
principi Teg.  
introierunt

2 quos adeo  
sicile eti: Græ  
cis trucidar-  
ti ex trig.

1 nonaginta

duo & quinquaginta. Porro inter barbaros strenuissimi extiterunt, è pedibus quidem Persæ, ex equitibus autem Sacæ, & virtis verò, Mardonius: inter Græcos autem cum Tegeatæ Atheniensesq; multum eminuerunt, tum multo plus Lacedæmonij. Quod nulla alia re possum ostendere, nisi quod omnes hi eos qui sibi oblati sunt, vicerunt: Lacedæmonij verò quod robustissimum fuit hostilis exercitus superauerunt. Quorum longè præstantissimus extitit mea sententia Aristodemus, 'is qui solus trecentorum, quod ex Thermopylis evasisset, dedecus ignominiamque accep-  
rat. Secundum hunc nauauere operam Posidonius & Philocyon & Amompharetus Spartiata. Quanquam quum sermo haberetur quisnā præstantissimus extitisset, iij Spar-  
tiatæ qui adfuere, censuerunt Aristodemum, et si præclara facinora edidit, tamen ad cluendam eam quam contraxe-  
rat inuidiam, ordinem deseruisse, & propalam mori vo-  
luisse: Posidonium verò, qui perire noluisset, ob id extitisse tanto præstabiliorē virum. verū id fortasse liuore direx-  
runt. Qui hac in pugna mortem oppetiere, omnes honore  
affecti sunt, præter Aristodemum: qui ideo caruit honore,  
quod ob causam prædictam sibi occumbendum putauit.  
Hi sunt qui ad Platæas nobilissimi extitere, nam Callicra-  
tes extra prælium occubuit: quo nemo tunc in castra Græ-  
corum præstantior venerat, non modò Lacedæmonio-  
rum, sed etiam aliorum Græcorum. Hic, quum Pausania sacrificasset, sedens in ordine, sagitta per latera ictus est: &  
quum aliis pugnantibus ipse exportaretur, sese moriētem miserabatur, ad Aineustum virum Platæensem inquietus,  
nō sibi dolere quod pro Græcia periret, sed quod nihil ma-  
nu vsus esset, nullamq; operam nauasset dignā & se & sua  
cupiditate nauādi. Ex Atheniensibus eminuisse fertur So-  
phanes Eutychidis filius, è tribu Decelensi. Decelenses au-  
tem rem aliquando gesserunt (vt ipsi Athenienses aiunt) in  
omne æuum fructuosam. siquidem quum olim ad inuesti-  
gandam Helenam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam inuafissent, & populos è sedibus suis ciicerent, i-  
gnari quoniam loci subducta Helena esset, tunc Decelen-  
ses feruntur, & (vt quidam volunt) ipse Deceleus, tum do-  
lore contumelias qaz Theseo fieret, tum metu totius

Athe-

<sup>1</sup> Vide supra.  
pag. 200.

<sup>2</sup> formosior

Atheniensium soli, ne vastaretur, exposuisse illis omnem  
rem gestam, eosque deduxisse ad Aphidnas, quas Tita-  
cus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Dece-  
lentibus permanisit ad hanc usque memoriam in Sparta  
immunitas vestigium & dignitas praesidendi: adeo qui-  
dem ut bello quod multis postea annis inter Athenienses  
atque Peloponnesos gestum est, Lacedæmonij quum ce-  
teram Atticam popularentur, à Decelea temperauerint.  
Ex hoc populo ortus Sophanes, & præclarissimè inter A-  
thenienses nauara opera, anciipi sermonे celebratur: u-  
no, fertur gestasse ferream ancoram è balteo thoracis ca-  
tena alligatam, quā, quoties aduentantibus hostibus pro-  
pinquis erat, obijciebat, ne illi irruentes, ipsum ex ordine  
suminouere possent: rursus eisdem in fugam se vertenti-  
bus, resumpta ancora ita fugientes insequebatur. Altero  
sermone à superiori differente fertur gestasse ancoram nō  
ferream ex balteo alligatam, sed insignitam in scuto,  
quod nunquam quiescens, assidue rotabatur. Extat & al-  
terum Sophanis præclarum facinus, quod obidentibus  
Æginam Atheniensibus, Eurybiadem virum Argium  
quinque certaminum victorem ex prouocatione iuere-  
mit. Sed aliquanto post hoc bellum in quo vir egregius  
extitit, dum Atheniensium unum Leagro Glauconis fi-  
lio dux esset, & de metallis aureis decertaret, contigit ut  
sub Edonibus apud Daton occumberet. Post barbarorum  
stragem ad Platæas editam, transfugit illuc ad Græcos  
mulier quædam, quæ erat pallaca Phatandatis filij Tea-  
spis viri Persæ: hæc quum accepisset Persas furos esse, Græ-  
cos viatores, tum multo auro ornata, inter ancillas & i-  
psas ornatas, cum ueste speciosissima, carpento aduenit:  
ex coquæ descendens pergit ad Lacedæmonios adhuc in  
cæde occupatos: & intuita Pausaniam illa omnia adiuni-  
strantem, agnouit hominem, cuius & nomen iam prædem  
& patriam didicerat. Eius genua amplectens, Sparta rex,  
inquit, libera me supplicem captiuitatis seruitute, quam  
etiam hoc factodemeritus es quod istos extoristi nique  
demonum neque deorum respectum habentes. Equidem  
generi sum Coa, Hegetoridæ Antagoræ filia, quam uira-  
ptam ex Corit Persæ habuit. Huic respondens Pausaniae,

a tamq; sup-  
plex, tū quod  
fis (si modō  
vera loque-  
ris) Hegero-  
nidz Coi filia,  
q;no cū mihi  
maior quam  
cū alio quo-  
quam circū  
illa loca ha-  
bitantiū, ho-  
spitiū necessi-  
tudo interce-  
dit. Iā re no-  
nime quod fis  
supplex, & id-  
eū immobilitas.

Bono, inquit, animo esto, 'tum quia supplex, tum quid multa loqueris vera. nam filia es Hegeronidē Coi, mihi in- ter omnes qui illa circa loca incolūt hospitis summi. Hæc loquutus, eam imprezentiarum ephotis qui aderant com- mendauit: postmodum in Æginam, quō illa voluit, du- cendam curauit. Post huius mulieris digressum continuo Mantinei superuenerunt re iam consecuta: qui se animad- uerentes venisse serò ad pugnam, magnæ lactuæ loco id fibi esse patauerunt, sed idoneos se esse ad sumendas de iphis poenias dixerent. Itaque cognito, Medos qui cum Arta- bazo erant, fugæ se mandasse, eos in Thessaliam vñq; per- sequuti sunt, et si vetatibus Lacedæmoniis insequi fugien- tes. Idem postea domū reuersi, duces suos exilio mulcta- uerunt. Post Mantineos aduenere Elei, qui itidem ut Man- tinei magno id sibi detrimento existimantes, domum re- gressi sunt, suosq; & ipsi duces exilio mulctauerunt. Hæc te- nus de Mantineis & Eleis. Erat autem apud Plataeas in ex- ercitu Æginetarum è primoribus Lampon Pythæi filius, qui Pausaniam adiens, infandissima usus est oratione, inquiens, Fili Cleombroti, rem tu mirificam & magnitu- dine & fulgore gessisti, cui dij tribuerunt ut liberata Græ- cia, omnes quos nouimus Græcos gloria supergredereris. quod superest in hac re, agas ita ut & tu maiore tam cele- breris, & aliquis barbarorum post hac caueat nefanda faci- nora perpetrare in Græcos. Etenim Leonidæ apud Ther- mopylas interempti reciso capite Mardonius ac Xerxes, truncum in crucem sustulerunt: quibus si vicem reddes, laudem nancisceris ptimum ab omnib; Spartiatis, secun- doloco ab vniuersis Græcis siquidem suffixo Mardonio, Leonidam patrum tuum fueris ultus. Hæc Lampon, gra- riām se initurum ratus apud Pausaniam dicebat. Cui re- spondens Pausanias, Tuam, inquit, hospes Ægineta, bene- uolentiam atq; prouidentiam amplector: tamen ab equi- tate iudicandi deerras. nam & me & patriam quos in altū extulisti ob hæc gesta, ad nihilum redigis, quum suades mihi saeire in mortuum, aīsque me auditurum melius si istud fecero. quod barbaros decet poti facere quam Græ- cos, quodq; in illis exprobamus. quare ego neque Ægi- netis, neque iis quibus ista probantur assertior: conten- tusque

& tuusque sumus Spartiatis placere ut honestè agam, honeste-  
 que dicam. Leonidae autem, cui me iubes patientare, affi-  
 mo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas occubuerunt,  
 magnificè esse parentatum, innumerabilibus horum su-  
 neribus. Tu vero posthac ad istud consulendum ne me ad-  
 ieris: quod tibi impune esse, loco beneficij ponas. Hoc quū  
 ille audisset, abiit. Pausanias autem editio proposito ne quis  
 de præda quid tangeret, iussit seruos omnem comporta-  
 re pecuniam. Illi per castra dispersi inueniunt tentoria au-  
 ro & argento referta, lectosq; auto & argento constratos:  
 crateras etiam aureos, phialasq; & alia vasà potoria, nec  
 non saccos super plaustra, interlucentibus intus inclusis ex  
 auro & argento lebetibus. Quinetiam è cæsorum cadaue-  
 ribus exuebant armillas & torques & acinaces aureos. Nā  
 varij generis vestimenta nullius mometi habebantur, ea-  
 rumq; rerum multum furto subtrahentes serui Æginetis  
 venundabant, multum, quod occultare non poterant, re-  
 presentabant. vnde principium extitit iagentium diuitia-  
 rum Æginetis, ut pote aurum à seruis pro ære mercatibus.  
 Collata autem pecunia decimam selegerunt, ex qua tum  
 deo qui Delphis est, tripes asteus ibi repositus est, insistēs  
 super tricipiti ex ære colubro, proximè aram: tum deo qui  
 est in Olympia, æteus decē cubitorū lupiter: tum deo qui  
 est apud Isthmum, æteus septem cubitorum Neptunus.  
 Hac parte selecta, cæteras inter se distribuerunt, pro suo  
 quisque merito accipientes: itemque pallacas Periarum,  
 & aurum & argentum & reliquam pecuniam, cum iumen-  
 tis. Quæ autem peculiariter data sunt iis qui optimam o-  
 peram nauauerant ad Plataas, refertur à nemine, data ta-  
 men fuisse arbitror: certè Pausaniae sunt ex omnibus de-  
 ea, & ead elegta, dono data, ex mulieribus, equis, talentis,  
 camelis, & item ex cæteris rebus. Feruntur autem hæc quo-  
 que acta esse: Xerxem, dum è Græcia fugit, omnem ap-  
 paratum suum ex auro argentoque & peripetalimatis  
 Mardonio reliquisse, & Paulaniam dum cum apparatum  
 vidit, iussisse pistores & coquos cœnam sibi vi Mardo-  
 nio instruere. quod quum illi fecissent, tum Pausaniam le-  
 ctos intuentem aureos argenteosque probè instratos,  
 mensas etiam aureas ac argentinas, magnificumque cœnam

t Melotes,  
 quadras pre-  
 liare seruorum  
 Lacerdæ no-  
 men: quod &  
 paulo post C-  
 ūt vām lora  
 obseruandus.

a eulais fide-  
 dum quodcum.  
 s Valla appa-  
 ret verba quo  
 in vulga edis.  
 deinceps legisse.  
 u. dñi ei dñ  
 i sp. p. p. r. a.,  
 n. r. a. n. l. a. c  
 x. v. o. i. a. s. n  
 d. p. i. p. a. c. : q. u. a  
 & in no[n]trū  
 vel rod. b.  
 binar.

, Quib[us] autē apparatum, propositis bonis stupefactum, i[m]perasse per  
 h[ec] cœna in- iocum suis ministris vt Laconicam instruerent cœnam.  
 structa longo Id quum illi ex spatio multū distante fecissent, ibi eun-  
 interullo ab dem cachionantem accersisse Græcorum duces, cisque, v-  
 illa superare- bi conuenerunt, inter ostendendum utriusque cœnæ ap-  
 tur, ibi eund- paratum dixisse, Viri Græci, hac ego vos de causa conuo-  
 cachinn. caui, quod volebam vobis amentiam Medorum ducis o-  
 2. At Mardonij, cadauer stendere, qui quum tales vitam duceret, ad nos subigen-  
 postidie qua ille occubuit, ex idos venit qui tam misérè vicitamus. Hæc Pausanias apud  
 oculis sum- Græcorum duces dixisse fertur. Intericēto deinde tempo-  
 morium fuit: re complures Platæensium repererunt loculos auri argen-  
 sed a quo. id tiique & aliarum pecuniarum. Hoc quoque rei apparuit  
 vero mihi certò cōpet- postmodum in his mortuis carne sudatis, vt quum eo-  
 tuim non est. rum ossa comportarent vnum in locum Platæenses, in-  
 3. Tegeatæ ve- uentum sit caput nullam suturam habens, sed ex uno osse  
 rò seorsum à solidum: item maxilla, cum eo quod super maxillam est,  
 Lacedæmoniū habens dentes, et l[igamen]tinales, tamen ex uno osse vniuersos  
 omnes suos tam molares quam cæteros. quinetiam ossa viri quinque  
 confertos hu- cubitorum. Postero die quum Mardonij cadauer non ex-  
 mauerunt. A- staret, incertum à quibus hominibus subtractum. audiui  
 thenienses quoque suos tamen iam diuersos illum sepelisse: & ob id permultos scio  
 uno eodem que in loco, ingentia dona ab Attone Mardonij filio accepisse. Sed  
 & Megareses, quis cutam suscepit cadaueris Mardonij humandi, pro  
 & Phliasij. comperto non potui audire. habet tamen huius rei non-  
 &c. ut op[er]a id nibil fama: Dionysiophanes vir Ephesus. Mardonius qui-  
 sit quod de Te- dem hoc modo tumulatus est. Græci verò, posteaquam  
 geatu per a- prædam disperierunt, cæsos separatim quisq; iuos tumu-  
 λæas signifi- larunt. Lacedæmonij, tribus sepulchris effectis, in eorum  
 eauit: quod reddidi conser- uno sacerdotes, è quibus fucre Posidonius & Amomphar-  
 toris, accipies pro retus & Philocyon & Callicrates: in altero reliquos Spar-  
 In eundem lo- tiatas, in tertio seruos humauerunt. Huic in modū Lacedæmonij sepulti sunt. Tegeatæ verò & Athenieuses suos  
 eum coactua- utriq; promiscuè condiderunt: necnon Megareses atque  
 toris. Potest tamen Phliasij iuos ab equitatu interemptos. Horum omnium  
 op[er]a ita etiam scripiles for- sepi-  
 tasse melius, ut commune fuerit Atheniensibus, Megarensibus & Phliasins sepulchrū. 4 Πληρεσ  
 uidetur ex sequentibus exponendum u[er]e q.d. Atq; horum quidem omni-  
 um sepulta vacua non fuerunt, sed in his cadavera vere condita fuerunt. Quod  
 autem ad reliquorum autem sepulta quæ Platæis visuntur, hos ego accepti,  
 quod absurde à pugna puderet, singulos aggetes communis excitat[us], poste-  
 turum

sepulchra fuerunt plena. Nam aliorum sepulchra quæ ad Platæas ostenduntur, ea sunt (quantum ego accipio) ab iis excitata qui erubescabant se à pugna abfuisse, quum serò superuenient. Quippe tumul⁹ illuc visitur qui dicitur Æginetarum: quem ego audio decem post hanc pugnam annis rogatu Æginetarum a Cleade AVtodi⁹ filio viro Plaxent⁹ illotum hospite excitatum fuisse. Græcis statim à cælorum humatione in agro Plaxensi, inito consilio vi- sum est bellum Thebis inferendum, petendumq; eos qui cum Medis sensissent: & in primis Timegenidem & Attaginut⁹, qui principes factionis extitissent: & nicos dedi- dirent, non prius ab urbe discedendum quam eam euer- tulent. Hoc ubi decreuere, vñdecimo à pugna die mouen- tes obsecdere Thebanos, iussos dedere quos diximus vitos. Abnuētibus dedere Thebanis, agrum eorum populaban- tur, murumque adorabantur. Quibus ab agro vastando non discedentibus, vices in die Timeghides ad popula- tes ita inquit, Viti Thebani, quandoquidē Græcis ita con- stitutum est, nō prius abscedere ab oppugnatione Theba- rum quam aut eas expugnauerint, aut nos dedideritis, ab- sit ut nostra causa Thebanus ager amplius vexetur: sed siue per causam deponendi nos, pecunias cupiunt, pecunias eis ē publico demus: (nam & publicē cuin Medis sensimus: non autem nos soli.) siue reuera deponentes nos ut bē ob- sident, nos ipsi nos in disceptationē exhibemus. Eum The- bani sanè probē & opportūnē loquutum arbitrantes, eue- stigio caduceatorem ad Pausaniam misere, velle se vitos dedere. Eatē inter eos conuenta, Attaginus ex urbe pro- fugit: cuius liberos ad se Paulanias adductos culpa abfol- bit, negās pueros factionis Medicæ esse participes. Carteri quos Thebani dedidere, ipsi quidem putabant se crimen refutaruros, ac pecunia elapsuros: Paulanias autem hoc i- psum suspicas fore, vbi illos accepit, dum illis omnibus lo- ciorum copiis, Corinthū deductos supplicio affecit. Hæc

1

haec tenas quæ ad Platæas & ad Thebas gesta sunt. Artabazum autem Pharnacis filium, ut à Platæis fugiēs porrò se protipuerat, Thessalii, quū ad ipsos venit, hospitio inuitatum interrogabat de reliquo exercitu, ignari priors rei ad Platæas gestæ. Iste intelligens, si omnem veritatem pugnare refert, aditum se viæ discrimen cum suo exercitu: fore enim ut omnes cognita re ipsum adorarentur: hæc considerans, nec apud Phocæstetulerat quippe. & tunc ad Thessalos ita loquuius est, Evidem, viri Thessalii, maturo (ut cernitis) quam celerrimè peruenire in Thraciam, missus cum hac exercitus parte ad quoddam negotium transigendum. Mardonius autem ipse cum suo exercitu aderit, nostris vestigiis insistens, cui hospitium & officium præstat. hæc enim vos in tempus præstitisse non paenitebit. Hæc fatus, copias festinabundus per Thessaliam Macedoniāque agebat, rectâ Thraciam versus, tâq; usq; vœ properans: ac regionem mediterraneam præcidens, peruenit Byzantium, permultis sociorū in itinere relictis, qui vœ a Thracibus obtruncati fuerat, vel quod fame atq; labore fuerant eneci. Ex Byzantio naviis transmisit A-siam. Hunc in modum iste rediit. Quo autem die ad Platæas pugnatum est à Persis, eadie cōtigit hoc apud Mycalem Ionis geri: quum apud Delon Græci cōsiderent, iij qui vna cum Leutychide Lacedæmonio nauibus venabant, cō appulti sunt è Samo legati, Lampon Thrasyclei & Athenagoras Archestratidæ & Hegestratus Aristagoræ filius, nulli è Sамиis clam Persis ac tyranno Theonistore Androdamantis filio, quem Persæ tyrannum Sami cōstituerunt. Hi quum audierūt duces, verba fecit Hegestratus multa & varia: Fore enim ut si tantummodo videat hos Iones, à Persis deficerent, nec barbari expectarent: etiam ut exspectarent, tamen fore ut nō aliam prædam raleam illi repertirent. Præterea deos inuocans obsecrabat ut Græcos Græci liberarent, vñscerenturque barbarum, quæ facilita dicebat factu esse, quia naues illorum segnes essent ad cursum, nec pares Græcis ad prælium. Si quid verò apud hos tulpcionis iubesset ne dolo deduceretur, dicere paratos esse se ut in horum nauibus pro obsidibus agerentur. In his obsecrandis quum multus esset hospes Samius, scilicet ab acum

ēum Leutychides, ( siue omnis gratia volens audire no-  
men, siue casu, id deo agente ) Samie hospes, quod est tibi  
nomen? Ille respōdet, Hegestrato. Leutychides interpel-  
lata reliqua eius oratione, si quam instituerat, Accipio, in-  
quit, pro augurio Hegestratum. Hospes Samic, effice tu  
ut nauigemus, data nobis perte & istos qui tecum sunt fi-  
de, Samios promptus fore ad incundam nobiscum socie-  
tatem. Hęc loquutus, & rem pariter exequi aggressus est,  
nam quum Sami; exemplo fidem interpolito etiam iure-  
jurando dedissent de sua societate cum Græcis, Leutychi-  
des dimissis domum cæteris legatis, iussit eū cuius nomen  
pro augurio acceperat, secū nauigare. Græci eum illic di-  
em commorati, postridie pulchre litaue, haruspice Dei-  
phono EVenij filio Apolloniata, ex Apollenia quæ est in  
situ Ionico. Huius patri EVenio res huiusmodi contigit:  
Sunt in hac Apollonia sacrae Solis oves, quæ interdui secū-  
dum flumen percunctur quod è monte Lacimone per Apol-  
loniatem agrum fluit in mare iuxta Oricum portum, no-  
nū autem eas stabulantes in antro, non procul ab urbe,  
custodiunt delecti viri, diuitiis & genere inter populares  
suos splendidissimis, singulis annis singuli, quod ex oraculo  
quodam Apolloniatae eas oves per magni faciant. Ibi EV-  
enius hic, quum aliquando delectus ad custodiendas oves  
non excubaret vigilians, sed obdormiret, ingredi antrum  
lupi oves circiter sexaginta trucidarunt. Id ubi iste animad-  
uertit, rem suppremit, neminiq; aperuit, habens in animo  
totidem mercari, quas substitueret. at Apolloniatae vbi ac-  
cepertunt (nec enim eos quod gestum erat latuit) addu-  
ctum in iudicium EVenium condemnauerunt ut, quia vi-  
gilia in edictis illis, visu priuaretur. Quem posteaquam ex-  
cauerunt, mox eis neque pecora fœticabant, neq; hu-  
mus pro consuetudine fructum ferebat. Erant autem illis  
pecora & in Dodona & in Delphis. Interrogati prophe-  
tæ de causa mali præsentis, responderunt caulam esse quia  
custodem sacrarum ouium EVenium inique luminibus  
orbassent. se enim ministrasse lupos: nec prius ab illi vicio-  
necessarios quam ei latissimè fecissent de his quæ in eum per-  
petrassent, prout ipse si in suo arbitrio satisfactum puta-  
ret. His perditis, datus se EVenio tale donum quod,

*Addit nega-  
tionem quæ in  
vulg. ed. s. non  
habent.*

*Interpreta-  
git oraculum;  
ad verior. s. ri-  
orbascent. oracula : et  
monunt Paul.  
Ieop. Amend.  
ab. s. c. i. S.*

habentem plerique hominum putarent beatum. Hæc Apolloniatis sunt redditia oracula. Quæ Apolloniates silētio supprinientes, quibusdam ē ciuibus exequenda delegaverunt. Isti hunc in modum putarunt exequenda: EVenium in statione sedētem adeunt, eiisque assidentes aliis de rebus verba faciunt, donec deueniunt ad miserandam hominis calamitatem. Ita introducta cius rei mentione, percōtantur quam mulctam optaret si eam vellent pendere Apolloniates. Hic, qui oraculum non audisset, se optare dixit duo prædia ciuium, quos nominabat, quorum patrimonia omnium Apolloniatarum putabat esse pulcherrima, & præterea domicilium quod in vrbe sciebat esse optimum. Horum si compos effectus esset, non infensum sc̄ post hac fore dicebat, sed hac satisfactione contentum. Hoc quum respondisset EVenius, tum iij qui ei assidebant, excipiētes, EVeni, inquiunt, hanc tibi satisfactionem Apolloniates: « pro ereptis oculis tibi rependunt, ex oraculo eis reddito. » EVenius, vbi omnē rem audiuit, indigno animo tulit sese fuisse deceptū. At ciues ea prædia à dominis mercati, huic illa quæ optarat dedere: qui mox deinde insitam diuinationem obtinuit, vnde celebratissimus eua sit. Huius EVenij filius fuit Deiphonus, qui ductus à Corinthiis exercitiū vaticinabatur. Quanquam illud quoque audiui, Deiphono negotium iu Græcia fuisse exhibitū, quod se filium EVenij, cuius non esset, nuncuparet. Cæterū postquam litauere Græci, classem ē Delo Samum versus soluerunt: & quum Samum applicuissent, ad templum Iunonis eam locuere, sese ad prælium nauale apparantes. Eorum cursum ad se esse Perīæ audientes, & ipsi cæteras naues ad continentem reducunt, præter l'hoemillas, quas abire permiserant. non enim cœscabant pugnam naualem sibi esse capessendam, quum pares hosti non esse sibi viderentur. In continentem autem ideo navigabant ut essent sub suo pe ditatu, qui apud Mycalem agebat, præcepto Xerxis ab aliis copiis relictus ad Ioniam tutandam, numero sexaginta millia, duce Tigrane, omnium Persarum & specie & statuta eminenterissimo. Ad hunc exercitum constituerant refugere duces Persicæ classis, subductisque nauibus, munimenta valli circum dare, in illarum suumque præfidium.

Hoc

Hoc initio consilio, prosceti sunt ad Potniensium tem-  
plum Mycales, præteruecti ad Gæsonem & Scolopoen-  
tem, vbi Cereris Eleusiniæ cœnatur templum, quod Phili-  
stus Pasicles filius condidit, sectans Neleum Codri filium  
qui ad coloniam Miletii locandam veniebat. Ibi subductas  
naues munimento circumdederunt: & è saxis stipitibusq;  
mihiū arborum, quas ipsi exciderunt, & circum munici-  
tiones de pactis sudibus se instruxerunt, tanquam & obli-  
dendi & victoria potituri, in utrumq; enim casum ratione  
lita se se apparabat. Hos abiisse in continentē postquam  
accepere Græci, tanquam eos barbari effugissent, & grè fe-  
rebant, incerti quid ageret, retrōne se recuperet, an tende-  
rent in Hellepōtum. Tandem neutrum horum visum est  
eile faciendum, sed porrò eundum in continentem. præ-  
paratis igitur ad pugnam naualem tabulatis, aliisq; qui-  
bulcunque opus erat, ad Mycalen nauigant: & quum pro-  
ximè castris hostium fuere, neminem ex aduerio obuiam  
ferri vident, sed naues intra murum subductas, & ma-  
gnam vim peditatus pro littore dispositam. Ibi primū  
Leutychides nauē lictori applicans quam maxime appro-  
pinquare poterat, Iones per præconem compellabat, io-  
“ quens, Viri Iones, quicunq; è vobis me exauditis, intelli-  
“ gite quæ dico. nihil enim horum quæ vobis mando intel-  
“ ligent Persæ. Vbi pugnam conseruerimus, debetis ante o-  
“ mnia reminisci libertatis. deinde tesseræ Hebes. Atq; hoc  
“ qui è vobis non audiit, ab eo qui audit disceat. Huius autē  
facti eadem mens fuit quæ Themistoclis ad Artemisium:  
quod videlicet hæc verba, si laterent barbaros, inductura  
ad obsequendum Iones essent: An delata ad barbaros, red-  
dituta eis Græcos suspectos. His per Leutychidem admo-  
nitis, secundo loco Græci naues littori admouerunt, & ex illis  
in littus egredi, se se ad pugnandum instruebant. Quod fa-  
cientes quum cernerent Persæ, & scirent Samios fuisse ad-  
hortatos, arma Samiis adimunt, suspicati illos sentire cum  
Græcis. Quippe Sami exceptos circa Atticam Athenien-  
ses à Xerxe, & illuc classe barbarorum deuictos, redime-  
rant omnes, Atenasq; cum viatico remiserant. Quoniam  
nomen non in minimam suspicionem venerant, quod quin-  
genta hominum capita hostium Xerxis liberaissent. Pe-

terea Milesiis, tanquam maximè locorum gnaris, Perīcē  
imperant ut compita quæ ad cacumina Mycales ferūt cu-  
stodian: eo cōsilio facientes id, vt Milesij ab exercitu ab-  
essent. Hunc in modum abijs Ionibus qui aliquid rerum  
nouarum molituri videbantur, si facultatem nocti esset.  
Perīcē sibi præcauerunt. Idem facta ex geris testudine se-  
se constipauerant. Græci, vbi instructi fuere, ire in bas-  
barostendunt: quibus euntibus aduolauit in vniuersum  
exercitum rumor, caduceumq; supra fluctus positum ap-  
paruit. Rumor autē huiusmodi ad eos ferebatur, Græcos  
acie in Bœotia superasse Mardonij copias. Multis autem  
signis res quæ diuinatus fuit, declarantur. etiā tunc eodem  
die contigit utraque clades, ea quæ ad Platæas accepta, &  
quæ ad Mycalen accipienda erat, fama quæ huc ad Græ-  
cos venit, reddidit eos multo ferociores, & ad subeundum  
vtrō periculum alacriores. Alterum etiam quiddam con-  
currere contigit, vt ad utramque pugnam fuerint Cereris  
Eleusiniæ templa. nam apud ipsum Cereris fasum (vt à me  
superius demonstratum est) in agro Platææ pugna com-  
missa est, & item in Mycale iuxta Cereris delubrum pu-  
gna erat committenda: vt non ab re veterit ad istos fama  
victoriæ Pausanizæ atque Græcorum. nam pugna ad Pla-  
tæas diluculo die gesta est, apud Mycalen vesperi. quarum  
utranque eodem eiusdem mensis die gestam esse, non diu  
post ab his rem repetentibus declaratum est. Ante rumo-  
ris autem aduentum subibat istos timor non tam de le-  
plis quam de Græcia, ne Mardonio subiiceretur: ac ubi fa-  
ma hæc ad eos aduolauit, impensis atque properantius  
ad congregendum processerunt: tanto animo Græcis ac  
barbaris in pugnam tendentibus, tanquam insulæ eis &  
Hellespontus proposita præmia essent. Athenieles potre,  
& qui iuxta erant instructi. penè dimidium copiarum, iter  
tenebant per littus atque planitem: Lacedæmonij autem,  
& deinceps collocati per cōfragosa & montes. Quæ dum  
Lacedæmonij circuibant, interim Athenieles in altero  
cornu præliabantur. Perīcē, quoad sibi gerra manere re-  
cta, scie defensuere, nihilo inferiores hostibus: postea ve-  
rō quia in Atheniensium & eorum qui cum Atheniensibus  
erant copiæ adpæxæ sunt, vehementius se misuò adho-  
cantes,

tantes, ut laus operis ipsorum esset, non Lacedæmoniorum, tum communicari tam res, & deiectiones getris Græci confertum impulsionem facere in Persas. Illi excepto impetu perdiu restitentes, ad postremum in munitiones refugentes cum quibus pariter intruperunt Achenienses & Corinthi & Sicyonij & Træzenij. ita enim erant ijs in acie colloca-ti. Vbi vero & mutus captus est, ibi barbari non roboris memores esse, sed fugæ, præterquam Persæ: hi autem soli ad paucos redacti pugnabant, Græcis assidue in murum irruebantibus. Quorum duo classiarum exercitus duces, Ar-tayntes & Ithamitres, effugerunt: totidem pugnantes occubuerunt, Mardonius, & pedestrum copiarum dux Ti-granes. Adhuc autem diuinitibus Persis superuenere La-cedæmonij ac socij, qui eos qui supererant trucidauerunt. Ipsorum quoque Græcorum complutes illic cecidere, & cum alijs ex Sicyoniis, cum eoru dux Perilaus. Quin etiam Sami qui in exercitu Medorum militabant, quibus adempita anima fuerant, vbi viderunt statim ab initio pugnam pertinaciorem, quoad poterant Græcis suppetias iere. Quos inchoasse cernentes alijs Iones, ita & ipsi a Persis deficiente adorti sunt barbaros. Milesius autem præceptum erat ut exitus viarum custodirent, Periarum talunis gratia, ut si qui casus (quemadmodum accidit) eos deprehendissent, Milesius ducibus salutem tibi ad Mycales cacumina compararent. huius quidem rei causa Milesij illic colloca-ti fuerant, neve si pugnæ adessent, aliquid innouanteat. At illi è contrario procul quam iussi fuerant fecere: qui & per alias quæ ad hostem ferrebat vias barbaros deduxere, & ad extremum in eis mactandis omnium exticere hostilissimi. Hunc in modum Ionia iterum defecit a Persis. In hoc prælio præclarissimam inter Græcos operam nauauerunt Athenienses, & ex Atheniensibus Hermolycus Euthycentilius, vit in pancratio celeber: cui postea contigit ut bello inter Athenienses & Carystios, in pugna apud Cyrtium agri Carystij facta, cœsus in Genesio iaceret. Secundum autem Athenienses egregij exticere Corinthi Træzenijque ac Sicyonij. Græci vero per quam multis barbarorum aliis in pugna, aliis in fuga interfectis, eorum naues incenderunt, totumque murum, egesta illinc in lictus

præda, & quibusdam pecuniatum thesauris repertis. Vbi  
castra atque naues cremavere, vela fecerunt. & quum Sa-  
mum appulsi sunt, consultabant de gente Ionica transfe-

<sup>1</sup> cuius ipsi  
imp. obtine-  
rent; Ioniam  
autem barba-  
rii reliquie-  
rebat. neq; e-  
cum videba-  
tur eis fieri  
